Digitized by Google

LEONIS
ALLATII
ΣΥΜΜΙΚΤΑ.

(4

Digitized by Google

LEONIS
ALLATII
ΣΥΜΜΙΚΤΑ
SIVE
OPUSCULA
GRÆCA ET LATINA,
VETUSTIORA, & RECENTIORA.



VENETIIS,
Typis Jo. BAPTISTÆ PASQUALI.

M. DCC. XXXIII.
SUPERIORUM PERMISSU.

NAPOLI

Digitized by Google

LEONIS ALLATII
PRÆFATIUNCULA.

Um Chii varia Manuſcripta, Nihuſi præſtantiſſime, locis e variis conquiſita, evolvo ſedulus, venit in manus meas JOANNIS PHOCÆ *locorum Palæſtinæ & Syriæ compendiaria deſcriptio, charactere minutiſſimo, in charta bombycina, non multum eleganter exarata. Novitate argumenti atque Autoris pellectus, animum figo, & perlego; Autor elegans & accuratus, prout illa ferebant tempora, viſus eſt: quare copiam illius mihi deſtinaveram; ſed, aliis interceptus negotiis, neglexi. Poſt multos annos, cum manuſcriptos, quos ipſe videram, codices Romæ in memoriam revocarem, interque familiaria colloquia ſermo de locis ſanctis incidiſſet,* PHOCAS *in animum rediit, ingenſque ſubſecutum eſt deſiderium, illum mihi, utcunque poſſem, comparandi. Scripſi, reſcripſi amicis, illi etiam qui mihi utendum dederat; rogans, rerogans, obſecrans, promiſſis etiam rem egi, ſed verba feci mortuis: ad reliqua omnia, præterquam ad hoc unum, ſemper in promptu reſponſum fuit. Quare quievi tandem animo. Veruntamen anno elapſo, cum in ſpe rerum aliarum verſarer, literæ mihi ab amico, qui Chio tunc veniebat, reddi. Dum nomina recognoſco, en cælo miſſus* PHOCAS *apparuit, non aliena manu deſcriptus, ſed ipſum autographum, quod Chii conſpexeram, a reliquo volumine, cui erat annexum, avulſum. Quanta perfuſus fuerim lætitia, fruſtra conarer dicere. Non reportaſſem bonum tantum, ſi theſaurum inveniſſem. Illius itaque verſioni me accinxi, & aliquot dies in eo expoliendo inſumpſi.* JOANNES, *Creta oriundus, patrem habuit Matthæum; qui poſtea Monachum induens, in Patmo inſula ſe exercens, diem obit: ipſe, ætate grandior, ſub Emmanuele Comneno munera militiæ tulit. Meminit ipſe, cap.* XXIV. *de ſene Ibero:* πάλαι ἐπὶ χρόνοις συχνοῖς ἐν τῷ περὶ τὴν θάλασσαν τῆς Ἀτταλίας πεπηγότι λίθῳ, τὰς ἀσκητικὰς διανύσας πόνους, ὅτε καὶ ἡμεῖς τῷ ἀνδρὶ ἐντύχομεν, τῷ ἀοιδίμῳ Βασιλεῖ καὶ Πορφυρογεννήτῳ τῷ Κομνηνῷ συστρατευόμενοι. Qui pridem per plures annos in ſaxo, ad mare Attaliæ fundato, laboribus continuis ſudoribuſque ſeſe exercuerat; ibique nos eum allocuti fuimus, dum una cum celeberrimo Imperatore & Porphyrogenneta Comneno militaremus. *Ejuſdem Emmanuelis meminit alibi ſæpius hoc eodem libello. Ducta uxore, ex ea filium habuit. ejus nomen a compaginatoribus libri, dum cultro foliorum extremitates æquarunt, abſciſſum eſt. Poſtea Monachus factus, inviſit loca ſancta anno* CIƆCLXXXV. *Et hæc omnia habeo ex notula, quæ rubeis literis in margine additur:* συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου ἱερέως τοῦ εὐσεβεστάτου Φωκᾶ, υἱοῦ Ματθαίου Μοναχοῦ τοῦ ἀσκοῦντος ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, ὅσπερ εἶδε τοὺς ἁγίους τόπους εἰς χιλίους ρπε'. Scripta a JOANNE Sacerdote piiſſimo PHOCA, filio Matthæi Monachi, qui ſe exercet in Patmo inſula; qui vidit ſancta loca anno CICCLXXXV. *In fronte vero libri ſcriptum erat;* υἱὸς ἱερέως τοῦ Φωκᾶ ἐκ τῆς Κρήτης γράφω νῦν, τοὔνομα.... Filius Sacerdotis PHOCÆ Cretenſis ſcribo nunc, nomine....

Sed ne Phocas noſter palaret ſolus, ſocios ei dedimus binos, alias a Morello, qui eos e Bibliotheca Vaticana per Sirmundum habuerat, miſere & infeliciter editos, EPIPHANIUM *Monachum Hagiopolitam proſa oratione, & alium carmine politico, hæc eadem loca perſequentes. Omnia, inquam, ibi ſic ſcatent erroribus, ut multis in locis vix intelligi poſſint. Quare, ut cultiore habitu compareant,* EPIPHANIUM *ad Manuſcriptum Vaticanum, unde tranſumptus erat, reſtitui; ex quo ferme omnia, quæ ſcrupulum injicere poterant, corriguntur. Interpretationem etiam Latinam ad verba Græca interpolavi; ut non tantum Græce, ſed etiam Latine, concinnior exiret. Carmina Græca ex Manuſcripto meo ſupplevi; quæ an Maximi Planudæ ſint, in dubium verti poterit, quum in meo nullum autoris nomen præferant, quemadmodum & in Vaticano; quamvis in hoc, ante & poſt dicta carmina, nonnulla ſunt, quæ Planudæ nomine notantur, non alieno ac iſta carmina charactere exarata. In codice Manuſcripto Viennenſi, quem vidit doctiſſimus & eruditiſſimus Lucas Holſtenius, hæc Carmina tribuebantur* PERDICCÆ, *Protonotario Epheſino.* Περδίκκου Πρωτονοταρίου τῆς Ἐφέσου ἔκφρασις διὰ στίχων περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις κυριακῶν θεαμάτων. PERDICCÆ Protonotarii Epheſini Expoſitio, carmine, ſpectaculorum Dominicorum & memora-

*

moſabilium, quæ Hieroſolimis videntur. *Titulus non unus in omnibus eſt; alii enim legunt*, περὶ θεαμάτων, De ſpectaculis; *alii*, περὶ Θεμάτων, De Thematibus; *alii*, περὶ θαυμάτων, De miraculis. Θεαμάτων *tamen aliis præpoſuerim.*

Additur ANONYMUS *de iiſdem locis, communi Græcorum lingua quidem, diligenter tamen, conſcriptus, & in rebus narrandis accuratus; a quo tantummodo repetere valeas Chriſtianæ pietatis ac religionis, erga loca ſacroſancta, præclariſſima veſtigia; ob molis exiguitatem vix viſus teaducendus in linguam Latinam, traductus tamen.*

EUGESIPPUM, *de diſtantiis locorum terræ ſanctæ, humaniſſimi Caroli Moroni beneficentia habui. Non videbatur tanti non nemini: verum, cum rarus admodum ſit & antiquus, ne quis, hujuſcemodi nomine majora ſibi fingens, illius privatione indoleat, hortatu amicorum cum aliis de terra ſancta ſcriptoribus publicandum cenſuimus. Aliorum dignitate, gloriam, ſi quæ fuerit, in ſe teanſvehet.*

Additur & WILLEBRANDUS *ab* OLDENBORG, *Canonicus Hildesheimenſis, qui anno* CIↃCCXI. *luſtravit terram ſanctam, & quæ viderit, in ſcripta retulit; autor neque indoctus neque incurioſus. Illius copiam fecit mihi rerum vaeum periſſimus Lucas Holſtenius; quem ex Bibliotheca Puteana habuerat, deſcriptum ex vetuſto Manuſcripto Beanenſis Monaſterii prope Sueſſionem.*

JOANNES ANAGNOSTA, *de Excidio Theſſalonicenſi poſtremo, vivebat anno Chriſti* CIↃ CCCC XXX. *calamitatique præſens intererat. Anagnoſtam hunc ſuppedito de meo.*

De THEODORO GAZA *non eſt quod hic dicam. Ex* Diatribe de Theodoris, *& eorum ſcriptis, jam jam edenda, ſatis intelliget, quid de eo ſenſerint viri docti, & quæ reliquerit ingenii monumenta. Lucubratiunculam ipſius eai volui, ut fidem meam exſolverem, quam viſus eſt aſtrinxiſſe Voſſius, de Hiſtoricis Græcis lib.* IV. *c.* XIX.

Vale. Romæ, XXIII. Novembris CIↃ IↃ CLII.

IOAN.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΦΩΚΑ

ΕΚΦΡΑΣΙΣ ΕΝ ΣΥΝΟΨΕΙ

Τῶν ἀπ' Ἀντιοχείας μέχρις Ἱεροσολύμων κάστρων, καὶ χωρῶν, Συρίας, Φοινίκης, καὶ τῶν κατὰ Παλαιστίνην ἁγίων τόπων.

JOANNIS PHOCÆ

COMPENDIARIA DESCRIPTIO

Caſtrorum & Urbium, ab urbe Antiochia uſque Hieroſolymam; nec non Syriæ, ac Phœniciæ, & in Paleſtina ſacrorum locorum.

α΄.

A

Τί δὲ οἱ τῶν ἱερῶν κατατρυφήσαντες θεαμάτων ἡμεῖς, καὶ τόπους ἰδόντες, ἐφ' οἷς Θεὸς πάλαι μὲν ἐχρημάτισε, λαὸν φυγάδα διὰ Μωσέως ἐξ Αἰγύπτου ἐν τέρασι καὶ σημείοις μεταγαγὼν χειρὶ κραταιᾷ, πατάξας ἔθνη καὶ δυνάστας αὐτῶν, τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμορραίων, καὶ τὸν Ὢγ βασιλέα τῆς Βασὰν, καὶ πάσας τὰς βασιλείας Χαναὰν, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ ἐγκαθιδρύσας ἐκεῖ λαὸν ἔπηλυν, καὶ τοσοῦτον αὐξήσας, ὅσον αἱ θεῖαι παριστῶσι γραφαί· ἐπ' ἐσχάτων δὲ διὰ τῆς τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ θείας ἐνανθρωπήσεως καθαγιάσας αὐτοὺς, καὶ τὸ θαυμαστὸν ἔργον τῆς ἡμῶν ἐκτελέσας ἀναπλάσεως, μόνοι τῶν ἀγαθῶν τῶνδε μετέσχομεν, τοὺς λίχνους περὶ τὰς βρώσεις μιμούμενοι; καὶ ποῦ τὸ κοινωνικὸν καὶ φιλάλληλον φανεῖται, δι' ὧν τὸ τῆς ἀγάπης ἐμφαίνεται χρῆ- B μα, καὶ τὸ τῆς ἡμῶν φύσεως ἴδιον οἶδε χαρακτηρίζεσθαι; ἐγχειρητέον οὖν ὅση δύναμις, ἵν' ὡς ἐν πίνακι τὸ διάγραμμα διὰ τοῦ λόγου εἰκονουργήσωμεν, καὶ ἅπερ ἀμέσως εἴδομεν, διὰ μέσου τοῦ γράμματος τοῖς φιλοθέοις καθιστορήσωμεν. Τοῖς μὲν οὖν τοὺς τόπους θεασαμένοις, περίεργόν τι δόξω ποιῶν. Εἰ γὰρ τοῦ λόγου σκοπὸς μιμεῖσθαι τὴν θέαν, πᾶσα δὲ μίμησις ἧττον παρεμφαίνεται τῆς ἀκριβείας, δῆλον ὡς ἧττον εὐφρανῶ τῆς διὰ τῶν ὀμμάτων ἐνιδρυθείσης *αὐτῆς ἡδονῆς. Τί οὖν ὁ λόγος; τοὺς ὄψει μὴ περιλαβόντας τοὺς ἱεροὺς τόπους, ἐνίοτε δέ που τοῖς λεγομένοις ἐντευξομένους, ἐναργέστερον, οἶμαι διδάξειν τὸν ἀβασανίστως

* ἴσ. αὐτοῖς

I.

A

An vero nos ipſi, qui ſacroſanctis ſpectaculis animum explevimus, locaque oculis uſurpavimus, in quibus Deus olim verſatus eſt, & fugientem populum per Moyſen ex Ægypto in ſignis & prodigiis deduxit; manu valida populis, eorumque dynaſtis, Seon Rege Amorrhæorum, & Og Rege Baſan, & univerſis regnis Chanaam debellatis, atque excelſo brachio, in eorum loco, peregrino populo collocato; quem in tantum auxit atque ampliavit, quantum nobis divinæ litteræ ingerunt, quæque poſtremis deinde temporibus per unigeniti ſui divinam incarnationem ſanctificavit, admirando noſtræ renovationis opere abſoluto: An nos, inquam, qui hæc perſpeximus, ſoli participes erimus, heluones & gurgites in cibis devorandis æ- B mulati? Aſt ubinam gentium naturalis ſocietas & mutuus amor, per quæ dilectio oſtenditur, & humanæ conditio naturæ, veluti lineamentis quibuſdam, exprimitur? Res itaque pro viribus aggredienda eſt, ut, veluti in tabula, locorum ſitum, æque ac imagines, verbis depingamus, & quæ nos ipſi aſpectavimus, media ſcriptura, rerum hujuſcemodi ſtudioſis enarremus. At vero illis, qui ea loca perviderunt, fruſtra nos operam ſumere videbimur. etenim ſi ſermonis ea mens eſt, ut aſpectum imitetur; & omnis imitatio exacta diſcuſſione inferior eſt; ſequitur, me etiam minorem illis lætitiam comparaturum, ea voluptate, quæ ipſis per oculos inſedit. Quid porro ſermo? eos expreſſius inſtruet, qui oculis ſacra illa loca non

perluſtrarunt, ſæpe etiam & eos, qui ea narrantibus occurrunt, quam illi, qui ſine ullo examine enunciant, immo & iis ipſis, qui intuiti ſunt, voluptatem aliquam conciliabit, ſi, quæ conſpicere dulce, ea etiam ſuave eſt audire.

II. Extabat, tum cum erat ad Orontem Antiochi Theopolis, theatrorum magnitudine, ſtoarum ſplendoribus, templorum ſtructuris, copia item civium & divitiarum magnificentia, ſuperba ac tumens; lateque cæteras fere orientales urbes exſuperabat: ſed tempus, ac vis barbara, beatitatem illius exhauſit; licet conſpicua adhuc ſit, & turrium altitudine, & propugnaculorum validitate, & pratorum ac florum omnigena fœcunditate, & in plures partes ſeſe dividentium aquarum ſibilis; cum placide fluvius circumfluat urbem & cingat, & molli tactu ejus turres circumplectatur. Inſuper e Caſtalii fontis fluentis egregie irrigatur; cujus aquæ, torrentium inſtar, pellantur, & frequentibus ſulcorum rivis urbem univerſam perfundunt, eamque flatibus aſpergunt; operarum copia, & conditoris magnificentia, ex illius fontibus per montes ad ipſam civitatem laticibus corrivatis. Hic fama per orbem vulgatum Daphnes ſuburbium, proceris omne genus arboribus exornatum, & mons eſt maxime nobilis: quem admirandus Simeon in habitationem adaptavit. Hiſce finitimus eſt mons Maurus, & Scopulus, in quibus antiquitus multi Deo addictiſſimi viri, Deum conquirentes, invenerunt, & ad hæc tempora perdurant, &, laudatorum montium pulchritudine pellecti, ſilvas inhabitant. Caſtalius fons, inter duos colles exiliens, ex ejus, qui in mare procurrit, ima parte, eximia quædam aquarum irrigua evomit; in quo prægrandis aſſurgit porticus, curſum fontis concamerans: hinc aquæ affluenter proſilientes, in duos rivos dividuntur: earum una pars per altiſſimos ductus, veluti ſulcos, corrivata, æque ac aereus fluvius ex parte dextera ſuperiorique in Urbem influit, altera, ſiniſtris fonti locis campeſtribus exundans, in paludibus ſuperſtagnat; univerſaque Daphnes prata irrorat; denium levis Orontis fluentis immiſcetur. Mons vero admirandus inter urbem & mare elatus, res egregia ac ſpectabilis, & advenientium oculis delicium, conſpicitur, namque urbi Roſoque conterminus, utriſque e partibus, monte, ſcopulo, Caucaſoque conſtringitur. Orontes fluvius innumeris inflexionum vorticibus ad pedes montis profluit, & in mare aquas immittit. In montis hujuſce vertice magnus ille vir, tranquille vitam agens, & in corde aſcenſiones diſponens, corpore ſublimis extollitur, & cum ipſo corpore æthereus fieri, interque Deum & homines medius eſſe, contendit. At, qua ratione Deo dedito viro iſta res admiratione digna evenerit, ipſe dicam. Lapicidarum opera ſummitate montis admirandi alte excavata, Monaſterium ex uno conflatum compaginatumque lapide extruxit: in media Monaſterii inter excisos lapides ſua ſponte nata columna gradus appinxit, ſuper petram, ut ſacro eloquio traditur, pedibus firmatis, verſus exorientem ſolem Templum pulcherrimum Deo erexit, in quod diſcipulos convocabat: atque ita ſub dio ipſe commorans, illi tota nocte in templo ſtantes, ut decebat ſanctos, debitum Deo cultum offerebant.

III. Poſt hæc & Antiochiam, Laodicea ſequitur, civitas ingens, copia homi-

A ἐπαγγελλόντων, μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς θεασαμένοις εἰσάξει τινὰ τέρψιν, εἴπερ ἃ βλέπειν ἡδὺ, τούτων ἀκροᾶσθαι τερπνόν.

β΄. Ἦν ὅτε ἄρα καὶ ἦν ἡ περὶ τὸν Ὀρρόντην Θεούπολις Ἀντιόχου, μεγέθει θεάτρων, στοῶν καλλοναῖς, καὶ ναῶν ἀφιδρύμασι, πλήθει τε πολιτῶν, καὶ πολυολβίᾳ χρημάτων βρενθύουσα, καὶ λαύρως ὑπεραιρομένη τῶν τῆς ἀνατολῆς σχεδὸν πασῶν πόλεων. ἀλλὰ χρόνος καὶ βάρβαρος χεὶρ ταύτης τὸν ὄλβον ἠφάνισε. κἂν ἔτι περιαστράπτει πυργώμασιν, ἐπάλξεών τε ἰσχὺν, διανθίᾳ λειμώνων, καὶ περισχιζομένων ὑδάτων κελαρισμοῖς, ἠρέμα τοῦ διεχομένου τῇ πόλει τοῦ ποταμοῦ καὶ περιζωννύοντος, καὶ ὑγραῖς ἐπα- B φαῖς περιπλεκομένου τῶν πυργωμάτων αὐτῆς. Ἔτι δὲ τοῖς ἐκ τῆς Κασταλίας πηγῆς διαφερόντως ἀρδευομένη νάμασι, κρουνηδὸν περιρρεομένη καὶ ταύτης τοῦ ῥείθρου καὶ συχναῖς ἀμαρῶν χοαῖς τὸ ἅπαν περιχέοντος ἄστυ, καὶ ὑπὸ τοῖς χεύμασι καταπλυνόντος, δαψιλείᾳ χειρὸς καὶ μεγαλοψύχου τοῦ τῆς πόλεως οἰκιστοῦ, ἐκ τῶν αὐτῆς πηγῶν μεταχυθέντος τοῦ νάματος, διὰ τῶν ὀρέων μέχρι τῆς πόλεως. Ἐντεῦθεν τὸ περιβόητον τῆς Δάφνης προάστειον παντοίων φυτῶν περιεστεφάνωται ἀναδρομῇ. καὶ τὸ θαυμαστόν ἐστιν ὄρος, οὗ πολιστὴς ὁ θαυμαστὸς Συμεών. Τούτοις ὁμορεῖ τὸ Μαῦρον ὄρος καὶ ὁ Σκόπελος, ἐν οἷς πάλαι μὲν πολλοὶ θεοφιλεῖς ἄνθρωποι τὸν Θεὸν ἐκζητήσαντες εὗρον, καὶ νῦν τῶν σωζομένων εἰσὶ, καὶ τὰς λόχμας τῶν αὐτῶν οἰκοῦ- C σιν ὀρέων, ἐκείνων τῆς καλλονῆς ἐφιέμενοι. Ἡ δὲ Κασταλία πηγὴ μέσον δύο βουνῶν ἀποθρώσκουσα ἐκ τῶν προπόδων τοῦ πρὸς θάλασσαν ἑνὸς ἀπονεύοντος, ἐξαίσιόν τι νᾶμα χανδὸν ἀπορρήγνυται, ἐν ᾗ καὶ στοὰ παμμεγέθης ὁρᾶται, περιορόφουσα τὰ τῆς πηγῆς νάματα, ἀφ' ἧς τὸ ὕδωρ πλουσίως ἀποπτυόμενον δυσὶ περισχίζεται χεύμασι. καὶ τὸ μὲν διαμαρμαιρόμενον ἐν ὑψιβάμοσιν ὀχετοῖς, καὶ ἐναέριος γενόμενος ποταμὸς, ἐξ ὑπερδεξίων τῇ πόλει περιφοιτᾷ. τὸ δὲ ταῖς ἐπ' ἀριστερᾷ τῇ πηγῇ πεδιάσι πελαγίζον, ἐπιλιμνάζει τοῖς ἕλεσι καὶ ὅλον τὸν τῆς Δάφνης ἐπαρδεῖ λειμῶνα, καὶ τοῦ τοῦ Ὀρρόντου ἐξ ἀνωνύμων ῥοαῖς ἐπιμίγνυται. Τὸ δὲ θαυμαστὸν ὄρος μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τῆς θαλάσσης λελογισμένον ἐξαίσιόν τι χρῆμα καὶ ὀφθαλ- D μῶν ἀγλαΐᾳ τοῖς ἐντυγχάνουσι βλέπεται, μεθοριάζον γὰρ τήν τε πόλιν, καὶ τὴν Ῥωσοῦ ἐξ ἑκατέρων αὐτῶν τῶν μερῶν τὸ ὄρος ἔχει τὸν Σκόπελον, καὶ τὸν λεγόμενον Καύκασον. ὁ δὲ ποταμὸς Ὀρρόντης εἰλιγμῶν ἀπείρων περιδινήσει περὶ τοὺς πρόποδας ῥέων τοῦ ὄρους, καὶ τῇ θαλάσσῃ τὸ ῥεῖθρον ἐκπτύει· τούτου τοῦ ὄρους τῇ κορυφῇ ὁ Μέγας ἐφησυχάσας ἀνὴρ ἐκεῖνος, καὶ ἀναβάσεις θέμενος ἐν καρδίᾳ, μετάρσιος ἐν σώματι γίνεται, καὶ φιλονεικεῖ μετὰ σώματος γενέσθαι αἰθέριος, καὶ μέσον εἶναι Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. καὶ ὅπως εἰργάσατο τοῦτο τὸ παράδοξον τῷ θεοφιλεῖ ἐκείνῳ ἀνδρὶ, ἐγὼ δηλώσω. Χερσὶ λαξευτῶν εἰς βάθος κοιλάνας τὴν τοῦ θαυμαστοῦ κορυφὴν ὄρους μονόλιθον, ἢ μονοφυῆ μονὴν ἀπειργάσατο, ἧς μέσον αὐτοφυῆ λαξεύ- E σας κίονα, ἐν αὐτῷ τὰς βάσεις ἔθετο, ἐπὶ πέτρας κατὰ τὸ λόγιον τοὺς πόδας ἐρείσας, πρὸς δὲ ἀνίσχοντα ἥλιον ναὸν ἐγείρει περικαλλῆ τῷ Θεῷ. ἐν αὐτῷ συνεκάλει τοὺς αὐτοῦ μαθητάς. καὶ αὐτὸς μὲν ἐν ὑπαίθρῳ, οἱ δ' ἔνδοθεν τοῦ ναοῦ ὁλονυκτίως ἱστάμενοι, τοῖς ἁγίοις πρέπουσαν λατρείαν Θεῷ προσέφερον.

γ΄. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἐστὶν ἡ Λαοδίκεια, πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. κἂν ὁ χρόνος καὶ ταύτης

Digitized by Google

τὸ μεγαλεῖον ἐλάβησε, καὶ μετ' ἐκείνην τὰ Γάβαλα, ἤτοι τὸ Ζέβελ, μετὰ δὲ ταῦτα τὸ κάστρον ἡ Ἀντάραδα, ἤτοι ἡ Τορτῶσα. καὶ οὕτω περὶ μὲν τὸν αἰγιαλὸν καστέλλα διάφορα ἕως Τριπόλεως, περὶ δὲ τὸ μεσόγειον διήρχεται ζυγὸς μέγας, εἰς ὃν οἰκοῦσιν οἱ λεγόμενοι Χασύσιοι, ἔθνος Σαρακηνικὸν, μήτε Χριστιανίζον, μήτε τὰ τοῦ Μωχουμὲτ φρονοῦν, ἀλλ' ἰδίαν ἔχον αἵρεσιν τὸν Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ τὸν ἐν τούτοις πρωτεύοντα πρέσβυν ὀνομάζειν Θεοῦ, οὗ τῇ κελεύσει πρὸς μεγάλων χωρῶν ἐκπεμπόμενοι ἄρχοντας, κατακαίνουσι τούτους μαχαίραις, ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτως ἐκείνοις ἐπιπηδᾶν, καὶ συναποθνήσκουσι τῷ τολμήματι, ὑπὸ τῶν πολλῶν μετὰ τὴν τοῦ δράματος ἐγχείρησιν οἱ ὀλίγοι κτεινόμενοι· τοῦτο μαρτύριον ἥγηνται καὶ ἀθανασίας περιβολήν.

δ'. Μετὰ δὲ τὸν τοιοῦτον ζυγόν ἐστιν ὁ πάγκαλος καὶ ἀξίως περιβόητος ἐν ταῖς γραφαῖς Λίβανος, ζυγὸς πάμμεγας, κορυφόθεν μέχρι προπόδων συρμάδας χιόνος ὡς βοστρύχους περιβαλλόμενος, πεύκῃ, καὶ κέδρῳ καὶ κυπαρίττῳ καταδενδρούμενος, καὶ ἄλλων ὀπωροφόρων φυτῶν ἐμφόρων πλήθεσιν ὡραϊζόμενος. τούτου τὰ πρὸς θάλασσαν οἰκοῦσι Χριστιανοί, τὰ δὲ πρὸς τὴν Δαμασκὸν καὶ τὴν Ἀραβίαν Σαρακηνοὶ νέμονται, ἐκ τῶν αὐτοῦ ῥαχμῶν καὶ κοιλάδων ἀποῤῥέουσι ποταμοὶ μέχρι θαλάσσης, ὡραῖοι καὶ πάμψυχροι, τῆς χιόνος ἄρτι λυομένης, καὶ κατακρυσταλλούσης τὰς τῶν ναμάτων ἐπιῤῥοάς. Τούτου περὶ τοὺς πρόποδας ἐστὶν ἡ Τρίπολις, ἣν ὁ δειμάμενος ἐπὶ χερσονήσου ἐπήξατο. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ Λιβάνου λεπτὸν ῥάχιον κατερχόμενον, γλωσσοειδῶς τῇ θαλάσσῃ ἐμφύεται, κυρτούμενον περὶ τὸ ἀνατολικώτερον μέρος, ἐφ' οὗ τὸ ἄκρον ὁ τὴν πόλιν δειμάμενος τὰς βάσεις ταύτης ἐπήξατο. Ἔστι δ' αὕτη σμικροτάτη ἄγαν ἐν τῇ περιβόλῳ περιγραφῇ, ὕψει δὲ τειχέων, καὶ καλλονῇ οἰκισμάτων καθωραΐζεται.

ε'. Μετ' αὐτὴν ἐστὶ τὸ λεγόμενον Ζεβελέτ. καὶ οὕτως ἡ Βηρυτὸς πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, λειμώνων περιεστοιχισμένη πλήθεσι, καὶ κάλλει λιμένος λαμπρυνομένη. οὐ γὰρ φυσικός ἐστιν ὁ λιμὴν, ἀλλὰ τεχνικῶς γενόμενος, μηνοειδῶς ἐγκολποῦται τῇ πόλει, καὶ περὶ τὰ τοῦ * μονοειδοῦς σχήματος πέρατα δύο μεγάλοι πύργοι ἐφιδρύονται, ὧν ἐκ τοῦ θατέρου πρὸς τὸν ἕτερον ἅλυσις ἐκταθεῖσα τὰς ναῦς ἔσωθεν τοῦ λιμένος ἐναποκλείει. αὕτη μεθοριάζει Συρίαν καὶ Φοινίκην.

ς'. Ἐντεῦθεν ἡ Σιδὼν καὶ ὁ ἐν αὐτῇ λιμὴν ᾀδόμενος Δίδυμος, οὗ τὴν θέσιν τῆς ὑπογραφῆς ὁ τῆς Λευκίππης συγγράψας ἀρίστως ἐξέφρασεν. ἴδοις γὰρ ἂν ἐπιδημήσας τῷ τόπῳ τὸν τε λιμένα, καὶ τὸ προαύλιον κατὰ τὴν τῆς γραφῆς διαζωγράφησιν τῇ ἀληθείᾳ φαινόμενα. τῆς δὲ πόλεως ἔξωθεν ὡσεὶ τριῶν τόξων βολὰς ἄποθεν ἐστὶ ναὸς στοᾷ περιωροφωμένος ἐπιμήκει, καὶ περὶ τὸ μυάκιον τοῦ ναοῦ τετράγωνος ἐπίκειται λίθος, εἰς ὃν, ὡς τῶν πολλῶν ἔχει λόγος, ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου Χριστὸς ἑστὼς, τοὺς ὄχλους ἐδίδασκεν.

ζ'. Μετὰ τὴν Σιδῶνα τὸ Σαραφθὰ κάστρον περὶ τὸ κλύσμα τῆς θαλάσσης τεθεμελίωται, καὶ ναὸς τοῦ προφήτου Ἠλιοῦ ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῆς ξενισάσης αὐτὸν χήρας, μέσον τοῦ πολίσματος ἵδρυται.

η'. Ἐκεῖθεν ἡ Τύρος ἐστὶ πόλις, σχεδὸν πασῶν τῶν τῆς Φοινίκης ἐξοχωτέρα ἐν καλλονῇ. καὶ γὰρ αὕτη τῷ σχήματι τῆς Τριπόλεως ἐν ὁμοίᾳ χεῤῥονήσῳ τεθεμελίωται. ἀλλὰ ταύτῃ μεγέθει πολλῷ πλέον ἐκείνης εὐρύνεται.

* ἴσ. μηνοειδοῦς.

A num frequens; licet tempus illius quoque ſplendorem imminuerit. illam excipiunt Gabala, ſive Zebel. poſt Gabala, caſtrum ſequitur, Antarada dictum, ſive Tortoſa. & ſic littori, Tripolio uſque, varia caſtra adjacent. In mediterraneis jugum magnum porrigitur, quod Chaſyſii accolunt, gens Saracena, neque Chriſtum amplectens, neque cum Machumeto ſentiens, ſed propriæ ſectæ tenax, Deum confitetur; &, inter eos primas occupantem, Legatum Dei nuncupant; cujus imperio ad magnarum Urbium Principes dimiſſi, eos enſibus obtruncant; nam præter expectationem in eos irruunt; &, facinore in ipſo, mortem oppetunt, a multis pauci illi poſt patratum ſcelus circumventi; idque martyrium eſſe, & immorta-
B litatis perceptionem, exiſtimant.

IV. Jugo inhæret pulcherrimus & ſanctarum Scripturarum laude digne decoratus Libanus, mons prægrandis, a vertice ad imos pedes nivis tractus veluti cincinnos inducens, pino, cedro, cupreſſoque conſitus, & aliis frugiferis iiſque variis atque abundantibus plantis refertus. Partes, in mare nutantes, colunt Chriſtiani: Damaſcum reſpicientes & Arabiam, Saraceni poſſident: ex rimis ac vallibus fluvii ad mare pulchri gelidiſſimique decurrunt; cum recens nix diſſoluta, fluxus currentium aquarum cryſtalli inſtar efficiat. Ad montis pedes Tripolis jacet; quam conditor in peninſula poſuit; namque ex Libano
C tenue dorſum ſenſim deſcendens, linguæque inſtar in mare ſeſe inſinuans, ad orientaliorem partem incurvatur, in cujus vertice, qui Urbem ædificavit: fundamenta illius jecit; circuitu ambituque ſuo admodum parva eſt, verum murorum altitudine, & pulchritudine ædificiorum, ſpectabilis.

V. Eam ſequitur Zebelet; mox Berytus objicitur, urbs ingens, & multitudine hominum affluens, pratorum undique copia ſepta, & portus pulchritudine percelebris. Portum etenim non natura dedit, ſed is, artis induſtria fabrefactus, in ſinum urbis ad lunæ modum ingeritur; & in extremis, quæ quaſi cornua eguruntur, duæ magnæ turres exſtructæ ſunt, quarum
D ex una in alteram protenſa catena naves in portu ſtantes obſerat. Hæc & Syriæ Phœniciæque terminus eſt.

VI. Dehinc Sidon, & in ea portus, Didymi nomine cluens. illius ſitus deſcriptionem, qui Leucippes res geſtas ſcripto tradidit, optime expreſſit; namque ſi ad locum appuleris, portum, & ſinum ante portum, ut ſcripto delineatur, revera ita eſſe intueberis. Extra urbem, ad trium ſagittarum jactum, templum viſitur; porticu prælonga concameratum; & templi mytulo quadratus lapis inhæret, in quo, ut multorum eſt traditio, Salvator mundi Chriſtus ſtans, turbas inſtituebat.

VII. Poſt Sidonem Sarephta caſtrum in alluvione ipſa maris fundatur, & tem-
E plum Prophetæ Eliæ in æde viduæ, quæ eum hoſpitio exceperat, media in urbe aſſurgit.

VIII. Inde eſt Tyrus urbs, cæteris fere Phœniciæ urbibus pulchritudine præſtans. Etenim ipſa, æque ac Tripolis, in ſimili peninſula ſita eſt; veruntamen hæc magnitudine multo illa magis, & ædificiorum majeſtate ac pulchritudine, dilatatur. Sinus maris, qui ante ipſam conſpi-

citur, portui Beryteno haud diſſimilis eſt: quamvis ille & decore & magnitudine, & celſitudine turrium, amplior & ſpectabilior ſit. Extra urbem ad geminum ſagittæ jactum, prægrandum ſaxum conſpicitur, in quo, ut fert traditio, Chriſtus Dominus quieſcens Petrum & Joannem, ſacroſanctos Apoſtolos, in civitatem miſit, ad panes comparandos; illi abeuntes, & afferentes, una cum Salvatore ad vicinum fontem, mille non amplius paſſibus diſtantem, profecti ſunt: cum Chriſtus ſediſſet, convivatus cum Apoſtolis, ex aqua bibit, fontique benedixit; & ad hæc tempora fons ille, ſi verum fateri volumus, miraculum eſt videntibus, quod verbis exprimi non poteſt; namque in mediis, qui ibidem latius effunduntur, pratis ſaliens, peregrinis in admiratione eſt, & ſummo delectamento; diciturque eſſe profunditatis expers. Structura vero illius figuraque hæc eſt. Turri octangula circumſepientes, qui primi fontem in eum proſpectum redegerunt, in non mediocrem altitudinem illam excitarunt, ejuſdemque angulorum extremitatibus, ad modum phialæ accomodatis, ad æquales pratorum altitudines, in ſummitatibus fornicum ſulcis excavatis, depreſſam aquam in ſalientis ſpeciem effundi procurarunt; quæ curſu reſonans, prata, fontem ambientia, frequentibus irrigat fluentis: & quandoque quiſpiam in turri tanquam in ſpecula ſtans, videre poterit denſam plantatam congeriem, &, dum folia commoveantur & meridie fervet, prati univerſam coronam irrigatam.

IX. Inde Ptolemais, ſive Acce, ſita eſt; urbs ingens, & copia hominum dives, aliis omnibus excelſior. ea naves omnes onerarias excipit; & in eam pro Chriſto peregrinatores terra marique ſeſe recipiunt. hinc advenarum immenſæ multitudinis acceſſu, dum aer corrumpitur, morborum frequentium genere exitiali deſæviunt clade; tum odores peſſimi, ex aere putreſcente funeſtam hominibus excidium afferunt: & tanta noxa non ita facilis expugnata eſt; nec remedium malo inveneris. Urbis dexteræ partes Carmelum & maritimam Palæſtinæ oram, ſiniſtræ Galilæam & Samariam habent.

X. Prima itaque poſt Ptolemaidem urbs Galilææ Semphori ſita eſt, prorſus inculta, atque inhabitabilis, nullumque fere priſtinæ beatitatis præ ſe fert veſtigium. Eam excipit Cana, caſtellum parvum, ut nunc videri objicitur. Ibi aquam Salvator in vinum convertit. Tum inter varios colles medis, ad ima ab eiſdem efformatæ vallis, urbs Nazaret locum habet; in qua ingens per Gabrielem Archangelum myſterium Deiparæ Virgini annunciatum eſt; propter magnam & affluentem illius miſericordiam, qui ob noſtram ſalutem hominem aſſumſit Chriſtus Deus noſter. Statim atque primam hujuſce ingentis oppidi portam ingreſſus fueris, Archangeli Gabrielis templum offendens; & in puſilla, circa lævam partem altaris quod in templo eſt, ſpelunca, fons prælucidas aquas effundens erumpit, in quem immaculatiſſima Dei parens, a Sacerdotibus juſſu Joſepho concredita, dum ab eo ſervatur, quotidie adveniens, aquam hauriebat; ſed a concepto Præcurſore menſe ſexto, cum pro more aquatum veniſſet, primam a Gabriele ſalutationem accepit, turbataque, tota el-

A τοι, καὶ κάλλους κτισμάτων καὶ ὡραιότητι. τὸ δὲ ταύτης προσάλπιον, ἐστὶ παρεμφερὲς τῷ λιμένι τῆς Βηρυτοῦ, κἂν ἐκεῖνο πολλῷ πλέον ἐκείνης ὡραιῶται μεγέθει καὶ κάλλει, καὶ τῷ τῶν πύργων ὕψει ὑπέρκειται. τῆς δὲ πόλεως ἔξωθεν ὡσεὶ δύο τόξων βολῆς ἄποθεν λίθος ἐστὶ πάμμεγας, ἐν ᾧ προσαναπαυσάμενος ὁ Χριστὸς, Πέτρον καὶ Ἰωάννην τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους, ὡς ὁ λόγος ἔχει, πρὸς τὴν πόλιν ἐξέπεμψε, χάριν ἄρτων ὠνήσεως· οἱ δ' ἀπελθόντες, καὶ ἀγαγόντες αὐτοὺς ἅμα τῷ Σωτῆρι εἰς τὴν πρόσεγγυς ὡσεὶ μίλιον ἓν κρήνην ἀπελθόντες, ἐν ᾗ ὁ Σωτὴρ καθίσας, καὶ σὺν τοῖς Ἀποστόλοις ἐσθιαθεὶς, καὶ πιὼν ἐκ τοῦ ὕδατος, εὐλόγησε τὴν πηγὴν, καὶ ἔστιν ἐπ' ἀληθείᾳ ἕως τοῦ νῦν ἡ τοιαύτη πηγὴ δυσέκφραστον ὁρωμένη B θέαμα. μέσον γὰρ ἀναδιδομένη τῶν ἐκεῖ λειμώνων, θαυμαστόν τι χρῆμα, καὶ τερψίθυμον τοῖς ὁδίταις ἐνδείκνυται. λέγεται δὲ εἶναι ταύτην καὶ ἄβαθον. τὸ δὲ περὶ ταύτην κτίσμα καὶ σχῆμα ἐστὶ τοιοῦτον. πύργῳ περιθριγκώσαντες ὀκταγώνῳ οἱ πρῶτοι φιλοπονησάμενοι τὴν πηγὴν, εἰς ἱκανὸν ὕψος τὸν πύργον ἀνήγαγον, καὶ τὰ τούτου φιαλώσαντες ἄκρα ἀνὰ τὰς γωνίας ἐπὶ τὰ κάτισα τύπον τοῦ λειμῶνος μῆκος ἐπὶ καμαρῶν ὕψη, ἁμάρας ὑποκοιλάναντες, κρουνηδὸν ἐκχεῖσθαι τὸ ἀναθλιβόμενον ὕδωρ εἰργάσαντο, ὅπερ κελαρυσμοῖς ἐπηχοῦν, τοὺς περὶ τὴν κρήνην λειμῶνας συχνοῖς ἐπάρδει τοῖς νάμασι· καὶ ἔστιν ὡς ἐξ ἀπόπτου τῷ πύργῳ τις ἐφιστάμενος τὸ συνηρεφὲς τῶν φυτῶν πετάλων σαλευομένων, καὶ C ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ καταψυχαζόμενον τὸ τοῦ λειμῶνος ὅλον στεφάνωμα·

Θ'. Ἐκεῖθεν ἐστὶν ἡ Πτολεμαΐς, ἤτοι τὸ Ἄκκε, ἡ δὲ πόλις αὕτη ἐστὶ μεγάλη, καὶ πολυάνθρωπος πασῶν τῶν ἄλλων ὑπερκειμένη, ἣ πάσας τὰς ἀγωγίμους ὑποδέχεται ναῦς· ἐν ᾗ πᾶς ὁ διὰ Χριστὸν ξενιτεύων λαὸς διά τε γῆς καὶ θαλάττης ἐπιφοιτᾷ. κἀντεῦθεν τοῦ ἀέρος φθειρομένου ὑπὸ τῆς τῶν ἐπηλύδων πολυπληθοῦς παρουσίας, ἀλληπάλληλοι νόσοι συμβαίνουσι, καὶ τούτοις ἐπάγονται θάνατοι, ἐξ ὧν δυσωδίαι, κἀντεῦθεν ὁ ἀὴρ * ἐπιφέρεται, καὶ ἔστι τὸ κακὸν ἀμήχανον ταύτης τῆς πόλεως. δεξιᾷ μὲν ἐστὶν ὁ Κάρμηλος καὶ ἡ παράλιος πᾶσα τῆς Παλαιστίνης, τὰ δὲ εὐώνυμα ταύτης τὴν Γαλιλαίαν καὶ D τὴν Σαμάρειαν ἔχουσι.

Ι'. Πρώτη οὖν μετὰ τὴν Πτολεμαΐδα ἐστὶν ἡ Σεμφουρὴ, πόλις τῆς Γαλιλαίας πάντη ἀοίκητος σχεδὸν, μηδὲ λείψανον τῆς προτέρας αὐτῆς εὐδαιμονίας ἐμφαίνουσα. μετὰ δὲ ταύτην ἐστὶν ἡ Κανᾶ, καστέλλιον πάντη μικρὸν, τὸ πρὸς νῦν ὁρώμενον. ἔνθα τὸ ὕδωρ ὁ Σωτὴρ εἰς οἶνον μετεποίησε. καὶ ὑπὸ μέσον διαφόρων βουνῶν ἐπὶ τῷ βάθει τῆς ἐξ αὐτῶν φάραγγος ἡ Ναζαρὲτ πόλις τεθεμελίωται, ἐφ' ᾗ τὸ μέγα μυστήριον διὰ τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ τῇ Παρθένῳ Θεοτόκῳ εὐηγγελίσθη, διὰ μέγα καὶ πλούσιον ἔλεος, τοῦ διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν σαρκωθέντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἐν γοῦν τῇ εἰσελεύσει τῆς πρώτης πύλης τῆς τοιαύτης Κωμοπόλεως ὑπάρχει ναὸς τοῦ Ἀρχαγ- E γέλου Γαβριήλ. καὶ περὶ τὰ εὐώνυμα μέρη τοῦ ἐν τῷ ναῷ θυσιαστηρίου ὁρᾶται μικρὸν σπήλαιον, ἐν ᾧ πηγὴ ἀναβλύζουσα, διειδὲς ῥεῖθρον ἐκπτύουσα, ἐν ᾗ ἡ πανάχραντος Θεοτόκος ἡνίκα ὑπὸ τῶν ἱερέων παραδοθεῖσα τῷ δικαίῳ Ἰωσὴφ, ὑπ' αὐτοῦ φυλαττομένη καθ' ἑκάστην ἀπερχομένη, τὸ ὕδωρ ἀπήντλει, ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ μηνὶ τῆς τοῦ Προδρόμου συλλήψεως, μέλλουσα τὸ ὕδωρ συ-

* ἴσ. ἐπιφθείρεται

νῆθας ἀρύσασθαι, τὸν πρῶτον ἀσπασμὸν ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ ἐδέξατο, καὶ ἐκταραχθεῖσα, σύντρομος εἰς οἰκίαν τοῦ Ἰωσὴφ ἀπελθεῖν, ἐν ᾗ τὸ, Χαῖρε κεχαριτωμένη, παρὰ τοῦ Ἀγγέλου ἐπήκουσε, καὶ τὸ, Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου, πρὸς αὐτὸν ἀντέφησε, κἀντεῦθεν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐν τῇ παναμώμῳ ταύτης ἐδέξατο νηδύϊ. αὕτη δὲ ἡ τοῦ Ἰωσὴφ οἰκία μετὰ ταῦτα εἰς ναὸν μετεσκευάσθη περικαλλῆ, ὑπὲρ τὸ εὐώνυμον μέρος ἐγγύς που περὶ τὸ θυσιαστήριον ὑπάρχει σπήλαιον, οὐ κατὰ τὸ βάθος τῆς γῆς ὑπωρυγμένον, ἀλλ' ἐπιπολαίως φαινόμενον. οὗ τὸ στόμιον λευκοῖς μαρμάροις περικαλλύνεται. καὶ τούτου ὑπὲρ δὲ τῆς τοῦ ζωγράφου χειρὸς ὑπόπτερος Ἄγγελος κατελθὼν, παρὰ τὴν ἀνδρὸς συνοίκου μητέρα μήπω γενομένην, εὐαγγελίοις ἀσπάζεται, σιμοῦ σεμνῶς ταλασιουργούσῃ περιτυχών. καὶ σχηματίζεται μὲν οἷά τις πρὸς ταύτην διαλεγόμενος, ἐκπλαγείσης δὲ πρὸς τὴν ἀνέλπιστον θέαν, ἀθρόως τε τῷ θορύβῳ μεταστραφείσης, μικροῦ τῆς χειρὸς ἐξέπεσεν ἡ πορφύρα. ἡ καὶ τοῦ θαλάμου ἐξιοῦσα σὺν φόβῳ, γυναικὶ συγγενεῖ καὶ φίλῃ προσυπαντᾷ καὶ ἀσπασμοῖς δεξιοῦται ταύτην φιλίοις. εἰσελθὼν οὖν τοῦ στόματος ἔσωθεν τοῦ σπηλαίου, κατέρχῃ βαθμίδας ὀλίγας, καὶ οὕτως ὁρᾷς τὴν πάλαι ταύτην ἐκείνην οἰκίαν τοῦ Ἰωσὴφ, ἐφ' ᾗ μετὰ τὸ ὑποστραφῆναι ἀπὸ τῆς πηγῆς τῇ Παρθένῳ ὁ Ἀρχάγγελος, καθὼς ἔφην, ταύτην εὐηγγελίσατο. ἔστιν οὖν κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον, καθ' ὃν ὁ εὐαγγελισμὸς γέγονε, Σταυρὸς ἐκ λίθου μέλανος ἐγκεκολλαμμένος ἐπὶ λευκῷ μαρμάρῳ, καὶ ὕπερθεν τούτου θυσιαστήριον, καὶ ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ αὐτοῦ θυσιαστηρίου μικρὸς οἰκίσκος ἐμφαίνεται, ἐν ᾧ ἡ ἀειπάρθενος Θεοτόκος ἐθαλαμεύετο. Ἐν δὲ τῷ ἀριστερῷ μέρει τοῦ εὐαγγελισμοῦ, ἕτερος θεωρεῖται οἰκίσκος ἀφώτιστος. ἐν ᾧ ὁ δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδον οἰκῆσαι λέγεται, μέχρι τῆς τοῦ Προδρόμου ἀποτομῆς. τότε γὰρ, καθὼς φασὶ τὰ ἱερὰ λόγια, ἀκούσας ὁ Ἰησοῦς, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, καταλιπὼν τὴν Ναζαρὲτ, ᾤκησε τὴν Καπερναούμ. Εἶτα ἐστὶ ζυγὸς ὑπὸ διαφόρων βουνῶν συμπληρούμενος, ἐν ᾧ καὶ ἡ ὀφρὺς, ἀφ' ἧς ἔμελλον οἱ Ἰουδαῖοι κατακρημνίσαι τὸν Κύριον, καὶ διῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἐπορεύθη εἰς Καπερναούμ.

ια΄. Μετὰ δὲ τὸν ζυγὸν ἐκεῖνον, ἐστὶ μεγάλη πεδιὰς, ἐφ' ᾗ πεδιάδι πρὸς τὰ πρόσεγγυς τοῦ ζυγοῦ τὸ Θαβώριον ὄρος ἐστὶν, ὁ ἐπίγειος οὐρανὸς, τὸ τῆς ψυχῆς ἀγαλλίαμα, καὶ ὀφθαλμῶν ὀρθοδόξων ἀνθρώπων ἐντρύφημα. καὶ γὰρ θεία τις χάρις ἐπισκιάζουσα τῷ ὄρει πρόσεισιν, ὃ καὶ χαρὰν ἀποπνεῖ πνευματικήν. Ἔστιν οὖν ὁ βουνὸς στρογγύλος καὶ μετρίως ὑψούμενος. εἰσὶ δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ κορυφὴν μοναὶ δύο, ὑφ' ἃς ἐν ἀλλογλώσσῳ ὕμνῳ Χριστιανοὶ ὁμότροποι τὸ θεῖον ἐξευμενίζουσι, καὶ καθ' ἣν μὲν ἡ Σωτήριος γέγονε Μεταμόρφωσις τοῦ Χριστοῦ, Λατίνων μοναχῶν ὑπάρχει πλῆθος. ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ οἱ καθ' ἡμᾶς Ναζιραῖοι τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον χῶρον ἁγιαζόμενοι ἁγιάζουσι. ἡ δὲ Σωτήριος τοῦ Χριστοῦ Μεταμόρφωσις ἐν τῇ κορυφῇ γέγονε τοῦ βουνοῦ, καθ' ἣν καὶ τῶν Λατίνων ἐστὶ μονὴ, ἧς ἐν τῷ τοῦ * θείου θυσιαστηρίῳ ἐστὶν ὁ τόπος, ἐφ' ᾧ ὁ Κύριος μετεμορφώθη ἀνὰ μέσον Ἠλιοῦ καὶ Μωϋσέως, καὶ τῶν τριῶν αὐτοῦ προκρίτων μαθητῶν, Πέτρου τε καὶ Ἰωάννου καὶ Ἰακώβου. ὑπάρχει δ' ὁ χῶρος ἐκεῖνος ὑπὸ χαλκείων κιγκλίδων περιθειγ-

* ἴσ. ὑπερθύρονται

A meus, in ædes Joſeph regreditur; ubi, *Ave gratia plena*, ab Angelo audivit, & *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*, illi reſpondit, & hinc Dei Verbum in ventre ſuo puriſſimo accepit. Domus Joſeph poſtmodum in pulcherrimum templum immutata eſt; in cujus læva parte prope altare ſpelunca, non in terræ viſceribus patens, ſed ſuperficie tenus hians. Os candido marmore exornatur ſuper pictoris induſtria, Angelus alis inſiſtens, deſcendens ad matrem ſine marito, læto nuncio ſalutat, gravi graviter lanificio deditæ occurrens; & figuratur quidem, ac ſi cum ea colloqueretur: Virgini vero, inſperato aſpectu deterritæ, ſtatimque terrore illuc faciem a- B lio avertenti, tantum non e manu purpura excidit; quæ tremens, foraſque ſe e cubili proripiens, affini mulieri amicæque obvia fit, eamque ex intimi animi affectu amplexibus fovet. Per os in ſpeluncam ingreſſus, paucos admodum gradus deſcendis; tum antiquam illam Joſephi Ædem oculis luſtras, in qua regreſſæ a fonte Virgini, Archangelus, ut jam dixi, fauſte annuntiavit. Eſt præterea eo in loco, in quo annunciatio facta eſt, ex nigro lapide Crux, candido marmore inciſa, & ſuper eam Altare; & a dextra Altaris, puſilla Ædicula, in qua ſemper virgo Deipara ſe continebat. In dextra vero parte An- C nunciationis alia conſpicitur Ædicula, luminis expers, quam Dominus noſter Chriſtus, regreſſus ex Ægypto, uſque ad Præcurſorem decollatum, incoluiſſe fertur. Tunc enim, ut divina oracula tradunt, *audiens Jeſus, quod Joannes traditus eſſet*, deſerens Nazaret, ad habitandum Capharnaum ſe contulit. Sequitur jugum, e diverſis collibus effectum, & in eo ſupercilium, a quo deturbaturi erant Judæi Dominum. *& tranſiit per medium eorum, & abiit Capharnaum.*

XI. Jugo ſubeſt planicies magna, in qua conterminas jugi partes occupat D mons Thaborius, terreſtre cælum, oblectamentum animi, & recte ſentientium hominum oculorum deliciæ; namque divina gratia montem inumbrat, qui ſpirituale gaudium ſpirat. Collis eſt rotundus & moderate ſeſe erigens. In vertice duo extructa ſunt Monaſteria; in his externæ linguæ laudibus Chriſtiani, ſolitariam vitam amplexati, Numen propitium reddunt. Monaſterium, in quo ſalutaris Chriſti Transfiguratio accidit, Latinorum Monachorum multitudo tenet; lævum, qui noſtra conſuetudine Monachum induerunt Nazareni ſacroſanctum illum locum ſanctificati ſanctificant. Salutaris Chriſti Transfiguratio in vertice col- E lis evenit; ubi Latinorum Monaſterium viſitur; in cujus divino altari Dominus inter Eliam & Moyſen, ac tres præcipuos diſcipulos, Petrum, Joannem, & Jacobum, transfiguratus eſt. Locus æreis cancellis circumſepitur. Ubi vero ſteterunt Domini pedes, præcandidus umbo ſpectatur, & in illius medio figura divinæ Crucis, ex qua haud facilis enarratu odor emanans, advenientium

nares delectat. Extra monaſterium ad jactum lapidis, puſilla aperitur ſpelunca, in quam poſt admirabilem Transfigurationem Dominus ingreſſus, Diſcipulis præcepit, ne cuipiam dicerent viſionem, donec ipſe a mortuis reſurgeret. Ad borealem partem montis, Melchiſedeci ſpelunca conſpicitur, digna quæ ab omnibus videatur; diverſis undique foraminibus patens: in eaque loca ſuperiora, & ſubterranea, & variæ habitationes, & cellæ in Aſcetarum miniſteria exercitiaque diſpertiuntur; & multi ingentium Sanctorum, exercitationis ſuæ curſum in illis abſolverunt. Speluncam prope eſt Templum, eodem illo in loco, in quo Abrahæ occurrens Melchiſedec, revertenti a cæde, benedixit, hoſpitioque eundem excepit. Ex hoc colle, ad primos ſolis ortus aciem oculorum intendens, paludes, vallemque, ſanctiſſimi Jordanis inter fluvios, &, ſi ulterius aciem direxeris, partes Libani, ad orientem ſolem vergentes, intueberis; ſimulque & duos ingentes montes, in quorum medio Damaſcus collocatur. declinans vero paululum ad ſiniſtram Jordanis oculos, Tiberiadis mare perquam clare ac ſine ullo impedimento ſpectabis. cujus in adverſa parte parvus agger attollitur, in eoque Salvator panibus benedixit, & quinque millia hominum exſaturavit, & poſt reſurrectionem una cum Diſcipulis, poſt centum quinquaginta trium piſcium capturam, pranſus eſt. Ejuſdem montis ad ſeptentrionalem partem, aliud jugum planiciem cingit, duodecim ſtadiorum ferme intervallo & amplius etiam ſubdiviſum. In illius excurſu jacet urbs Naim, in qua Dominus filium viduæ ex mortuis in vitam revocavit. in orientalis civitatis parte, oppidum viſitur Aendor. inter Thaborium, Naïm, & Aendor, torrens Ciſſon perfluit de quo ait David, *Fac illis ſicut Madian & Siſaræ, ſicut Jabin in torrente Ciſſon: diſperierunt in Aendor.*

XII. Unius diei ſpatio urbs Sebaſte diſtat, ab Herode Tetrarcha in honorem Cæſaris reſtituta. In ea venerandum caput majoris inter natos mulierum, Joannis Baptiſtæ, minor Herodes, inter convivandum, abſcidit. In media civitate carcer eſt, in quem, dum Herodiadem ille reprehenderet, conjectus, capiteque imminutus. Carcer ſubterraneus eſt; & viginti gradibus in eum deſcenditur: in cujus medio Altare erigitur, ubi a ſpeculatore capite obtruncatur. a dextera altaris, urnula viſitur, in qua ſancti Zachariæ, Præcurſoris patris, corpus ſervatum fuerat; a lævā, altera urnula, in qua corpus ſanctæ Eliſabetæ, ejuſdem matris, jacet: quemadmodum & in utriſque carceris lateribus, variorum Sanctorum reliquiæ, & diſcipulorum Præcurſoris, quieſcunt. Supra carcerem Templum aſſurgit; & in eo urnæ duæ, ex candido marmore excisæ; quarum dextera combuſti corporis venerandi Præcurſoris cineres, altera Heliſæi Prophetæ corpus, continet: ſupraque in aureo vaſe, ſiniſtra Præcurſoris manus, quaqua ver-

A γύμβος. ἐφ' ὃν δὲ τόπον ἔστησαν οἱ τοῦ Κυρίου πόδες, ὁρᾶται ὀμφάλιον πάνυ λευκόν, ἐν ᾧ μέσον ἐκτύπωσις θείου Σταυροῦ· ἐξ ἧς καὶ ἄρρητος εὐωδία ἐκπνέουσα, τῶν προσιόντων κατευφραίνει τὴν ὄσφρησιν. ἔξωθεν δὲ τῆς μονῆς ὡσεὶ λίθου βολῆς ἐστι μικρὸν σπήλαιον, ἐν ᾧ μετὰ τὴν φρικτὴν Μεταμόρφωσιν, εἰσελθὼν ὁ Χριστός, τοῖς μαθηταῖς ἐνετείλατο, μηδενὶ εἰπεῖν αὐτοὺς τὸ ὅραμα, μέχρις ἂν ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. περὶ δὲ τὸ ἀρκτῷον μέρος τοῦ ὄρους ὑπάρχει τὸ τοῦ Μελχισεδὲκ σπήλαιον, ὅπερ ἐστὶν ἀξιοθέατον, τέτρωται γὰρ εἰς διαφόρους ὀπάς, καὶ εἰσὶν ἐν αὐτῷ ὑπερῷα, καὶ ὑπόγαια, καὶ διάφορα οἰκήματα, καὶ κελλία εἰς ἀσκητῶν καταμονὰς χρηματίζοντα, εἰς ἃ καὶ πολλοὶ τῶν μεγάλων ἁγίων τὸν ἀσκητικὸν δρόμον διήνυ-
B σαν. ἐγγὺς τοῦ σπηλαίου τούτου ἐστὶ ναός, κατ' αὐτὸν δὴ τὸν τόπον, εἰς ὃν ἀπὸ τῆς κοπῆς τὸν Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντα ὁ Μελχισεδὲκ συναντήσας, καὶ εὐλογήσας ἐξένισεν. ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἁγίου βουνοῦ πρὸς τὴν πρώτην ἀνατολὴν ἀτενίσας, τὰ ἕλη καὶ τὴν φάραγγα ὄψει τοῦ ἐν ποταμοῖς ἁγιωτάτου Ἰορδάνου. Ἐπὶ πλεῖον δὲ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκτείνας τὰ τοῦ Λιβάνου πρὸς ἀνίσχοντα βλέποντα ἥλιον μέρη θεάσῃ, καὶ δύο μεγάλους βουνούς, ὧν μέσον ἡ Δαμασκὸς ἵδρυται. παρεγκλίνας δὲ μικρὸν πρὸς τὸ εὐωνυμώτατον μέρος τοῦ Ἰορδάνου τὸν ὀφθαλμόν, ὁρᾷς τὴν Τιβεριάδα θάλασσαν πάνυ καθαρῶς καὶ ἀνενοχλήτως, ἧς ἐν τῷ ἀντιπέραθεν μέρει μικρόν τι ὕψωμα ἐμφαίνεται χώματος, ἐν ᾧ τοὺς ἄρτους ὁ Σωτὴρ εὐλόγησε, καὶ τοὺς
C πεντακισχιλίους ἐψώμισε, μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν τοῖς μαθηταῖς συνηρίστησεν, ἐν τῇ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα τριῶν ἰχθύων ἄγρᾳ· κατὰ δὲ τὸ ἀρκτῷον μέρος τοῦ αὐτοῦ βουνοῦ, ἕτερος τὴν πεδιάδα ἐκείνην περιζωννύει ζυγός, ὡσεὶ δώδεκα σταδίων διάστημα ἢ καὶ πλεῖον αὐτοῦ διηρημένον. ὑπάρχει δὲ ἐν τοῖς αὐτοῦ καταχύμασιν ἡ πόλις Ναΐμ, εἰς ἣν ὁ Κύριος τὸν τῆς χήρας υἱὸν ἐκ νεκρῶν ἤγειρεν. Ἐν δὲ τῷ ἀνατολικωτέρῳ μέρει τῆς αὐτῆς πόλεως ὁρᾶται τὸ χωρίον Ἀενδώρ, μέσον δὲ τοῦ Θαβὼρ τῆς Ναΐμ τε καὶ τοῦ Ἀενδὼρ περιρρέει ὁ χείμαρρος Κισσών, περὶ οὗ φησὶν ὁ Δαβίδ. ποίησον αὐτοὺς ὡς τῷ Μαδιὰμ καὶ τῷ Σισάρᾳ, ὡς τῷ Ἰαβεὶμ ἐν τῷ χειμάρρῳ Κισσών, ἐξωλοθρεύθησαν ἐν Ἀενδώρ.

D ιβ'. Καὶ μεθ' ἡμέρας μιᾶς διάστημα ἐστὶν ἡ Σεβαστὴ πόλις, ἣν Ἡρώδης ὁ Τετράρχης εἰς τιμὴν τοῦ Καίσαρος ἀνεκαίνισεν. ἐν ᾗ καὶ τὴν τιμίαν κεφαλὴν τοῦ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζονος Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, ἐν τῷ αὐτοῦ συμποσίῳ ὁ μιαρὸς Ἡρώδης ἀπέτεμεν. ἔστιν ἐν μέσον τῆς τοιαύτης πόλεως ἡ φυλακή, εἰς ἣν ἐνεβλήθη διὰ τοὺς τῆς Ἡρωδιάδος ἕνεκα ἐλεγμούς, ἐφ' ᾗ καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Ἡ δὲ τοιαύτη φυλακὴ ἐστὶν ὑπὸ τὴν γῆν, ἔχουσα βαθμίδας ἐκ τῶν ἄνωθεν ἕως αὐτῆς εἴκοσι, ἐν δὲ τῷ μέσῳ αὐτῆς ὑπάρχει θυσιαστήριον περὶ τὸν τόπον, καθ' ὃν ἀπεκεφαλίσθη ὑπὸ τοῦ σπεκουλάτορος. δεξιᾷ δὲ τοῦ τοιούτου θυσιαστηρίου ἐστὶ λαρνάκιον, εἰς ὃ ἐναποτεθησαύρισται τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς τοῦ
E Προδρόμου. ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ ἕτερον λαρνάκιον, ἐν ᾧ ἐστὶ κείμενον τὸ σῶμα τῆς ἁγίας Ἐλισάβετ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. ἐν δ' ἀμφοτέραις τῆς φυλακῆς πλευραῖς ἐναπόκεινται διαφόρων ἁγίων λείψανα καὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Προδρόμου. ὕπερθεν δὲ τῆς φυλακῆς ὑπάρχει ναός, εἰς ὃν ἔγκεινται λάρνακες δύο, ἀπὸ λευκοῦ λατομηθεῖσαι μαρμάρου, ὧν τὸ δεξιώτερον ἔχει κόνιν τοῦ ἀποτεφρωθέντος σώματος τοῦ τιμίου Προδρόμου, τὸ δὲ ἕτερον

τὸ σῶμα τοῦ προφήτου Ἐλισσαίου. πρόκειται δ' ὕπερθεν τούτου ἐντὸς χρυσέου σκεύους ἡ εὐώνυμος τοῦ Προδρόμου χεὶρ, χρυσῷ πάντοθεν καὶ αὐτὴ περικεκαλυμμένη. Ἐν δὲ τῷ ὑψηλοτέρῳ μέρει τῆς πόλεως ἐστὶ κατὰ τὸ μέσον αὐτῆς γεώλοφος, ἐν ᾧ πάλαι μὲν ἦν τὸ τοῦ Ἡρώδου παλάτιον, ἔνθα καὶ τὸ συμπόσιον γέγονε, καὶ ἡ μιαρὰ κόρη ἐκείνη ὠρχήσατο, καὶ ἆθλον τῆς ὀρχήσεως τὴν ἱερὰν κεφαλὴν τοῦ Βαπτιστοῦ εἴληφε. νῦν δὲ ὁ τοιοῦτος τόπος γέγονε Ῥωμαϊκὸν μοναστήριον. ὑπάρχει οὖν ὁ ναὸς τῆς τοιαύτης μονῆς τρουλλωτός. Ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ μέρει τοῦ θυσιαστηρίου ἐστὶ κελλίον μικρὸν, οὗ μέσον ὁρᾶται ἐκ μαρμάρου ὀμφάλιον, ἐπὶ βαθυτάτῳ σφόδρα ὀρύγματι κείμενον, ἐν ᾧ ἡ πρώτη εὕρεσις τῆς τιμίας κεφαλῆς, καὶ ἀγγέλοις αἰδεσίμου τοῦ Προδρόμου γέγονεν, ἣ ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ἐχώσθη ὑπὸ τῆς Ἡρωδιάδος.

ιγ'. Εἶτα μετὰ παραδρομὴν σταδίων ὡσεὶ δέκα καὶ πέντε ἐστὶν ἡ τῶν Σαμαρειτῶν μητρόπολις Συχὰρ, ἡ μετὰ ταῦτα κληθεῖσα Νεάπολις, κειμένη μέσον δύο βουνῶν, ἀμφοτέρων περιλαμπομένη τῷ θεμελίῳ ἐπὶ μῆκος τοὺς πρόποδας. ὧν τὸ δεξιώτερον ὑπάρχει τὸ ὄρος ἐν ᾧ οἱ Σαμαρεῖς λέγουσι χρηματίσαι τῷ Ἀβραὰμ τὸν Θεὸν καὶ τὴν θυσίαν ζητῆσαι τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ ἐν αὐτῷ ταύτην τελέσαι, ὅσον τὸ κατ' αὐτοὺς, τὸν Πατριάρχην, ἀφ' ὧν οὐκ οἴδασι ἃ λέγουσι. τὸ γὰρ ὄρος ἐκεῖνο τὸ θεῖον ἐστὶ λιθόστρωτον τοῦ Γολγοθᾶ, ἐν ᾧ τὸ σωτήριον πάθος ὁ τοῦ κόσμου Σωτὴρ ὑπέμεινε. ἐν δὲ τοῖς τοῦ βουνοῦ προπόδοις ἐστὶ τὸ χωρίον, ὃ δέδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἐστὶ καὶ τὸ νῦν αὐτοῦ Ἰακὼβ φρέαρ, ἔνθα ὁ Κύριος κεκοπιακὼς ἐκάθισε, καὶ τῇ Σαμαρείτιδι διελέχθη, ἃ τὸ ἱερὸν ἐξηγεῖται εὐαγγέλιον. περὶ τοῦ τοιούτου βουνοῦ ἔφησεν ἡ γυνὴ πρὸς τὸν Κύριον· Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν. καὶ ὁ Κύριος πῶς δεῖ προσκυνεῖν τοὺς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνοῦντας, διὰ τῆς πρὸς ἐκείνην ὁμιλίας πᾶσιν ἐδίδαξεν.

ιδ'. Ἀπὸ τῆς Σαμαρείας ἕως τῆς ἁγίας Πόλεως εἰσὶ στάδια ὀγδοήκοντα τέσσαρα, ὧν ἡ δίοδος πᾶσα λιθόστρωτος, καὶ ταύτῃ κατάξηρος οὖσα ἡ πᾶσα τοιαύτη χώρα, καὶ αὐχμηρὰ ἐστὶ καὶ κατάμπελος καὶ ὑπόδενδρος. ἡ δὲ ἁγία πόλις κεῖται μέσον διαφόρων φαράγγων, καὶ βουνῶν, καὶ ἐστὶ τὸ ἐν αὐτῇ θεωρούμενον θαυμαστόν. ἐν ταύτῃ γὰρ ὑπερανεστηκυῖα ὁρᾶται ἡ Πόλις καὶ χθαμαλὴ, πρὸς γὰρ τὴν τῆς Ἰουδαίας χώραν ἐστὶν ὑπερκειμένη, πρὸς δὲ τὰ ἐχόμενα ταύτης γεώλοφα χθαμαλίζεται. εἰς γὰρ δύο μέρη ὁ θεῖος οὗτος διαιρεῖται χῶρος. καὶ πρὸς μὲν τὸ τοῦ δεξιοῦ βουνοῦ χθαμαλώτερον μέρος ἡ ἁγία Πόλις ἐφίδρυται, ἧς ὁ περίβολος μέχρι τῆς φάραγγος καταντᾷ, τὸ δ' ὕπερθεν ταύτης ἐστὶν ὅλον ὑπάμπελον, ἐν ᾧ καὶ ὁ λιθασμὸς τοῦ πρωτομάρτυρος ἁγίου Στεφάνου ἐγένετο. τὸ δὲ τούτου εὐώνυμον, καὶ τῆς φάραγγος πέραθεν τὸ τοῦ Ἐλαιῶνος ὄρος ὑπάρχει, ἔνθα ὁ Κύριος πολλάκις ἐμφιλοχωρήσας, τὸν ὅλον ἐκεῖνον καθηγίασε τόπον τῇ προσευχῇ, τῇ διδασκαλίᾳ, καὶ τέλος τῇ θείᾳ πρὸς τὸν Πατέρα ἀναλήψει αὐτοῦ. ἡ δὲ ἁγία Σιὼν ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας Πόλεως ἐστὶ, κειμένη περὶ τὰ δεξιὰ μέρη αὐτῆς. Ἔχει οὖν ἡ ταύτης περιγραφὴ οὕτως. ἐστὶ καστέλλιον, ἐν ᾧ ὑπάρχει ἡ ἁγία Σιὼν, ἡ μήτηρ τῶν Ἐκκλησιῶν, ὁ δὲ ταύτης ναός ἐστι πάμμεγας, κυλινδρωτὴν ἔχων τὴν ὀροφήν. τῷ εἰσελθόντι τὰς ὡραίας πύλας, ἐστὶ κατὰ τὸ εὐώνυμον μέρος οἰκία τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, ἐν ᾗ ἡ ὑπεραγία Θεοτόκος μετὰ τὴν ἀνάστασιν κατέμεινεν. ἔνθα καὶ ἐκοι-

ſum & ipſa auro obducta. In mediæ & ſuperioris partis civitatis colle, antiquitus erat Herodis Regia; ubi & convivium apparatum fuit, & execranda illa puella ſaltavit, & ſaltationis præmium, ſacroſanctum Baptiſtæ caput, retulit: nunc vero locus ille Græcorum Monaſterium eſt. Templum Monaſterii trullatum; & in læva altaris parte cellula, & in ejus medio ea marmore umbo in longe altiſſima foſſa conſpicitur, in quo prima venerandi & Angelis reverendi capitis Præcurſoris inventio fuit; quod eo loci ab Herodiade defoſſum latebat.

XIII. Excurrenti deinceps ſtadia ferme quindecim, Samaritanorum metropolis *Sichar* obvia fit; cui poſtmodum Neapoli nomen fuit; inter duos montes ſita, quorum pedibus, fundamentis ipſa ſuis, qua ſe longius extendit, inhæret. In dexteriore montium (Samaritanorum ea traditio eſt, Deus Abrahamo reſponſum dedit, & Iſaacium in ſacrificium petiit; & Patriarcha, ut iidem exiſtimant, licet ipſi quid dicant neſciant, in eo hoſtiam immolavit; mons etenim ille divinus, Golgothæ Lithoſtrotum eſt, in quo ſalutarem paſſionem Salvator mundi pertulit. Ad pedes montis conſpicitur ager, a Jacobo, Joſepho filio exhibitus: in agro Jacobi, puteus, ubi Dominus labore delaſſatus quievit, & Samaritanæ, quæ ſacrum proſequitur Evangelium, eloquutus eſt. De hoc eodem monte mulier Domino dixerat, *Patres noſtri in monte hoc adoraverunt*. & Dominus, quanam ratione iis, qui in ſpiritu & veritate adorant, Deus præcolendus ſit, colloquio illo omnes edocuit.

XIV. A Samaria ad ſacram civitatem ſtadia numerantur quatuor & octoginta. via eſt omnis lapidibus ſtrata; &, licet tota ea regio ſiccitate areſcat, & ſqualleat, ubique tamen vitibus & arboribus conſtipatur. Sancta civitas variis vallibus & montibus circumſepitur, nec admiratione caret, quod in ea ſpectatur; eodem enim temporis momento & ſupereminens & depreſſa apparet: namque ſi Judææ oram inſpexeris, ſupereminet; ſi colles illi adhærentes, complanatur. Divinus quippe locus in partes duas dividitur, & ad montis dexteri partem decliviorem ſancta civitas fundatur; cujus ambitus ad vallem uſque diffunditur; pars illius ſuperior tota vitibus conſita eſt, ubi ſanctus Protomartyr Stephanus lapidibus obrutus; lævam illius partem trans vallem mons Olivarum occupat; quem Dominus frequenter inviſens, & in eo immorans, univerſum ſanctitate replevit, oratione, prædicatione, & demum ſacroſancta ſua ad Patrem aſcenſione. Sancta vero Sion ante ſanctam urbem ſedem ſibi habet, ad partem illius dexteram jacens. Cujus deſcriptio hæc fuerit: Caſtellum eſt, in quo ſancta Sion, eccleſiarum mater, collocatur; prægrandi magnitudine eccleſia conſpicua eſt; tectum in proceritatem æqualiter orbiculatum effingitur; cujus ſpecioſas portas ingreſſo tibi, ad partem lævam objicitur ſancti Joannis Theologi domus,

in qua ſanctiſſima Deipara poſt reſurrectionem commorabatur, ubi & mortem obiit; viſiturque ibidem cellula ferreis cancellis circummunita, & in loco, ubi ſanctiſſimam animam Deo Filioque reddidit, umbones bini. dextera templi, ad dexteriorem partem altaris, cœnaculum, in quod gradibus uno & ſexaginta aſcenditur. Templum quatuor fornices & trullam habet. in ſiniſtra parte cœnaculi, locus, in quo facta eſt Dominica cœna; in Bematis mytulo, ſancti Spiritus in Apoſtolos deſcenſus. in templi inferiore parte Chriſtus pedes Apoſtolorum lavit; cujus loco adverſo templum erigitur; in eo domus, in quam Chriſtus januis clauſis ad Apoſtolos introivit; ubi poſt lapidationem Protomartyr Stephanus ſepultus eſt, tum alio a Gamaliele avectus. Davidis turris in ſeptentrionali urbis parte ſita eſt, immani magnitudine ſuperbiens; & licet ab Hieroſolymitanis accolis aſſeratur eſſe Davidis, a me non improbabili, ut reor, ratione in dubium vertitur; namque turrim Davidis ex ſaxili albo lapide extructam fuiſſe, templum & alias duas turres poſtea ab Heroda in honorem Phaſæli & Mariamnæ aedificatas, Joſephus fert; at, quæ modo viſitur, ex communi lapide conſtructa eſt. & forte, quam nunc intuemur, ſuper vetuſtiſſimæ turris fundamenta aſſurgit. Prope turrim, quæ ad Urbem ducit, porta; quam ingreſſo, lata platea iter aperit; in cujus læva parte regiis palatiis ſancti Patris noſtri Sabbæ Metochium adhæret. Viam, ad ſagittæ jactum, emenſus, celebre Dominici ſepulchri Templum reperies; cujus non alia figura fuerit, quam quæ in variis ſcripto mandatur. Spelunca in Dominici corporis ſepulchrum converſa, duas in partes ſejungitur; quarum in una lapis revolutus repoſitus, candidis marmoribus cuſtoditur; in altera ad borealem partem, lapis pro pavimenti menſura expolitus, cubito uno ſupereminet; in quo mortuus, nuduſque vitæ largitor poſitus eſt; auro puro, ex deſiderio & fide domini mei Imperatoris Manuelis Porphyrogennetæ Comneni circumornatus. Prope eum eſt Golgotha; in quo Calvariæ locus, & exciſa Crucis baſis, & dirupti ſaxi, tempore paſſionis, hiatus; ſub quo, in cavitate lapidis, Adami calvaria, ſcatebræque Dominici ſanguinis, ſuper eam effuſæ. Templum ſuper Golgotha quatuor tectis & tholo aſſurgit: proxime inhæret ſubterraneum templum ingens in quo pretioſa & vivifica Chriſti Domini Crux inventa eſt. Ad orientaliorem partem Civitatis templum viſitur, Sancta ſanctorum nomine: omnium pulcherrimum tectum in trullæ formam deſinit, in vetuſto pavimento celeberrimi illius Templi Salomonis, intus exteriuſque variis marmoribus, & teſſellato opere condecoratum: ad lævam partem Templi, fornices binæ, quarum in altera occurſus Chriſti Domini, quod ibi juſtus Simeon Chriſtum Dominum ulnis exceperit; in altera, quam Jacobus ſcalam admirandam, ad cœlum uſque pertingentem, & Angelos Dei in ea aſcendentes & deſcendentes, conſpexe-

A μήθη. καὶ ἔστιν ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ κελλίον διὰ σιδηρέων κιγκλίδων περιθριγγούμενον, καὶ ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ τὴν παναγίαν αὐτῆς ψυχὴν παρέθετο τῷ υἱῷ καὶ Θεῷ, ὀμφάλια δύο. δεξιᾷ δὲ τοῦ τοιούτου ναοῦ ἐστὶ πρὸς τὸ δεξιώτερον μέρος τοῦ θυσιαστηρίου τὸ ὑπερῷον, ἔχον τὴν ἄνοδον διὰ βαθμίδων ξα΄. ὑπάρχει οὖν ὁ τοιοῦτος ναὸς τετρακάμαρος τρουλλωτός. Ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ μέρει τοῦ ὑπερῴου ὁρᾶται ὁ τόπος, ἔνθα γέγονεν ὁ δεσποτικὸς δεῖπνος. καὶ ἐν τῷ μύακι τοῦ βήματος ἡ πρὸς τοὺς Ἀποστόλους κάθοδος τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ὑποκάτωθεν δὲ τοῦ τοιούτου ναοῦ γέγονεν ὁ νιπτήρ. καὶ ἀντικρὺ τούτου ἐστὶ ναός, ἔνθα τὸ οἴκημα ἦν, ἐν ᾧ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων
B ὁ Χριστὸς εἰσῆλθεν πρὸς τοὺς Ἀποστόλους. ἔνθα μετὰ τὸ λιθασθῆναι ὁ πρωτομάρτυρ Στέφανος τέθαπται, καὶ παρὰ τοῦ Γαμαλιὴλ μετετέθη εἰς ἕτερον τόπον. Ὁ δὲ λεγόμενος τοῦ Δαβὶδ πύργος κεῖται περὶ τὸ ἀρκτῷον μέρος τῆς πόλεως, καὶ ἔστιν ὁ πύργος παμμεγεθέστατος, καὶ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ παρὰ πάντων τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ ὁμολογεῖται. ἀλλ᾽ ἔμοιγε, ὡς οἶμαι, δι᾽ εὐλόγου ἀμφιβάλλεται αἰτίας. καὶ γὰρ διὰ ξεστοῦ λίθου λευκοῦ ὁ Ἰώσηπος τὸν τοιοῦτον πύργον ἱστορεῖ γενέσθαι. τὸν τε ναὸν, καὶ τοὺς ἑτέρους ἐς ὕστερον δύο πύργους παρὰ τοῦ Ἡρώδου εἰς ὄνομα Φασαήλου, καὶ Μαριάμμης κτισθέντας. ὁ δὲ ἐκ κοινοῦ λίθου ἀνεγηγερμένος ὁρᾶται. καὶ ἴσως ὁ νῦν ὁρώμενος ἐπὶ τοῦ παλαιτάτου θεμελίου πύργου ἀνῳκοδόμη-
XV. Inde procedenti in ſanctam Bethleem, in via ſeſe offert monumentum Rachelis, cum ſaxeo cubiculo. propeque eſt ſancta Bethleem, in qua natus eſt Chriſtus. Templum eſt prælongum, ſtructura lignea, plumbo tecta, & muſivo aureo coloratum. In templo ſunt columnæ quinquaginta ; pavimentum ex marmore. In parte dextra templi conſpicitur Baptiſterium purpureum, pulcherrimum. A ſiniſtra Bematis deſcenditur per gradus quatuordecim in ſpeluncam, in qua natus eſt Chriſtus. Nativitas orientem reſpicit : & in dextra parte ſpeluncæ locus eſt, in quo Salome aquam, qua laverat Chriſtum, abſcondit ; quæ facta eſt unguentum, tum, in alabaſtris reponi ſolitum. Id unguenti eſt, quo meretrix, ſancta magna Feria quarta, unxit Dominum. pendent lampades decem. & ſpelunca quaquaverſum circumveſtita eſt. Amen.

A λια λ'. Η δὲ πέραν τῶ Ιορδάνου ἦναι ὄρη τὰ ὑψηλά. κ ἀπάνω εἰς τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ ἦλθεν ὁ Μωϋσῆς, κ ἐπροσδέχετο εἰς Ιερουσαλήμ. κ αὐτῶ ἦναι ὁ τάφος τυ. Εἰ δὲ μέσα εἰς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον ἦναι ὁ τάφος ἢ ὁσίας Μαρίας ἢ Αἰγυπτίας, ὅπου ἢ ηὗρεν ὁ Αββᾶς Ζωσιμᾶς, κ ἔθαψέ την, ὲ ἡ ὁσία ἐποίησε χρόνους μζ'. Απέχει ἀπὸ ἀπὸ τὴν Ιερουσαλὴμ ἡμέραν δρόμον η'.

ιδ'. Η δὲ δεξιὰ ἢ Ιορδάνου εἶναι τὰ Σόδομα, καὶ τὰ Γόμορρα, κ ἡ Νεκρὰ Θάλασσα, καὶ ὁ τόπος τοῦ Λώτ, κ αὐτῶ μέσα εἶναι ἡ κόλασις. Απέχει ἀπὸ ἢ Ιερουσαλὴμ μιλ. λ'. Αὐτῶ ἦναι τὸ Μοναστήριον τῶ ἁγίου Γερασίμου, ὅπου ἐδούλευε τῶ ἁγίων. κ ἄνωθεν πρὸς B ἢ Ιερουσαλὴμ μέσα εἰς τὰ ὄρη ἦναι ἡ Λαύρα ἢ ἁγίου Σάβα. Αὐτῶ ἦναι κ ὁ τάφος τυ. κ τὸ Μοναστήριον ἦναι εἰς τόπον χειμάρρων. κ ὑποκάτω τῶ Μοναστηρίου ἦναι ἡ πηγὴ, ὅπου ἢ εὗγαλεν ὁ ἅγιος μὲ προσευχήν. κ ὁ ναὸς ἦναι μὲ τρούλλαν ἦναι, κ ζωγραφισμένη μὲ τὸ λαζούρη. Αὐτοῦ ἦναι κ τὸ κελλίον τοῦ ἁγίου Ιωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Αὐτοῦ ἔγραψε τὸ, Αξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς, Ομοίως κ ἢ Οκτώηχον. Εἶχε κ ἢ καιρὸν τοῦ ἁγίου Σάβα Καλογήρους χιλίους δεκατεσσάρους. Απέχει ἀπὸ τὴν Ιερουσαλὴμ μιλ. ιβ'. Αναβαίνοντας εἰς ἢ Ιερουσαλὴμ ἀπάνω εἰς ὄρος ἦναι τὸ Μοναστήριον τοῦ ἁγίου Θεοδοσίου τοῦ Κοινοβιάρχου, Απέχει ἀπὸ ἢ Ιερουσαλὴμ μίλια η'. Καὶ C ἄνωθεν αὐτοῦ ἦναι τὸ Μοναστήριον τοῦ ἁγίου Προφήτου Ηλιοῦ, κ εἶναι μέσα εἰς ἢ ὁδὸν ὅπου πηγαίνει εἰς ἢ Βηθλεέμ. Καὶ ἦναι ὁ ναὸς με τρούλλαν. κ αὐτοῦ ἐκοιμήθη, καὶ εἶπεν ὁ Αγγελος, Ανάστα, φάγε, ὅτι μακρὰ ἡ ὁδός σου. Καὶ αὐτοῦ εἰς ἢ χείμαρρον ἔφερεν ὁ Ιωσὴφ ἢ Θεοτόκον, ἵνα λάθρα ἀπολύσῃ αὐτήν. κ ἦλθεν ὁ Αγγελος, κ εἶπεν, Ιωσὴφ υἱὸς Δαβίδ, μὴ φοβηθεὶς, παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. τὸ γὰρ ἐξ αὐτῆς γεννηθὲν ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐστίν.

ιε'. Απ' αὐτοῦ ἐρχομένου εἰς ἢ ἁγίαν Πόλιν Βηθλεὲμ, μέσα εἰς τὴν ὁδὸν ἦναι τὸ μνημεῖον τῆς Ραχὴλ μὲ κουβούκλιον πέτρινον. κ αὐτοῦ σιμὰ ἦναι ἡ ἁγία Βηθλεὲμ ὅπου ἐγεννήθη ὁ Χριστός. ἦναι ὁ ναὸς ἢ ἁγίας Βηθλεὲμ μακρὺς μετὰ σανίδης ξυλίνης, κ σκεπασμένη μετὰ μολύβδι, D κ ἦναι ἱστορισμένη μετὰ μουσίου χρυσοῦ. κ μέσα εἰς ἢ ναὸν ἔχει κολόναις ν' κ τὸ ἔδαφος τοῦ ναοῦ μαρμαρένιο. κ εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ ναοῦ ἔχει Βαπτιστήριον πορφυρένιο, ὡραιότατον. κ ἀριστερὰ τῶ βήματος καταβαίνει σκαλιὰ ιδ'. κ εὑρίσκεις σπήλαιον, ὅπου ἐγεννήθη ὁ Χριστός. ἡ Γέννησις ἦναι ἀνατολικὰ κ εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῶ σπηλαίω ἦναι ὁ τόπος, ὅπου ἔχυσεν ἡ Σαλώμη τὸ νερὸν, ὅπου ἔλουσε ἢ Χριστόν. κ ἐγίνη μύρον ἀλάβαστρον. Εκεῖνο τὸ μύρον ἦναι, ὅπου ἤλειψεν ἡ πόρνη τὸν Κύριον τῇ ἁγίᾳ κ μεγάλῃ τετράδι. ἔχει κανδήλαις ι'. καὶ ὅλον τὸ σπήλαιον ἦναι ἐνδυμένον. Αμήν.

Digitized by Google

EUGESIPPUS
DE
DISTANTIIS
LOCORUM
TERRÆ SANCTÆ.

A

Digitized by Google

INCIPIT TRACTATUS
DE
DISTANTIIS LOCORUM TERRÆ SANCTÆ;
Quem compilavit
EUGESIPPUS
Anno Domini M L X.

VErtamus eja ſtylum noſtrum, ſumentes initium a Chebron, quæ & Hebron. Hebron olim Metropolis Philiſtinorum, & habitaculum gigantum, in tribu Juda civitas Sacerdotalis, & fugitivorum. Hebron ſita fuit in agro illo, in quo ſummus diſpoſitor patrem noſtrum plaſmavit Adam, & inſpiravit. Hebron, Cariatharbe dicitur; quod Saracenice ſonat, Civitas quatuor; eo quod quatuor ibi reverendi Patres in ſpelunca duplici conſepulti fuere, ſummus ſcilicet Adam, Abraham, Iſaac, & Jacob; & eorum uxores quatuor, ſcilicet, Eva, mater noſtra, Sara, Rebecca, Lia. Eſt autem Hebron juxta Vallem lacrymarum ſita. Vallis lacrymarum eſt dicta, eo quod centum annis in ea luxit Adam filium ſuum Abel: in qua & monitus poſtea ab Angelo, cognovit ſuam uxorem; ex qua genuit filium ſuum Seth; de cujus tribu erat Chriſtus oriundus. Duo milliaria ab Hebron, ſepultura Loth, nepotis Abrahæ. In Hebron habetur quidam ager, cujus gleba rubea eſt; quæ ab incolis effoditur, & per Ægyptum venalis aſportatur, &, quaſi pro ſpecie cariſſime emitur. Prædictus ager, in quantum late & profunde effoſſus fuerit, in tantum divina diſpoſitione in anno futuro redintegratus reperitur. Juxta Hebron mons Mambre ad radicem, cujus Terebinthus illa, quæ Adia vocatur, id eſt, ilex, aut quercus; Secus quam per multum temporis ſpacium manſit Abraham: ſub qua quidem tres Angelos vidit, & unum adoravit; hoſpitioque ſuſceptos, dignus, prout potuit, fovit & pavit; unde primus eomedendi * via dictus eſt. Ilex prædicta ex tunc uſque ad tempus Theodoſii Imperatoris, teſtante Hieronymo, ſuum eſſe dilatavit: & ex illa hæc fuiſſe perhibetur, quæ in præſenti ab illic præſentibus videtur, & caro tenetur. Quæ licet arida, medicabilis tamen eſſe probatur in hoc, quod, ſi de ea quis equitans aliquid ſecum detulerit, animal ſuum non * infendit. In Hebron primo applicuerunt ſe, cauſa terræ explorandæ, Caleph & Joſue, eorumque ſocii decem. In Hebron David regnavit ſeptem annis & dimidio. Decem milliaria ab Hebron, eſt lacus Aſphaltites contra Orientem, qui & Mare mortuum dicitur; & vere mortuum, quia nihil vivum recipit: & mare Diaboli dicitur, eo quod, inſtinctu ejus quatuor illæ civitates miſerrimæ, Sodoma, Gomorrha, Seboim, Adama, perſeverantes in turpitudine ſua, igne ſulphureo concrematæ, in lacum illum ſubmerſæ ſunt. Supra lacum in * accubitum Judææ, Segor, quæ & Bala, quinta de civitatibus illis, precibus Loth de ſubverſione & incendio reſervata; quæ uſque nunc oſtenditur. In exitu Segor, uxor Loth, ſalis in effigiem mutata fuit: cujus adhuc apparent veſtigia ſupra ri-

A pam prædicti maris. Multum eſt aluminis, multumque * cataranni, quod ab incolis reperitur & legitur; & ex mari bitumen reperitur & extrahitur, quod Judaice appellatur in multis neceſſarium. Segor autem modo, a compatriotis, oppidum palmæ vocatur. Supra lacum Aſphaltiten in deſcenſu Arabiæ, Carnaum in ſpelunca, in monte Moabitarum; in quem Balach, filius Beor, divinum adduxit Balaam ad maledicendum filiis Iſrael: qui propter vehemens præruptum excelſus vocatur. Lacus Aſphaltites Judæam dividit & Arabiam. Arabia, tempore filiorum Iſrael, ſolitudo erat, & deſertum, terra invia & inaquoſa. In ea quidem detinuit eos Dominus quadraginta annis, manna pluens ad manducandum, aqua de rupe ducta. In Arabia, Helim, caſtrum filiorum Iſrael, locus in deſerto, in quo duodecim fontes, & ſeptuaginta palmas, B de mari rubro exeuntes repererunt. In Arabia, Vallis Moyſi; in qua percutiens bis Silicem virga, duos aquæ populo Dei reddentem rivulos; de quibus modo tota illa regio irrigatur. In Arabia, mons Sinai, in quo Moyſes XL. diebus, totidemque noctibus, totius cibi expers, moratus fuit; in quo & Dominus Moyſi dedit legem, proprio digito ſcriptam in tabulis lapideis. In Arabia, præceſſit filios Iſrael columna ignis per noctem; nubes vero vallavit eos diebus ſingulis. In Arabia, XL. manſiones filiorum Iſrael. In Arabia, mons Hor, in quo ſepultus quieſcit Aaron. In Arabia, mons Abarim; in quo Dominus Moyſen ſepelivit, cujus tamen nuſquam apparuit tumulus. In Arabia, mons regalis, quem Baldevinus, primus Rex Francorum in Hieruſalem, ad terram illam Chriſticolis ſubjugandam C & tuendam regnum David, in caſtrum firmum reddidit. Arabia jungitur Idumææ in confinibus Boſtron. Idumæa, terra Damaſci. Idumæa tamen ſub Syria. Caput Syriæ quidem Damaſcus. Idumæam & Phœniciam dividit Libanus. Phœnicia, in qua Sor, id eſt, Tyrus Phœnices, nobiliſſima Metropolis, quæ Chriſtum, perambulantem maritima, ut Syri aſſerunt, noluit accipere; quæ &, divina teſtante pagina, tot Martyrus Deo reddidit, quorum ejus ſolius ſcientia * minus colligit. Tyrus originem celat * tumulatum. Ante Tyrum lapis ille marmoreus, haud modicus, ſuper quem ſedit Jeſus: manens illæſus, a tempore Chriſti uſque ad expulſionem gentium ab urbe; ſed poſtea defraudatus a Francis & a Venetis. Supra vero reſiduum illius lapidis, in honorem Salvatoris, Eccleſia quædam D fundata eſt. octo milliaria a Tyro contra Orientem, ſupra mare, Sarphen, quæ eſt Sarepta Sidoniorum. In qua quondam habitavit Helias propheta. In qua & reſuſcitavit filium viduæ, Jonam ſcilicet: quem prius ipſa hoſpitio receperat, & charitative foverat ac paverat. Sex mil-

llaria a Sarphen, Sidon, civitas egregia; ex qua Dido, quæ Carthaginem conſtituit in Africa. Sexdecim milliaria a Sidone, Berytus, opulentiſſima civitas. In Beryto quædam Salvatoris noſtri icon, non multam poſt paſſionem ejus ad ignominiam ejus a quibuſdam Judæis ridiculoſe crucifixa, ſanguinem produxit & aquam; unde & multi in vero Crucifixo crediderant, baptizati: quicunque etiam ex ſtilla iconis peruncti, a quacunque gravarentur infirmitate, ſani reddebantur. Arphat, urbs Damaſci. Damaſcus in Syria; de qua hiſtoria. Damaſcus caput Syriæ *tenenda Metropolis. In ea Damaſcum conſtravit Eliezer, ſervus Abrahæ, in agro illo, in quo Cain fratrem ſuum Abel occidit. Damaſci habitavit Eſau, qui & * Seir, & Edom Seir piloſus; Edom ruffus & rubeus. Ab Edom tota illa terra vocatur Idumæa. de qua in Pſalmo: *In Idumæam extendam calceamentum meum*. Eſt autem Edom vocata: unde Propheta: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra?* Eſt autem quædam pars terræ illius, terra Hus, ex qua beatus Job; quæ & Sueta; ex qua Baldad Suhites; in qua & Theman metropolis. Ex Theman Eliphat Themanites. In qua & Naamath oppidum; a quo Sophar Naamathites. Hi tres conſolatores Job. In Idumææ finibus, duo milliaria a Jordane, fluvius Jaboc; quo tranſvadato Jacob, cum a Meſopotamia rediret, luctatus eſt cum Angelo; qui de Jacob ei nomen mutavit in Iſrael. In Idumæa mons Seir; ſub quo Damaſcus. Duo milliaria a Damaſco, locus, in quo Saulo Chriſtus apparuit, dicens: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* in quo & Saulum claritas de cælo non modica circumfulſit. In Damaſco baptizavit Saulum Ananias, nomen ei Pauli imponens. In Damaſco de muris miſſus fuit Paulus in ſporta, perſecutoris veritus rabiem. Libanus interpretatur Candidatio. de quo in Canticis: *Veni de Libano, ſponſa mea, columba mea*. Ad radicem Libani, Pharphat & Abana, fluvii Damaſci. Montes Libani & planitiem * archados tranſluit Abana, mari magno ſe copulans, finibus illis, quibus ſanctus Euſtachius, ab uxore ſua privatus, & filiis deſolatus, receſſit. Pharphar per Syriam tendit Reblatam, id eſt, Antiochiam; labenſque ſecus muros ejus, decem milliaria ab Antiochia in portu Solim * orta ſcilicet S. Simeonis, mediterraneo, mari ſe commendat. In Antiochia ſedit B. Petrus ſeptem annis, Pontificali decoratus infula. Ad radicem Libani, civitas Paneas ſita eſt, id eſt, * Helymas, quæ & Cæſarea Philippi. Ad radicem Libani, Dan & Jor oriuntur, fontes illi duo, de quibus, ſub montibus * Gelboe, Jordanis conficitur. in quo Chriſtus a Joanne, præcurſore ejus, tertio lapide a Jericho, baptizari voluit: in quo etiam loco vox Patris ejus intonuit, dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus*: & ſuper Jeſum deſcendit ibi Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ. A montibus Gelboe uſque ad lacum Aſphaltiten, vallis, per quam Jordanis labitur, * Sortus appellatur. Suphon (quod Hebræum eſt vocabulum) appellatur etiam, vallis illa; quæ grandis atque campeſtris ex utraque parte vallatur montibus continuis a Libano uſque ad deſertum Pharan. Dividit autem Jordanis Galilæam & Idumæam, & terram Boſræ, quæ & Idumææ ſecunda metropolis. Jordanis deſcenſus interpretatur. Dan ſere ab ortu ſuo ſubterraneum ducit gurgitem uſque ad Meldam, planitiem illam, in qua ſatis patentem ſuum foras emittit alveum. Planities illa Melda vocatur, eo quod in illa Meldis eſt. Sarraceoice quidem ſonat * platem. Platea Melda, Latine autem platea, forum; Melda vero vocatur, eo quod intrante æſtate innumerabilis ibi populus, ſecum deferens omnia venalia, convenit, ingenſque Parthorum & Arabum militia, ad tuendum populum & greges ſuos in paſcuis illis uberrimis per totam æſtatem. Meldan componitur ex Mel, & Dan. Mel Sarracenice aqua, Dan fluvius. ea planitie Dan prædicta ſe reddens in fluvium, Suetam peragrat, in qua pyramis beati Job ſuperſtes, a Græcis & gentilibus ſolemnia habetur. Dan, contra Galilæam gentium ſe obliquans ab urbe Cedar cæcis medicabilia balnea * ſpineti plans produens, Jor copulatur. Jor haud longe a Paneas lacum illius reddit ex ſe, poſtea mare Galilææ, ſumens initium inter Bethſaida & Capharnaum. A Bethſaida Petrus & Joannes, Andreas & Jacobus Alphæi. Quatuor milliaria a Bethſaida, Corozain, in qua nutrietur Antichriſtus, ſeductor orbis. De Corozain & Bethſaida ait Chriſtus Jeſus: *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida*. Quinque milliaria a Corozain, Cedar, excellentiſſima civitas illa, de qua in Pſalmo, *cum habitantibus Cedar*. Cedar interpretatur, in tenebris. Capharnaum in dextera parte maris ſita eſt, civitas Centurionis, cujus filium in ea ſanavit Jeſus; de quo ait: *Non inveni tantam fidem in Iſrael*. In Capharnaum multa alia fecit Jeſus, docens in Synagoga. Capharnaum, villa pulcherrima interpretatur, vel villa pulchritudinis: quæ nobis ſanctam figurat Eccleſiam. Ad quam tum qui de Libano deſcendunt, id eſt, de candore virtutum, ab ea & in ea lucidiores redduntur. Secundo milliario a Capharnaum, deſcenſus illius montis eſt, in quo ſermocinatus eſt ad turbas, & inſtruxit Apoſtolos ſuos; in quo & leproſum curavit. Milliario a deſcenſu illo, locus, in quo pavit quinque millia hominum ex quinque panibus & duobus piſcibus. Unde locus ille Menſa vocatur; quaſi locus refectionis. Cui locus ſubjacet ille, in quo Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam Diſcipulis apparuit, comedens cum eis partem piſcis aſſi ſupra mare; in quo & Dominus ſicco pede ambulavit, cum circa quartam noctis vigiliam Petro & Andreæ piſcantibus apparuit; ubi & Petro, ſupra mare ad eum ire volenti, & merſo, ait Jeſus: *Modicæ fidei*. ubi etiam alia vice diſcipulis ſuis, in navi periclitari metuentibus, mare quietum reddidit. In ſiniſtro maris capite, montis in conclavo, Genezaret; locus generans aurum, quod adhuc ab illis præſentibus ſumitur. Milliario ſecundo a Genezaret, Magdalum oppidum; a quo Maria Magdalena. Hæc autem regio Galilæa gentium eſt; in Tribu tamen Zabulon & Nephtalim. In ſuperioribus ejus Galilææ, viginti fuerunt civitates illæ, quas Rex Salomon Hiram Regi Tyri, amico ſuo, dono dedit. Secundo milliario a Magdalo Cenereth, quæ & Tiberias a Tiberio Cæſare cognominata; quam in juventute ſua frequentare ſolebat. Quarto milliario a Tiberiada, Bethulia civitas; ex qua Judith, quæ, pro gente ſalvanda, nimis aſtute peremit Holofernem in obſidione urbis. Milliario quarto a Tiberiade contra meridiem, Dothaim, in quo fratres ſuos gregem paſcentes reperit Joſeph; quem & Iſmaelitis, eum odio habentes, vendiderunt. Duodecimo milliario a Tiberiade, Nazareth, civitas Galilææ, patria Salvatoris, eo quod in ea nutritus fuit. Nazareth interpretatur flos, vel virgultum; nec ſine cauſa, cum in ea ortus ſit flos, ex cujus fructu ſeculum repletum eſt. Flos iſta virgo Maria; ex qua Gabriel Archangelus in eadem Nazareth filium altiſſimi naſciturum nunciavit, inquiens: *Ave Maria*. De Nazareth dictum fuit: *A Nazareth poteſt boni aliquid eſſe?* Milliario quinto a Nazareth, Sephoris civitas, via, quæ ducit Achon. Ex Sephori mater B. Mariæ, Anna, & Hermana, ſorores. De Hermana nata eſt Elizabeth, mater Joannis Baptiſtæ. Porro Joachim duxit Annam uxorem, qui genuit ex ea Mariam, matrem Domini. Mortuo Joachim, Cleophas duxit Annam in uxorem, & genuit ex ea alteram Mariam, quæ fuit mater Jacobi minoris Alphæi, qui appellatur fra-

ter Domini. Defunƈto igitur Cleopha, Salome duxit iterum Annam uxorem; de qua genuit tertiam Mariam. Zebedæus duxit eam uxorem, videlicet tertiam Mariam; quæ genuit ei duos magnos viros, Jacobum Minorem & Joannem Evangeliſtam. Et iſti nihilominus cognati Domini fuerunt. Primam Mariam duxit in uxorem Joſeph, qui vocabatur Juſtus: ſecundam Mariam duxit Alphæus. Secundo miliario a Sephori, Cana Galilææ, contra Orientem; a qua Philippus & Nathanael. in qua & puer Jeſus, cum matre diſcumbens in nuptiis, aquam convertit in vinum. In Nazareth labitur fons exiguus; in quo in pueritia ſua habitare ſolebant, & inde miniſtrare matri ſuæ & ſibi. Milliario a Nazareth, contra meridiem, mons, qui Præcipitatus dicitur; ex quo juvenem Jeſum præcipitare voluerunt, * æmulantes prudentiam ejus; ſed ab eis in momento diſparuit. Quarto milliario a Nazareth, contra Orientem, mons Thabor; in quo transfiguravit ſe Jeſus, Apoſtolis ſuis videntibus, Petro, Joanne & Jacobo, Moyſe & Elia; quibus etiam vox Patris audita eſt, dicens: *Hic eſt Filius meus dileƈtus*. Secundo milliario a Thabor, contra Orientem, mons Hermon. In deſcenſu montis Thabor, obviavit Abrahæ, redeunti a cæde Amalec, Melchiſedech, qui & Sem, filius Noe, Sacerdos, & Rex Salem, præſentans ei panem & vinum, quod ſignificet oblationem Altaris Chriſti ſub gratia. Secundo milliario a Thabor, Naim civitas; ad cujus portam Chriſtus reſtituit vitæ, filium viduæ. Supra Naim mons Endor; ad radicem cujus, ſupra torrentem * Radumnem, qui eſt torrens Ciſon, ubi cum filio Deboræ Prophetiſſæ, Barach filius Abinoem devicit Idumæos, Siſara videlicet occiſo a Jahel, uxore Heber Cinæi, Zeb autem, & Zebee & Salmana trans Jordanem perſequens, gladio peremit; Barach, duce eorum in Endor, & ſub Endor exercitu cæſo. Inde in Pſalmo, *Thabor & Hermon, &c.* Quinto milliario a Naim, Jezrahel civitas, quæ & * Zaram; ex qua Jezabel, impiiſſima Regina, fuit, quæ abſtulit vineam Naboth: quæ &, pro importunitate ſua, de ſummo palatii ſui præcipitata interiit: cujus adhuc pyramis ſuperſtes videtur. Juxta Jezrahel, campus Mageddo; in quo Joſias Rex a Rege Samariæ ſubaƈtus occubuit, deinde translatus in Sion & ſepultus: pro cujus morte fecit Hieremias Lamentationes. Milliario a Jezrahel, montes Gelboe, in quibus dimicantes Saul & Jonathas, ſubaƈti fuerunt. Unde David: *Montes Gelboe, &c.* Secundo milliario a Gelboe, contra Orientem, Scythopolis civitas, Galilææ metropolis, quæ & Bethſan, id eſt, domus ſolis: vel civitas, ſupra cujus muros ſuſpenderunt caput Saul. Quinto milliario a Jezrahel, geminum oppidum illud, a quo incipit Samaria. Decimo milliario a Samaria, quæ & Sebaſte, id eſt, Auguſta, ab Auguſto Cæſare diƈta: in qua ſepultus fuit paranymphus ille & præcurſor Domini, Joannes Baptiſta, ab Herode decollatus trans Jordanem juxta lacum Aſphaltiten in Caſtello Macherus, & a diſcipulis ſuis inde translatus Sebaſten, ibique ſepultus inter Eliſeum & Abdiam: poſtea exinde aſſumptum corpus a Juliano Apoſtata, ejus juſſu crematum fuiſſe perhibetur, datis vento cineribus; ſed abſque capite; quod Alexandriam antea translatum fuerat, poſtea Conſtantinopolim, ad ultimum in Galliæ pagum Piƈtavienſem, & abſque indice, * quod venientem Jeſum ad baptiſma indicavit, dicens: *Ecce Agnus Dei*. Judicem Juſtum ſanƈta Virgo martyr * Alpes tulit Thecla, ubi ſub maxima veneratione tenetur in Eccleſia Morinenſi. Samaria nomen urbis & patriæ. Quarto milliario a Sebaſte, Neapolis, quæ & Sichem, a Sichem patre Hemor, qui Dinam filiam rapuit, finibus illis deambulantem. In Sichem vero relata fuerunt oſſa Joſeph ex Ægypto. In Sichem juxta fon-

A tem fabricavit Jeroboam vitulos aureos duos, quos adorari fecit a decem Tribubus, quas a Hieruſalem abduxerat & ſeduxerat. Unde unum ex eis poſuit in Dan, alium in Bethel. Sichem urbem illam deleverunt filii Jacob, Hemorque peremerunt, dolentes de adulterio Dinæ ſororis ſuæ. Sichem illa diebus Neapolis dicitur, id eſt, nova civitas, Sichar ante; juxta Sichem prædium, quod dedit Jacob filio ſuo Joſeph. In quo fons Jacob, qui & puteus; ſupra quem evangelizatur, feſſum itinere Jeſum, ſermonem habuiſſe cum Samaritana: ubi nunc & Eccleſia conſtruitur. Juxta Sichem, terebinthus illa, ſub qua Jacob abſcondit idola. In Bethel, milliario a Sichem, Luza civitas, in qua per multum temporis ſpatium habitavit Abraham: ubi & Jacob, dormiens, ſcalam vidit ad caput ejus, Cælum tangentem, Angeloſque per eam aſcendentes &
B deſcendentes; & ſtatim evigilans, ait: *Hic locus vere ſanƈtus eſt, & porta cæli*; erigenſque lapidem in titulum, oleumque fundens deſuper, appellavit nomen loci illius Bethel; qui primitus Luza appellabatur. In Bethel, Angeli præcepto, voluit Abraham immolare Domino filium ſuum Iſaac. Eſt autem Bethel collateralis mons Garizim, reſpiciens montem Hebal, orientem juxta Dan ſuper Sichem. Viceſimo milliario a Sichem, quartoque a Hieruſalem, via quæ ducit Dioſpolim, mons Silo, & civitas, quæ & Rama; ubi Arca Domini & Tabernaculum ab adventu filiorum Iſrael manſerunt uſque ad tempora Samuelis Prophetæ & David Regis. Vigeſimo quarto milliario a Sichem, decimo oƈtavo a Dioſpoli, decimo ſexto ab Hebron, decimo tertio a Jericho, quarto a Bethlehem, decimo oƈtavo
C a Berſabee, vigeſimo quarto ab Aſcalone, totidemque a Joppe, quinto a Ramatha; Hieruſalem, ſanƈtiſſima civitas, Judææ Metropolis, quæ & Sion: de qua diƈtum eſt, *Glorioſa diƈta ſunt de te, civitas Dei*. Quæ Ælia ab Ælio Adriano, qui eam conſtruxit. Bethlehem, civitas Judæ, quæ & Ephrata. Bethlehem interpretatur Domus panis; nec ſine cauſa, quia de flore Nazareno proceſſit in ea fruƈtus vitæ, de virgine Maria filius Dei vivi, videlicet Chriſtus Jeſus, qui panis eſt Angelorum, totiuſque mundi vita. In Bethlehem, juxta locum Nativitatis, præſepe, in quo & ipſe latitavit Infans Jeſus. Unde & Propheta: *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum*. Ex quo fœnum illud, in quo latitaverat, Romam delatum fuerat ab Helena, & honeſte reconditum in Eccleſia ſanƈtæ Mariæ Majoris. Millia-
D rio a Bethlehem, refulſit lux Paſtoribus, Domino nato, ejus apparente Angelo & dicente: *Gloria in excelſis Deo*. In Bethlehem, nova ſtella duce, venerunt tres Reges ab Oriente, venerati natum Jeſum, &, ut Regem Angelorum adorarent, præſentantes myſtica munera, aurum, thus, & myrrham. In Bethlehem ejuſque finibus, decollari juſſit Innocentes Herodes: quorum pars maxima, contra meridiem, ſecundo milliario a Bethlehem, ſecundo a Thecua, ſepulta quieſcit. Quarto milliario a Bethlehem, contra meridiem, eſt Eccleſia beati * Paretolii; ubi &, ipſo tranſeunte de hoc mundo, monachi ejus, quibus ipſe paſtor præfuerat, cum eo pariter agonizaverunt; quod adeo devote præſtiterunt, eo quod pater eorum pius extiterat; nec poſt eum in mundo vivere volebant: ita ejus amore fervebant: quorum ſingulorum * compagi-
E nes in Eccleſia videri poſſent, modo illo quo ſe habuerunt in deſolatione patris eorum agonizantis, translati poſtea in Hieruſalem. In Bethlehem, in Baſilica haud longe a præſepio, requieſcit corpus beati Hieronymi: nunc quidem Romæ: ubi etiam in Eccleſia ſanƈti Nicolai requieſcunt corpora ſanƈtorum Pauli & Euſtachii; quibus ipſe Hieronymus ſcribit. Milliario a Bethlehem, via, quæ ducit Hieruſalem, * Hablata, locus, in quo, cum peperiſſet Beniaminum, Ra-

chel occubuit; ibiqua eum Jacob, viro ſuo, tumulata quieſcit: cujus in tumulo ſuppoſuit Jacob duodecim lapides non modicos, in teſtamento duodecim filiorum ſuorum: cujus adhuc py amis a tranſeuntibus videtur. Hieruſalem, glorioſa Judææ metropolia, juxta Philoſophos in medio mundi ſita eſt. Regnavit autem David in ea triginta duobus annis cum dimidio. Eſt quidem in Hieruſalem mons Moria, ſuper quem David, videns Angelum percutientem evaginato gladio, qui populum Dei graviter cædebat, timens, ne in ſe & in urbem ulciſceretur, quod in populo numerando deliquerat, primus in terram corruit, vere pœnitens, graviterque ſe affligens, & a Domino exauditus, veniam meruit: de quo ait Dominus: *Inveni virum juxta cor meum*. In monte Moria, regnante David, florebat area Ornan Jebuſæi, a quo & ipſe David eam emere voluit ad conſtituendum ibi domum Domini, eo quod miſericordiam loco illo conſequutus eſt, & eo quod Angelus Domini, ei parcens, urbi reſtiterat, *ſunc quidem, ſed vetitum fuit a Domino, ne intro mitteret ſe inde, quia vir ſanguinis erat. ergo quas ad hoc præparaverat expenſas, Salomoni filio ſuo, cui a Domino concedebatur, tradidit, quatenus inde domum Domino conſtrueret. Ædificavit Rex Salomon Domino templum, id eſt, Bethel, & altare: quæ & dedicavit incomparabili ſumptu; petens a Domino, quod, quicunque de quocunque Dominum conſuleret, in eo exaudiri mereretur. quod conceſſum fuit a Domino. Ergo domus Domini, domus conſilii. Illud autem, pro incontinentia Principum & populi, exſpoliavit Nabuchodonoſor per Nabuzardan, principem coquorum ſuorum, tempore Sedechiæ Regis, ipſumque privavit urbe, totumque quod precioſum fulgebat in æde & in urbe, tulit, ſibique præſentari juſſit in Babylonem; & populum. Paulo poſt quidem Pharao Nechao templum delevit & urbem. Modo vero, ne relatori videatur abſurdum, auditori tædioſum, ſub quibus & a quibus reſtitutiones & deſtructiones primi & ſecundi & tertii templi commiſſæ, hoc de præſenti Bethel, prout verius queam, elucidare conabor. Re vera de hoc Bethel, ſub quo & a quo principe reſtitutum ſit, fere ignoratur. Quidam enim, ſub Conſtantino Imperatore, ab Helena matre ſua reædificatum fuiſſe perhibent, pro reverentia ſanctæ Crucis per eam repertæ: alii ab Heraclio Imperatore, pro reverentia ligni Domini, quod de Perſide triomphans attulerat: alii a Juſtiniano Auguſto: alii a quodam admirando Memphis Ægypti, pro reverentia Allahibyl, id eſt, ſummi Dei, etiam ad primum colendum. Ab omni lingua reverende veneratur præſens hoc templum, quantam prædicarunt. Cujus in penultimo, octavo die natalis ſui, puer circumciſus eſt; præputium cujus, Hieruſalem in templo de cœlis, ab Angelo, Carolo Magno Regi præſentatum fuit, & ab eo delatum in Galliam Aquiſgranum: poſtea quidem a Carolo Calvo translatum in pagum Pictavienſem, apud Carnoſiam, in Eccleſia, quam ibi in honorem Salvatoris conſtruxit, & regiis bonis ampliſſimis ſub monachali religione locupletavit, quod ex tunc uſque modo ibi ſolemniter veneratur [a] ipſa præſenti ſuo Jeſus a matre ſua præſentatus eſt, & receptus a beato Simone, dicente: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine*. De templo ipſo liberavit adulteram ab accuſantibus eam, dicens: *Qui ſine peccato eſt* &c. Iſta adultera fuit de tribu Nephtalim, filia Segor. In templo iſto laudavit munus pauperculæ, quod in gazophylacio poſuerat; quæ totum, quod habebat, attulerat. In templo iſto, dum moraretur Hieruſalem, docebat Judæos, licet eum æmulantes. Supra pinnaculum templi ſtatuit Jeſum Diabolus, tentans eum, & dicens: *Si filius Dei es*, &c. De templo præcipitatus fuit Divus Jacobus, primus ſub gratia Pontifex in Hieruſalem. In templo

A iſto annunciatum fuit, ab Angelo, Zachariæ, natale filii ſui Joannis Baptiſtæ. Feria ſexta, hora ſecunda, inter templum & altare Zacharias, filius Barachiæ, martyr occubuit. Supra templum hoc in veteri Teſtamento ſanctificare ſolebant turtures & columbas: quod a Saracenis poſtea immutatum eſt in horologium, & adhuc videri poteſt. Per ſpecioſam portam templi tranſiens Petrus cum Joanne, reſpondit petenti ab eis, *Quod autem habeo, hoc tibi do*. In Hieruſalem Probatica piſcina, quam, tempore Jeſu, certis temporibus movere Angelus Domini ſolebat; quicunque infirmus autem poſt motionem intrabat, ſanus fiebat, a quacunque detinebatur infirmitate. Probaton græce, pecus Latine, eo quod in ſacrificiis ſolebant inde ablui exta pecudum. erat quippe rubea ex hoſtiis, quæ ibi inundabantur. In Probatica iſta languentem ſani- B tati reſtituit Jeſus, dicens ei: *Tolle grabatum tuum*, &c. In medio Hieruſalem, excitavit a morte puellam Jeſus, ſub Salomonis regia, in accubitu Sion. In valle Joſaphat, natatoria Siloe; ad quam Chriſtus cæcum, ab eo illuminatum, miſit, ut ex ea lavaret oculos ſuos; qui abiens, lavit, & vidit. Siloe, miſſus interpretatur. Siloe, ſecundum traditionem majorum, ex Silo manare dicitur. Unde Iſaias: Siloe cum ſilentio gurgitem ſuum ducit; quia ſubterraneum .. juxta Siloe exſtitit quercus Rogel; ſub qua beatus Iſaias ſepultus quieſcit. In valle Joſaphat, ſub acuta pyramide, Rex idem Joſaphat ſepultus quieſcit. In valle Joſaphat ſepulta eſt beatus Jacobus, indeque translatus Conſtantinopolin. Secundo milliario a Hieruſalem, via, quæ ducit Sichem, mons * Sabauth in tribu Beniamin. Mil- C liario a Hieruſalem, in accubitu montis Oliveti, contra Aſphaltiten, Bethania: quæ collateralis eſt monti Oliveti. Mons Oliveti, mons offenſionis, & continuus. Dividit autem eos via, quæ de Joſaphat per Betphage ducit. Dictus eſt autem mons offenſionis, eo quod Rex Salomon in eo idolum Moloch adoravit. Bethania eſt oppidum illud, in quo Simon leproſus ſæpe Jeſum recepit in hoſpitem; cui devote miniſtrabant Maria & Martha. Bethaniæ Maria cum lacrymis rigans pedes Jeſu, ſuiſque crinibus extergens, & ungens unguento, ſuorum veniam meruit peccatorum. Bethaniæ Chriſtus Martham laudavit, & Mariam; Martham, in miniſtrando ſollicitam; Mariam, in verbis ejus ſollicitam: quarum precibus & lacrymis commotus, fratrem earum Lazarum, in monumento jam quatriduanum, vitæ reſtituit. Bethania, domus obedien- D tiæ interpretatur. Betphage, quæ & viculus ſacerdotum, domus buccæ vel maxillarum interpretatur. Mons oliveti, mons * tribuaris, vel ſanctificationis. Vallis Joſaphat, vallis judicii. Hieruſalem, viſio pacis. Sion, ſpeculum, vel ſpeculatio. Per hunc tramitem aſcendit Jeſus Hieroſolymam, ſedens ſuper aſinam, die, qua celebratur ramus palmarum. Sic & quiſque catholicus * Angeli ſummi conſilii debet incedere, & adire præſentiam ſacerdotum, qui Dei verbum ruminant; ut ab eis corrigatur, & inſtruatur, eoque conſilio & doctrina ſubire vallem judicii, id eſt, contritionem ſanæ compunctionis, in conſpectu, * videlicet qui ſe affligit, per portam Orientalem digna introiturus ſanctam Hieruſalem cœleſtem Sion, ſtola jucunditatis decorandus. Monte Sion lavit Jeſus pedes diſcipulo- E rum ſuorum, dicens eis: *Sic facite in meam commemorationem*. Monte Sion cœnavit Jeſus cum diſcipulis ſuis, dans eis in pane corpus ſuum ad manducandum, & in vino ſanguinem ſuum ad bibendum: quod eſt viaticum noſtræ redemptionis. Monte Sion, in cœna ſupra pectus Domini beatus Joannes recubuit, de fonte ſapientiæ potans. Monte Sion, Judæ, proditori ſuo, in cœna Chriſtus buccellam panis intinxit. Monte Sion ait Jeſus, *Mecum eſt in menſa, mecum intingit-*

qui manum in paropſide, qui me traditurus eſt. Cui Judas, *Numquid ego ſum, Rabbi?* Jeſus reſpondet ei, *Tu dicis.* Ad ſiniſtram montis Sion, ſuper agrum peregrinorum, qui & Hakaldema, id eſt, ager ſanguinis, ſecus viam, quæ ducit Ephrata * Mons Sion, in quo Rex Salomon unctus, Regni diadema recepit. In Hieruſalem vendidit Jeſum Judas hora veſperarum. In accubitu montis Oliveti contra Orientem trans Cedron, jactu lapidis a Gethſemani, oravit Chriſtus ad Patrem ſuum, dicens: *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte.* ubi, ex timore carnis, ſudorem ſudit quaſi ſanguinem. ubi & ait Petro, *Non potuiſtis una hora vigilare mecum?* Deinde Gethſemani regreſſus eſt. Judas autem traditor, accepto jam pretio, ad id quod de Jeſu Judæis ſpopondit, ſignum dederat cohorti; *Quemcumque oſculatus fuero*, &c. Quem, cognitum fraudis oſculo, vinctum ducunt in Sion, in Pilati prætorium. ubi & Petrus ter eum negavit: unde &, galli cantu pie reminiſcens verbi Jeſu, vere pœnituit, flevitque amare; & fugiens in cavernam, quæ modo Galli cantus appellatur, vulgariterque Galilææ via, quæ deſcendit Joſaphat, ſub porta montis Sion. Monte Sion, Jeſum opprobriis afflictum, verberibus cæſum, catenis tentum, ac deriſum, crucis ſuæ bajulum, Pilati juſſu, Judæorum impulſu, in Golgatha, quod eſt Calvariæ locus, tunica exutum, felle & aceto potatum, crucis patibulo ſuſpenſum, occi dederunt. Locus, inquam, Calvariæ dictus, eo quod in eo calvari, id eſt, damnari rei ſolebant. Calvariæ dum in cruce pateretur Jeſus, matrem ſuam amico ſuo commendavit ut virginem, virgini Matri dicens: *Ecce filius tuus*, &c. Calvariæ dum in Cruce pateretur hoſtia mundi, latroni, pendenti ad dexteram, ab eo petenti veniam, ſtolam immortalitatis promiſit: crucis in patibulo, perforatus lancea, ſanguinem emiſit & aquam, ex quorum ſtilla aperti ſunt oculi Longini, qui eum percuſſerat. Sub loco Calvariæ ad dexteram, in introitu Eccleſiæ, locus, in quo Joſeph impetravit a Pilato corpus Jeſu, ſublatum de cruce lavit reverenter caris liquoribus, & aromatibus condivit, involutumque in ſindone munda, haud longe ſepelivit in horto, in monumento, quod novum ſibi de rupe ſculpſerat. Inde deſcendit ad Inferos ad redimendum hominem: inde reſurrexit, verus Leo de tribu Juda, morte ſubacta ibi: & Angelus Domini ſanctis mulieribus apparuit, jam ab oſtio monumenti lapide revoluto, &, Jeſum vere reſurrexiſſe nuncians, ait: *Ite, & dicite diſcipulis ejus, & Petro, quod præcedet vos in Galilæam.* Sub loco Calvariæ, in capite Eccleſiæ, ab Helena crux Domini reperta eſt. Secundo milliario a Hieruſalem, contra Hieruſalem crevit arbor illa digniſſima, in qua verus ille Leo pependit, qui morte ſua mortem delevit, vitam mundo reparans. Unde Propheta, *O mors, ero mors tua*, &c. De carcere vero, & medio mundi, ſabulatorie prædicatur; cum utriuſque loci dignitas ſatis reverenda ſit, inquam, qui modo Carcer Chriſti dicitur, in paſſione Jeſu campeſtris erat; ſed in ea moram habuit, quandiu machinabantur ei crucis ſuſpendium. Illo quidem loco, ſecundo manifeſtavit ſe Jeſus Mariæ Magdalenæ, cum rediret ab Inferis. Eadem die jam declinante ad veſperam, ſub peregrini ſpecie latitans, apparuit duobus diſcipulis in via, ſub conqueſtu de morte illius tendentibus Nicopolim, id eſt, Emaus oppidum, ſeptimo milliario a Hieruſalem: quem & ibi receptum in hoſpitem recognoverunt in fractione panis; & ſtatim diſparuit ab eis. Monte Sion apparuit Apoſtolis omnibus, abſque Thoma, januis clauſis, dicens eis, *Pax vobis.* Monte Sion, octava die, Thomæ cum illis, januis clauſis omnibus, vulnera ſua palpanda intulit. Cui ait Thomas: *Dominus meus, & Deus meus.* In Galilæa ſecus mare, & in mari, diſcipulis ſuis ter ſe manifeſtavit. Quadrageſimo die, in monte Oliveti, ſuſceptus a nube, manibus erectis cælos aſcendit. Quadrageſimo die, qui nobis jubileum annum, id eſt, æternam libertatem figurat, Apoſtolorum corda ſuorum inflammantem, ſanctum remiſit Spiritum paracletum. Monte Sion virgo, Jeſu mater, tranſiit de mundo, & in Joſaphat ab Apoſtolis ſepulta fuit; inde a Filio ſuo ſupra choros Angelorum exaltata. Monte Sion David Rex, & Salomon, aliique Reges Hieroſolymitani, ſepulti quieſcunt. Ante portam Hieruſalem, quæ reſpicit occaſum * urbs ſancta Iſrael, ſaxis obrutus B. Stephanus protomartyr obiit, inde tranſlatus in Sion, & ſepultus inter Nicodemum & Habibon, & Gamalielem; poſtea Conſtantinopolim: Romæ ad ultimum B. Laurentio contumulatus. Unde & in tumulo ſcribitur, *Quæ Sion occidit nobis bis * auſtra miſit.* Ante portam Hieruſalem, juxta locum qui reſpicit meridiem, cavea illa, in qua leo quidam, juſſu Dei omnipotentis, martyrum fere duodecim millia ſub * Coeſdre perempta, una nocte detulit: unde & Caverna leonis dicitur. Sexto milliario a Hieruſalem, via, quæ ducit Ramatha, mons Modin; ex quo Mathathias, pater Machabæorum; in quo ſepulti quieſcunt, eorum adhuc apparentibus tumulis. Octavo milliario a Modin, via, quæ ducit Joppen, Lidda, quæ & Dioſpolis: in qua corpus B. Georgii ſepultum fuiſſe manifeſtatur. Milliario a Ramatha, tertio milliario a Bethlehem, Thecue oppidum, ex quo Amos Propheta: qui & ibi ſepultus quieſcit. Quarto milliario a Hieruſalem ad Auſtrum, oppidum illud, in quo morabatur Zacharias tunc temporis, cum mater Jeſu Maria, feſtinans, jam habens in utero Filium Dei, venit ad ſalutandam Eliſabeth, cognatam ſuam, quæ erat gravida Joanne Baptiſta; quem ibi & natum fuiſſe perhibent. Decimo tertio milliario a Hieruſalem contra boream, Hiericho, ex qua Rahab meretrix, quæ hoſpitio ſuſcepit & pavit celavitque quatuor exploratores terræ promiſſionis. ex qua Zacheus, ſtatura puſillus, audiens Jeſum, partes illas perambulantem, ſicomorum arborem aſcendit, &, ut Dominum videret, & cum eo loqueretur, ſe indicavit, petens veniam. ex qua & pueri, qui B. Eliſæum, Hieroſolymam aſcendentem, deriſerunt, exclamantes: *Aſcende calve, aſcende calve.* Secundo lapide a Hiericho ad Auſtrum, eſt deſertum, quod Quarantena vocatur; in quo Jeſus quadraginta diebus totidemque noctibus jejunavit, eumque ibi eſurientem tentans Diabolus, ait: *Dic, ut lapides iſti panes fiant.* Secundo milliario a Quarantena contra Galilæam, mons excelſus ille, in quo iterum Diabolus tentavit Jeſum, oſtendens ei omnia regna mundi, & inquiens: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me.* Sub Quarentana, fontis illius rivulus, quem B. Eliſæus, ejus ſanata ſterilitate, de amaro potabilem reddidit. Ante Hiericho, ſecus viam, cæcus mendicus, audiens quod Jeſus tranſiret, clamans, *Jeſu, fili David, miſerere mei*, ab eo illuminari meruit, tam interius quam exterius. Tertio milliario a Hiericho, ſecundo milliario a * Bethagla, quod interpretatur locus gyri, eo quod ibi more plangentium circuiſſent funera Jacob filii ejus & gens ſua, referentes eum de Ægypto in Hebron. Engaddi in tribu Juda, ubi abſcondit ſe David in ſolitudine, quæ eſt in * aulone Hiericho, hoc eſt, in regione illa campeſtri, de qua ſupra diximus. Vocatur vicus ille pergrandis Judæorum. In Gadda juxta mare mortuum, balſamum afferri ſolebat & oriri. Unde & vineæ Engaddi nuncupantur. Octavo milliario a Nazareth contra Carmelum * Cham mons; ad radicem ejus, juxta fontem, Lamech, pater Noe, ſagitta ſua peremit Cain, arcuque ſuo ducem ſuum. Unde furore repletus, & iratus, ait:

Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in livorem meum. Tertio milliario a Cain monte, mons Carmeli, de quo in Canticis, *Collum tuum, ut Carmelus*: in quo & per multum temporis ſpatium converſari voluit B. Elias, ejuſque diſcipulus cum eo, B. Eliſeus. Septimo milliario a Nazareth contra * Genimiam, Gaver locus, in quo Jehu Rex Iſrael percuſſit Ochoziam Regem Judææ. Decimo ſexto milliario a Nazareth contra Orienrem ſupra mare Galilææ, Gergeſa, viculus ille, in quo Salvator eos,

A qui a dæmonibus vexabantur, ſanitati reſtituit; ex quo & in mari porci præcipitati obiere. Decimo ſexto milliario a monte Carmeli contra meridiem, Cæſarea, Palæſtinæ metropolis, ex qua Cornelius Centurio, quem in ea baptizavit B. Petrus, & creavit in Epiſcopum: in qua & turris Stratonis, quam Herodes contra adventum Auguſti Cæſaris conſtruxit de albo marmore; & turrim, quæ ſupereminet Hieroſolymis, ipſe Herodes, quæ & turris David dicitur, Joſepho atteſtante, fabricavit, eamq; Antoniam vocavit.

WILLEBRANDI
AB OLDENBORG,
ITINERARIUM
TERRÆ SANCTÆ.

Digitized by Google

ITINERARIUM TERRÆ SANCTÆ,

Auctore

WILLEBRANDO AB OLDENBORG,

Canonico Hildeſemenſi.

PRæſentis operis materia, ſuis terminis nimirum contenta, ſtylum grandiloquum abhorrens, mediocri, immo humili, non indebite deſcribitur: quippe, ne, ſi montes in ea forte parturirent, ridiculus mus naſceretur. Quam ideo deſcribere, & in medium veſtri deducere decrevi, ne ille hoſtis antiquus, leo rugiens, & quærens quem devoret, non ſolum me peregrinum, verum etiam aliquibus operibus non virtuoſis intentum inveniret & occupatum. Nullus itaque timoris vana & pernicioſa inductus arrogancia, ſed tamen prædicta habita conſideratione, de locis ſanctis, & de civitatibus, quas in tranſmarinis partibus, & in terra promiſſionis, cum viris providis & honeſtis, munitus * Ducis Auſtriæ, nec non cum venerabili magiſtro Domus Alemannorum, fratre Hermanno de Salza, diligenter perluſtravi, & de incidentibus earum hiſtoriis, quas etiam prædictorum virorum auxilio curioſe diſquiſivi, & de ſtatu & munitionibus ipſarum, prout nunc ſunt, ſcribere propono; cum in dicendo ordinem ** & ſucceſſionem, quam in videndo obſervavi. Quaprópter favorabilem attentionem illorum humiliter depoſco, qui quibuslibetcunque præpediti negotiis terram ſanctam & ejus loca & civitates non viſitarunt, amore tamen & deſideratione illius inducti, de eis quæ nondum ſenſerunt nec viderunt, legere delectantur & intelligere. Gratiam vero & correctionis lineam illos appendere imploro, qui jam ſæpe prætacta loca aliquando viſitantes, & profundiora conſiderantes, me in ipſorum deſcriptione animadvertunt & ſciunt peccaſſe: quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

* hic deeſt aliquid.

** obſervaturus.

Igitur poſt multa pericula, & poſt multas quaſſationes, quas in mari ſex ſeptimanis ſuſtinueramus, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo undecimo, Conſecrationis glorioſi Regis Romanorum Othonis tertio, Pontificatus Domini Innocentii Papæ III. decimo tertio, VIII. Kal. Septembris, Nachon, vel ſecundum vulgus Aljers, pervenimus. Hæc eſt civitas bona & fortis, in littora maris ſita, ita ut, dum ipſa in diſpoſitione eſt quadrangula, duo ejus latera, angulum conſtituentia, a mari cingantur & muniantur. reliqua duo latera, foſſa bona & larga & profunda funditus murata, & duplici muro turrito pulchro ordine coronantur, eo modo, ut prior murus, ſicut tribus ipſam matrem non excedentibus, a ſecundo & interiore muro, cujus turres altæ ſunt & validiſſimæ, proſpiciatur & cuſtodiatur. Hæc civitas bonum & firmum habet portum, pulchra turre cuſtoditum; in qua olim apud gentiles errones, Deus muſcarum, quem nos Beelzebub, ipſi vero Accaron appellabant, colebatur; a quo & ipſa civitas Haron vel Aharon eſt nominata: quæ poſt perditionem terræ ſanctæ, multis laboribus noſtrum recuperata, reliquias ſanctæ Hieruſalem, ſuæ matris, videlicet Dominum Patriarcham, Dominum Regem, Templarios, & alios viros religioſos, E-

A piſcopos & Abbates, ſicut fidelis filia, in ſe fovet, & enutrit. Unde & ipſa nunc temporis inter alias civitates, quibus noſtri in Syria dominantur, principalis & capitanea reputatur. Plurimos enim & valde divites in ſe habet habitatores, Francos & Latinos, Græcos & Surianos, Judæos & Jacobinos, quorum quilibet ſuas leges obſervant & colunt, reliquis tamen ipſi Franci & Latini dominantur. Et ſciendum, quod hoc nomen Franci large ſumitur in tranſmarinis, pro omnibus eis, qui Romanam legem obſervant; Suriani vero dicuntur illi, qui, de Suria nati, Saraceno utuntur pro idiomate, & Græco pro Latino, Chriſtiani ſunt, & ſervant legem Pauli ſicut Græci. Uſque in hanc civitatem fere protenditur Libanus; & incipit Carmelus mons, in quo Elias per corvum alebatur.

B In terminis etiam hujus civitatis ſitum eſt quoddam caſale, de quo, ut dicitur, nata fuit Maria Magdalena, exemplum pœnitentiæ. Et notandum, quod Dominus noſter, cum deambularet per maritima Syriæ, hanc civitatem, ut dicunt, non intravit, ſed cuidam ejus turri maledixit, quæ hodie, Maledicta, a populo nuncupatur. Sed potius credo, quod aliunde nomen acceperit. Cum enim noſtri hanc civitatem obſediſſent, hæc turris præ omnibus aliis ſe maxime defendit; unde noſtri eam Maledictam appellaverunt. Domina vero noſtra intravit; &, ubi ipſa requievit, illic Eccleſia pulchra eſt ædificata, quæ in magna habetur veneratione. In hac vero civitate magna eſt Epiſcopatus.

Inde in navi deſcendentes verſus Septentrionem, ad agendum negotia Domini Imperatoris Ottonis, & Ducis Auſtriæ, qui tunc enſem ac-

C ceperat, pervenimus Sor; quam nos Latini Tyrum appellamus. Hæc eſt civitas bona & fortis; maximum Chriſtianorum ſolatium; quia inter omnes ſæculi civitates ipſa, ut creditur, vero nomine fortiſſima nuncupatur: ex una enim parte munitur muro bono, & mari, in quo latentes ſcopuli, longe ſub aquis protenti, inſultum navium ex muro defendunt: ex alia parte defenditur foſſa bona murata, & quinque muris turritis & validiſſimis; in quibus diſpoſitæ & tranſpoſitæ ſunt quinque portæ, quæ introitum civitatis adeo intricant & obſervant, ut, qui eas introeunt, in domo Dædali errare & laborare videantur. Hæc eſt illa Tyrus de qua Apollonium de Tyro appellamus; in qua hodie ejus palatium monſtratur. In hac etiam illa infelix & miſera Dido Tyriis & Sidoniis imperabat. Juxta

D muros hujus civitatis ſunt tres lapides magnæ venerationis, in quibus Dominus dicitur cum diſcipulis requieviſſe, cum tranſiret per medios fines Tyri & Sidonis. Et nota, quod hæc civitas, ut ante tactum eſt, jacet in littore maris; quam etiam ipſum mare ex omni ſua parte cinxiſſet, ſi ſuavem dulcedinem hortorum, qui juxta muros ſunt, ſua amaritudine non abhorreret. Libanus enim ſupra civitatem extenditur; qui dum in ſuis cedris, quas etiam Cantica commen-

dant, laſcivit, aquam dulcem & limpidiſſimam, ad irrigandum hortos, in pede ſuo juxta muros pulchre elaboratos, in admirabili quantitate tranſmittit. In medio enim illorum habetur ille fons, de quo dictum eſt per typum in Canticis: *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano*. & vere, *impetu*; quia, intra jactum teli, novem molendina ad commodum ipſius civitatis propellit; ſuper quem nos Veſperas, & ipſam Antiphonam, *Fons horthorum*, decantavimus. Huic tamen fonti, ut infra patebit, Tripolis civitas contradicit. Hæc civitas multos habet inhabitatores, quibus Rex de Acon dominatur; & eſt in ea dives Archiepiſcopatus. Ipſa diſtat ab Acon parvam dietam.

Ab hinc procedentes, tranſivimus Sarſente, quam nos Sareptam vocamus. &, quia alia habetur Sarepta in Judæa, ut poſt ſcietis, ad differentiam illius dictam eſt ſecundo libro Regum ad Heliam Thesbitem: *Surge, & vade in Sareptam Sidoniorum*. hæc enim eſt illa; & eſt civitas parva, non multum munita, juxta mare jacens, in mediis finibus Tyri & Sidonis; cui etiam noſtri dominantur. Extra muros illius, Helias, videns viduam duo ligna colligentem, petiit ab ea aliquid quod manducaret; quam, cum ex ipſius profeſſione pauperem intelligeret, ditavit oleo & farina; ob cujus rei memoriam Eccleſiuncula in eo loco, in quo mulier loquebatur, eſt ædificata; in qua hodie ſua apparent veſtigia. hæc civitas diſtat a Tyro quatuor millia Gallicana.

Inde venimus Saget, quam Evangelia Sidonem appellant. quæ licet nunc temporis inter ſuas coætaneas civitates ferme ſit minima; tamen in ſacra Scriptura non eſt minime recitata. paucos jam habet inhabitatores, quibus noſtri, proh dolor, inimici dominantur, aliquantulos reditus noſtris pro pace ſervanda ſolventes: muri etenim, & munitiones civitatis ſunt deſtructæ. plurimos hortos & fertiliſſimos habet fines, qui nimirum, ut credo, a Creatore ſuo, & datore totius boni, toties ſuperambulante, de rore cæli & de pinguedine terræ abundantiam ſibi attraxerunt: forſitan & ipſa civitas, quæ nunc ſedens in triſtitia, dolet, & non eſt qui conſoletur eam, aliquid ſibi attraxiſſet, ſi ſaltem eum, quem corporaliter ſe viſitantem recepit, & receptum pectoris hoſpitio & fide receptum, caſte conſervaſſet. Juxta illam pugnavit aliquando Lippoldus ſenior, Dux Auſtriæ, cum inimicis Eccleſiæ, & devictos captivavit, & occidit: ubi etiam tunc noſtri gratiam & fertilitatem, prædictis finibus collatam, in multis ſpoliis, Dei gratia ſenſerunt, & gratanter acceperunt; de quibus quondam egreſſa eſt mulier Chananæa, clamans, *Fili David*. Hæc diſtat a Sarepta duo millia, a Tyro ſex.

Procedentes ab illa, tranſivimus flumen amoſis, & quoddam caſale bonum, Slaudiæ vocatum, de quo natus eſt Dux, Hoſpinel vocatus, vir bellicoſus; de quo multa virilia facta leguntur; &, ut quidam volunt, maximus ille poetarum Virgilius, qui poſtmodum in Longobardiam & Appuliam transfretavit. Et pervenimus Baruth, quam Latini Berytum appellabant. Hæc eſt civitas admodum magna, ſuper mare ſita, fines habens amœniſſimos: cujus muros Saraceni, nimio timore noſtrorum perculſi, & ad fugam ſe diſponentes, deſtruxerunt; in caſtrum ipſius civitatis, quod fortiſſimum eſt & tunc erat, ad defenſam ſe recipientes: ſuperveniente autem piæ memoriæ * Corando Cancellario cum omni exercitu Alemannorum, illos filios iniquitatis tantus timor invaſit, ut, furorem Teutonicum fugientes, caſtrum, cum omnibus ſuis contentis, noſtris poſt tergum relinquerent illæſum. Quod nunc a quodam Joanne, viro valde Chriſtiano & ſtrenuo, poſſidetur, &, ut tactum eſt, caſtrum fortiſſimum eſt: ex una enim parte muA nitur mari, & altæ rupis præcipitio: ex alia autem parte ambitur quadam foſſa murata, & adeo profunda, ut in ea plures captivos, tanquam in alto carcere, videremus detruſos. hanc foſſam proſpiciunt duo muri fortes, in quibus, contra machinarum inſultus, eriguntur turres validiſſimæ, cum quarum juncturis lapides magni ferreis vinculis & duris amplexibus internectuntur. In una illarum, quæ de novo conſtruitur, vidimus quoddam palatium ornatiſſimum, quod pro mea inſufficientia breviter deſcribo vobis. Funditus eſt forte, bene ſitum, ex una parte mare, & naves illic diſcurrentes, ex altero latere prata, pomaria, & loca amœniſſima proſpiciens, pavimentum habet ſubtile, marmoreum, ſimulans aquam, levi vento agitatam, ita ut, qui ſuper illud inceſſerit, vadare putetur, cum B tamen arenæ, illic depictæ, ſumma veſtigia non impreſſerit. Parietes vero domus marmoreis tabulis, quæ ſui operis ſubtilitate diverſas cortinas illic mentiuntur, undique conteguntur; cujus teſtudo adeo proprie aerio colore depingitur, ut illic nubes diſcurrere, illic Zephyrus flare, & illic Sol annum & menſes, dies & hebdomadas, horas & momenta, ſuo motu in Zodiaco videatur diſtinguere: in quibus omnibus Suriani, Saraceni, & Græci, in magiſtralibus ſuis artibus, quadam delectabili operis altercatione, gloriantur. In medio vero palatii, loco centri, eſt quædam ciſterna, diverſiſſimo marmore conſtrata, in qua ipſum marmor, ex diverſis coloris tabulis compactum, & tamen ductum pollicem non offendens, innumerabiles florum oſtentat varietates: quas cum oculi videntium diſtinguere laborant, diſgregantur, & illuduntur. In cujus meC dio, quidam draco, qui animalibus illic depictis inhiare videtur, cryſtallinum quemdam fontem parturit, & in abundanti quantitate profundit, ita ut, alto deſiliens, aerem, quem feneſtræ pulchro ordine ex omni latere ſubminiſtrant, tempore caloris humectet & frigidet: ipſa etiam aqua, ex omni parte ciſternæ perſtrepens, & in ſubtiliſſimos poros ſe recipiens, ſomnum ſub Dominis aſſidentibus blando murmure inducit: cui omnibus diebus meis libenter aſſiderem. Ipſa vero civitas, quæ huic caſtro adjacet, pauperem habet Epiſcopatum, & clerum valde religioſum: Extra muros illius monſtratur ſepulchrum Simonis & Judæ: in quo loco aliquando erat Clauſtrum dives, in honorem ipſorum conſtructum, quod ipſi infideles penitus diruerunt: pro quo facto noſtri, eorum oratorio, ſui Mahometis conD dignam reddiderunt talionem. In hac civitate primo vidimus poma Adami; & poſt ſenſimus canalem, de quo excoquitur zuccarum. Item in hac aliquando icon Domini, a Judæis crucifixi, effudit ſanguinem & aquam. Hæc civitas diſtat a Sidone ſex millia Gallicana. Inde, poſt requiem duorum dierum, venimus Gibeleth: quam Epiſcopus loci illius Biblionem appellabat; aſſerens, Biblia in ea primo Hebraico ſtylo fuiſſe compilata. Hæc eſt civitas parva, habens turrim quamdam amplam & munitiſſimam, unicum ſuæ defenſionis ſolatium: in qua Saraceni, cum ipſam avellere laborarent, multos ſudores ſæpius perdiderunt & expenſas: qui tamen omnem * ipſius civitatis deſtruxerunt. Portum habet, parvis navibus ſatis commodam, raro frequentatum; quia ejus, tanquam pauperis, eſt numerare pecus. In E ea dominatur quidam Francigena, Guido nomine; &, ut jam tetigi, in ea eſt ſedes Epiſcopalis, licet paupercula. Hæc Civitas diſtat a Beryto octo milliaria parva.

Eadem nocte, quæ ſemper a me nigro lapide computabitur, proceſſimus Boterim, quod eſt caſtellum bonum, a noſtris poſſeſſum: & tranſivimus Neffin: cujus ſitum & munitiones diligentius conſideraſſem, ſi quædam validiſſima tempeſtas, quæ nos miſeros illic invaſit & quaſſavit, omnes ſenſus meos non impediviſſet. Quan-

tum vero, territi, procellis permittentibus conſiderare potuimus, hæc eſt civitas admodum parva, bene munita, Surianos fovens inhabitatores, noſtris ſubdita & tributaria: cujus fines ſunt fertiliſſimi, optima & multum commendata vina afferentes. Hæc diſtat a Villone quatuor millia.

Illa propter impellentem tempeſtatem breviter relicta, Tripolin applicuimus: quæ nos, deſperatos, & quaſi naufragos, non ſine multorum ſpectaculo, noſtrum naufragium expectantium, recepit & refecit reſolutos. Hæc eſt civitas valde dives, plurimos habens inhabitatores, Chriſtianos, Judæos, & Saracenos; quibus omnibus Comes, vir noſtræ fidei, ſicut toti illi terræ, dominatur. Ipſa vero civitas, in omni ſua diſpoſitione, Tyro ſimillima, fere undique mari cingitur & munitur; ſed ipſa natura, ſuis naturalis commoda, pratum quoddam amœnum & fertiles hortos interjecit: circa quem locum ipſa munitur duobus muris validis & turritis, duas foſſas largas & profundas inter ſe capientibus: quorum portas & introitus ſpeciales quondam ſinuoſæ * Barbacanæ intricant & obſervant. Et nota, quod Libanus, qui illic, ut volunt, altiſſimus eſt, directe ipſi civitati ſuſpenditur, ita ut large ad unum campum diſtet. Inter quem & civitatem, jacet quidam monticulus, qui hodie Mompellerim, id eſt, Mons peregrinorum, appellatur: in quo Comes ſancti Ægidii, vir bellicoſus, & alii peregrini, caſtrum quoddam ædificaverunt, & per illud filios iniquitatis, noſtros inimicos, qui tunc Tripolin manu tenebant, multis annis, ſicut viri laboribus infracti, obſederunt. Quorum conſtantiam olim jam illi Saraceni admirantes, & timentes, a membris eorum liberari deſiderabant auxilium Soldani & ſuorum invocabant; qui, maximo exercitu apparato, litteras conſolatorias ipſis per columbam nunciam, more illius terræ, semiſerunt; quam noſtri caſu comprehendentes, (ſi etiam vere caſus dici poſſit, quod ex divina providentia ſic accidit.) litteris & ſecretis illorum perſpectis, alias ſub nomine Soldani illi alligaverunt. quæ, ſic dimiſſa, ſuis dominis, quaſi in arca incluſis, expectantibus, pro ramo litteras, pro conſolatione deſolationem, reportavit. Qui nimio timore vitæ perterriti vel attoniti, & hujuſmodi divinum dolum ignorantes; ipſam civitatem noſtris, Deo gratias, illæſam reddiderunt; ſalvis ſuis perſonis, per conditionem præordinatam recedentes. Quæ nunc, in eis quæ noſtræ fidei ſunt, vigens, & exultans, fontem ſe hortorum, puteum ſe aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano, gloriatur; multa ſuper eo pro ſe circa Tyrum, ſicut ſupra tetigi, allegans; cui tamen ſufficeret, quod prope ſuis finibus in pede Libani oriuntur duo fontes, Jor & Dan; qui, in unum confluentes, Jordanem conſtituunt. Ex prædictis ſcire poteſtis, quod Libanus eſt mons altus & longus; qui uſque ultra Tyrum protenditur. Item in ſummo illius, ſupra Tripolin, monſtrantur quidam ſarcophagi, in quibus Noe & filii ſui dicuntur requieſcere: quia, ut etiam volunt, arca Noe in illo loco fuit ædificata. In hac civitate eſt dives Epiſcopatus, curiam habens amœniſſimam, de qua vobis multa ſcriberem, ſi prolixitatem non timerem. Hæc civitas diſtat a Neſſin duo millia, quæ nobis in tempeſtate videbantur longiſſima, quia ut forriter * deſideranti animo nihil ſatis feſtinatur. Aliquot igitur diebus recreati, & in equis procedentes, tranſivimus Culicath & Manacuſine; quæ ſunt duo caſtella, a Saracenis deſtructa; juxta quæ vidimus agros, plenos fœniculo, & fructibus lanam afferentibus, quam nos lanam arborum vocamus: & reliquimus ad dexteram Crac, quod eſt caſtrum hoſpitum, maximum & fortiſſimum, Saracenis ſumme damnoſum; de cujus ſitu & munitionibus, cum ipſum non viderim, ſcribere non præſumo. ſed, quod dictu mirabile eſt, tempore pacis a duobus millibus pugnatorum ſolet cuſtodiri: quod Hoſpitalarii ſub magno aſſerunt juramento. Ad eamdem magnum vidimus Caſteblans * quod eſt caſtrum bonum & forte, ſitum in montanis, & in terminis Antiqui de la Montagne, qui cultellis Principes noſtros per nuntios occidere conſuevit; de cujus vita & paradiſo, quam * ſibi paravit, ſatis audiviſtis; unde ea, tanquam nota, pertranſeo. Hoc caſtellum eſt ſuæ terræ valde nocivum; quod a Templariis eſt poſſeſſum & cuſtoditum.

Inde venimus Tortoſt. hæc eſt civitas parva, non multum munita, ſuper mare ſita, in capite habens caſtrum fortiſſimum, optimo muro, & undecim turribus, ſicut undecim pretioſis lapidibus, ornatum: nec mirum, ſi duodecima turris ei ſubtrahatur, cum illa turris, quam Rex Franciæ ad ſubſidium terræ ædificavit, ſua pulchra fortitudine ſuppleat illius defectum. Hoc caſtrum a Templariis, quia ipſorum eſt, optime cuſtoditur. Civitatem vero iſtius, Latini Tatadenſem appellant: & eſt in ea, Eccleſia parva, maximæ venerationis, quam B. Petrus & Paulus, cum Antiochiam properarent, ex Angelica admonitione, propriis manibus, ex incultis lapidibus, Sanctæ Mariæ tunc primo compoſuerunt: ac ſi dicerent, *Flebile principium, melior fortuna ſequetur*. Hæc erat prima Eccleſia, quæ in honorem Dominæ noſtræ ſemperque Virginis Mariæ fuit ædificata & dedicata. Et eſt in ea hodie ſedes Epiſcopalis, ubi Domina noſtra, Dei genitrix, ſemper Virgo Maria, etiam ipſis infidelibus Saracenis multa præſtat beneficia. Hæc civitas diſtat a Tripoli dietam.

Hinc procedentes, tranſivimus caſtellum quoddam, cujus dominum Soldanus de Halaph pro fide noſtra decollavit. Et in altum ſcandentes, aſcendimus Margath; quod eſt caſtrum amplum & fortiſſimum, duplici muro munitum, multas in ſe turres oſtentans, quæ potius ad ſuſtentationem cœli, quam ad defenſam, proficere videntur. mons enim, in quo ſitum eſt caſtrum, altiſſimus eſt, ita ut ipſe tanquam Atlas, humeris ſuis Cælum ſuſtentet; qui in pede latiſſimus, & paulatim in altum conſcendens, annuatim large quingenta plauſtra * comdati novem ſuis dominis miniſtrat: quod inimici ſuis laboribus, quamvis ſæpe attentaverint, impedire non poſſunt. Hoc Caſtrum eſt Hoſpitaliorum; & eſt maximum totius terræ illius ſolatium: opponitur enim fortibus & multis caſtris Antiqui de Montanis, & Soldani de Halaph; quorum tyrannidem & inſultus in tantum refrenavit, ut ab eis, pro pace ſervanda, ſingulis annis in valore duo millia marcarum recipiat, & quia caveat, quod accidere poteſt, ne aliqua traditio ſuperveniat, ſingulis noctibus per quatuor milites, Fratres Hoſpitalis, & per alios viginti octo vigiles cuſtoditur. Hoſpitalarii enim, tempore pacis, præter alios cives caſtri, mille perſonas ſuſtentant; ita ut eis in omni commodo & * habendo providerint quinque annis in neceſſariis caſtri. In pede illius montis, ſita eſt quædam civitas, Valenie nuncupata. quæ cum aliquando, ut apparet, fuerit maxima, per divinam vindictam modo eſt deſtructa & deſolata. cujus ſedes Epiſcopalis in caſtrum Margath eſt tranſlata. & quia, propter timorem Saracenorum, per terram & in equis procedere non audebamus, navi & mari, licet inviti, nos commiſimus; ac tranſivimus Gibel: quod caſtrum bonum, habens civitatem parvam, ſed multum munitam, noſtris valde inimicam; cujus dominus & poſſeſſor filiam Soldani de Halaph ſibi duxit in uxorem, ut ex illis duobus extremis turpitudinis naſcatur tertium, utrumque extremorum ſua turpitudine excedens, & illi duo filii Mahomet * vel Mammorum, producant ex ſe ſeptem ſpiritus nequiores. Hæc civitas diſtat a Margath quatuor millia.

Inde tranſivimus Sahalm, caſtrum Soldani; &, juxta illam, Liſam; quæ eſt civitas fortis,

bono muro & multis turribus munita, portum habens valde bonum, noſtris ſumme damnoſum; qui, dum in mari tempeſtate quaſſantur, timore mortis inducti, confugiunt illuc, & captivantur, & ſic illi miſeri, proh dolor, cum Scyllam effugere laborant, incidunt in Charybdin. Hæc eſt illa, quæ in noſtris libris Laodicea appellatur; quæ nunc temporis in arcum pravum converſa, illud amœnum & quondam ſecurum iter, de Acon uſque in Antiochiam, ſua crudelitate interrupit: quæ etiam majorem ſævitiam in noſtros exerceret, ſi illa noſtra Margath non oppugnaret; a qua diſtat ſex millia Gallicana.

Inde tranſivimus quoddam caſale bonum, Gloriet appellatum, & quaſdam fines ad montana, a Turcis inhabitata. Iſti ſunt homines Sylveſtres habitu, & moribus belluinis, quos nos vocamus Arabibus ſimiles; non habitantes ſub tectis, fundas tantum pro armis habentes. & ſic multo labore intravimus portum ſinuoſum Antiochiæ; quem Franci Gulphum Antiochiæ appellant. In quibus vidimus quoddam antrum ſumme horribile; quod tanto magis abhorruimus, quanto ibi majorem fœtorem ſenſeramus. Et dicit vulgus, Beatum Petrum illic Diabolum catenatum detruſiſſe. Et nota, quod Antiochia diſtat a mari quinque millia, & tamen eſt portus ab ea denominatus, cum naves propius accedere non poſſint.

Nunc tandem, hoc eſt, in nocte Cæciliæ, (in qua etiam vidimus eclipſin, diutiſſime durantem,) ad deſideratam venimus Antiochiam. Quæ civitas bona eſt, & firma, ipſi Romæ in ſanctitate vix ſecunda: quæ in uno ſuo latere munitur duobus muris turritis, & quodam flumine admodum magno, quod ſuis civibus molendinorum præſtat beneficia, & illius fluminis impetus lætificat civitatem Dei: ex altero ſui latere munitur præcipitio magno, & muro bono, multis turribus geometrica diſtantia coronato. Ipſa vero civitas adeo ampla eſt, ut, qui eam peragraverit, pulverulentos habens pedes, totam * erraviſſe putetur. Et habet, infra muros, tres montes magnos & aſperrimos, quorum medius adeo altus eſt, ut, ſuo cacumine nubibus innitens, curſum planetarum putetur impedire. quam, ut puto, ipſa natura ſuis uſibus præparaverat, ut, dum ſabbato ager a laboribus requieſceret, illic per amœniſſima loca, quæ circumjacent, reficeretur, &, ab alto proſpiciens, defectum ſui naturæ conſideraret ac repararet. quæ ſuæ Antiochiæ ipſum montem uberrimos fontes mandavit profundere, & parturire in tantum, ut per omnia pomaria, & hortos, qui illic ſine numero habentur, aqua dulcis & bona largiſſime diffundatur; quam etiam ipſi cives, per ſubterraneas & minuſculas venas, in medium ſuorum hoſpitiorum, & ad ipſa penetralia, deduxerunt. Et nota, quod domus & palatia Antiochiæ foris luteam monſtrant apparentiam, & intra, aurea & delectabili vigent exiſtentia; quæ, ut tetigit, in hortis, varios fructus afferentibus, & in aquis ſalientibus, maxime gloriantur, & ſolent laſcivire. Ipſa etiam civitas divites & plurimos habet inhabitatores, Francos & Surianos, Græcos & Judæos, Hormenos & Saracenos; quibus omnibus Franci dominantur; & quilibet eorum ſuas leges obſervant. In medio ipſius eſt Eccleſia, ſumme ornata; in qua olim beatus Petrus, ſicut Patriarcha, præſidebat; ubi & hodie Patriarcha ſolet præſidere, & ſuæ Aſiæ, quæ ſibi ſubjicitur, imperare: unde in Conſiſtorio ipſius iſti verſus aureis litteris ſunt inſcripti,

Sit procul hinc Jezi, thronus hic ſit juris & æqui.
Tertia pars mundi jure tenetur ei.

In hac Eccleſia monſtratur Cathedra B. Petri, & carcer in quo etiam vinculatus tenebatur. Illic etiam requieſcit, in marmoreo ſarcophago,

A cato piæ memoriæ Frederici Imperatoris. Item non longe ab illa, eſt quædam Eccleſia, tota rotunda, ſupra modum ornata, in qua habetur imago Dominæ noſtræ Genitricis Dei ſemper Virginis Mariæ; quæ tantæ ſanctitatis eſt, ut pluviam præſtet dum movetur: quam Græci, ſicut ipſam Eccleſiam, in magno & laudando timore obſervant. Item in uno montium, de quo ſupra dixi, eſt cœnobium monachorum dives, in honorem S. Pauli fundatum; in quo monſtratur parva crypta, aureis pictatis non plurimum, ſicut decet, ornata; vel caverna, in qua S. Paulus, facta prædicatione in villa ſolebat requieſcere, & epiſtolas ſcribere: & habetur in pulchra veneratione. Ante cujus fores ſepulti ſunt nobiles iſti, Burchardus Madeburgenſis Burgravius, Ogerus juvenis Comes de Woldemborg, Wilbrandus Comes de Harlemunt, avunculus

B Wilbrandi de Oldenborg, qui hunc libellum conſcripſit; quorum animæ requieſcant in pace, Amen. In pede illius montis eſt Eccleſia, ſuper manſionem beati Lucæ Evangeliſtæ ædificata. In medio vero monte, de cujus altitudine vobis ſcripſi, eſt caſtrum, in medio ædificatum; ſub cujus pede vidimus Cluſam, in qua beata Maria Magdalena egit per tempus pœnitentiam; &, ſicut ipſa animo cœleſtia concupivit, ita & tunc corpore terrena tranſcendit. Juxta illam etiam eſt parva capellula, e qua beata Margarita, cum ad martyrium duceretur, fuit extracta. Ad pedes illius, in deſcenſu montis, vidimus Eccleſiam, ſuper manſionem ſancti Joannis Chryſoſtomi ædificatam. In tertio monte, qui reliquis inferior, eſt Eccleſia ad honorem B. Barbaræ ædificata; quæ, ut dicunt, ipſa de hac civitate fuit oriun-

C da. Et nota, quia Simon Magus, qui poſtmodum apoſtatavit, de Antiochia fuit oriundus. Multæ vero hiſtoriæ, quas hic dici non oportet, in Actibus Apoſtolorum, & in vitis Sanctorum, & in paſſionibus martyrum, de hac Antiochia inveniuntur. Hic primo vidimus roſas albas, totas rubeas & croceas, & pomum, vocatum * Jelaſubeledemus. quod talis eſt naturæ. in die Paraſceves ſeminantur ſui nuclei; qui, proceſſu temporis ſui, in herbam conſurgentes, protinus primo flores albos; qui poſtmodum in viridem, deinde in ruſum, & ultimo in croceum variantur colorem; qui in poma tranſſubſtantiantur: quorum * ſi aliquis ſuper ſua pulchritudine redarguerit, dicens, ſe pulchriorem vidiſſe, ipſum pomum, quaſi indignans, turgeſcit, & præ indignatione in minuta dirumpitur. quod dictu mira-

D bile eſt, cum ipſum ſit quoddam inſenſatum. ſed, quod vidimus, hoc teſtamur, & teſtimonium noſtrum verum eſt.

Ab illa poſt aliquot dies diſceſſimus verſus Hormeniam; & reliquimus ad dexteram, terram Soldani, & ſuam civitatem Halaph, & quoddam ſuum caſtellum Haringe; & venimus Gaſtim. Hoc eſt caſtrum quoddam fortiſſimum, tres habens muros circa ſe fortiſſimos & turritos, ſitum in extremis montibus Hormeniæ, illius terræ introitus & ſemitas diligenter obſervans; & poſſidetur a Rege illius terræ, ſcilicet a Rege Hormeniæ: in cujus poſſeſſione Templarii conqueruntur ſe ſpoliari; ipſum vero directe & de vicino proſpicit Antiochiam, & diſtat quatuor millia.

Inde procedentes, intravimus Hormeniam. Et ſciendum, quod dominus terræ illius, Leo de

E Montanis conſueverat appellari; quem noſtris diebus Henricus, glorioſus Romanorum Imperator, qui ſemper rempublicam & Romanum Imperium augere laboravit, regem conſtituit & coronavit; unde poſtmodum Rex Hormeniæ eſt appellatus, & deinceps terram ſuam a Romano Imperio recipere conſuevit. cujus nepotem Otto Imperator, ad petitionem Leonis ſenioris Regis, coronavit. Hæc eſt terra firmiſſima: ex una enim parte cingitur mari, ex alia vero munitur

altis montania & aſperrimis, quæ paucos habent introitus, & multum cuſtodiros; ita ut hoſpes, ſi terram intraverit abſque tegia bulla, exire non poſſit. Ipſa vero im medio ſui eſt piana, & valde fertilis, multa fovens animalia, venationi competentia. in longitudine ſui protenditur ad ſexdecim dietas; io latitudine, exceptis montanis, ad duas; & inhabitabatur a Francis, Græcis, Surianis, Turcis, Hormenis, & reliquis; tamen ipſi Hormeni dominantur: qui ſunt homines valde religioſi, & optimi Chriſtiani, legem, a minore Gregorio ſibi traditam, obſervantes: In fide non errant: materna lingua recitant pſalmos, & alia divina officia: duos habent calices dum celebrant, unum ad panem, in quem conficiunt, & unum ad vinum ex quo conficiunt: Evangelia & Epiſtolas recitantes, vertunt ſe ad populum, & ad Occidentem: Epiphaniam Domini præ omnibus feſtis agunt celeberrimam; B de qua, ſuo loco expediemus: inter Paſcha & Pentecoſten ſextis feriis utuntur carnibus, eodem modo feſtum honorantes; ſpecialem habent Papam, quem ipſi ſua lingua Katelenſle appellant. Et ſciendum, quod quidam ſunt qui dicunt iſtam * Hurmeniam, in cujus montibus Arca Noe poſt diluvium requievit, hos verſus pro ſe inducentes:

Corvum perfidiæ damnant animalia quæque,
Nuntius incluſis qui voluit eſſe ſalutis.
Ore columba ſuo ramum viridantibus altro
Detulit eſt foliis; ſupereſt Hormenia teſtis.

Illi tamen, ut verius quæſivi, decepti in æquivoco; quia eſt alia Armenia, melius ſita in Oriente, quæ altiſſima habet montana, de qua fuerunt & egreſſi ſunt illi Hormeni, qui hanc C terram præoccupaverunt, Græcos ab ea expellentes; a quibus iſta minor Hormenia eſt appellata.

In prima planicie hujus terræ, & in exitu montium, quos uno die cum magna tranſivimus difficultate, * & venimus Alexandretam, quæ erat civitas morata, in littore maris ſita, modo deſtructa. Iſtam, ut dicunt indigenæ, Magnus Alexander, ad cuſtodiam ſui equi Bucephali, qui tunc infirmabatur, laboribus unius diei compoſuit, & a ſuo nomine denominavit. Juxta etiam illam ſunt prata, equis commodiſſima. Primo die venimus ad Portciiam. hoc eſt caſale bonum, prope ſe habens portam a qua ipſum denominatur. hæc Inla ſita eſt in ſtrata publica, in ripa maria, & eſt ornatiſſima, albo & valde polito marmore compoſita; in cujus ſummitate, ut dicitur, oſſa Alexandri prænominati re- D quieſcunt; qui illic ſe, ut volunt, poni mandavit, ut Reges vel Principes, per illam portam tranſeuntes, eum etiam mortuum ſuper ſua capita ſuſtinerent, quem aliquando vivum ſuper ſe ſuſtinuerunt. Hoc caſale diſtat ab Alexandreta quatuor millia. Deinde relinquentes ad dexteram caſtrum Regis nigrum, & tranſeuntes caſtellum quoddam, Canamellam videlicet, venimus Maniſtere. Hæc civitas bona, ſupra flumen ſita, ſatis amœna, murum habens circa ſe turritum, ſed antiquitate corroſum, paucos in quodam reſpectu habens inhabitatores; quibus omnibus rex illius terræ imperat & dominatur. Eſt in ea Epiſcopatus Hormenorum. & ſciendum quod Dominus Rex, ſicut ante tetigi, poſtquam a Romano Imperio coronam ſuſcepit, & in hac civitate & in aliis quibuſdam Latinos Epiſcopos E ordinaverat; eos poſtmodum abjecit, aſſerens, ſe injuſte a Romana Eccleſia gravari & excommunicari. Juxta hanc civitatem ſitum eſt quoddam caſtrum, quod erat de patrimonio B. Pauli, qui de hac terra, ut jam audietis, fuerat oriundus; & beatus Servatius. ſed nunc temporis poſſidebatur a Græcis. In hac civitate habetur ſepulchrum B. Pantaleonis. ipſa vero diſtat a Canamella magnam dietam.

A Abhinc tranſeuntes Cumbetefort, (ubi domus eſt, & manſio bona Hoſpitalis Alemannorum,) venimus Turſolt. Hæc eſt illa Tarſis de qua natus fuit B. Paulus tempore Græcorum: in qua ejus hodie apparet palatium: unde, a loco ſuæ nativitatis, vocat eum Dominus Saulum Tarſenſem, ubi ait ad Ananiam, *Surge, & vade in vicum, qui dicitur Rectus; & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarſenſem: jam enim orat*. Quidam etiam ſunt qui dicunt, illam eſſe Tarſim, de qua venit unus Magorum adorare Dominum: at iſti ſunt in æquivoco decepti: quia non a ſeptentrione, ſed ab Oriente Magi venerunt. Veruntamen hic dicendum occurrit, quod Magi admoniti, ut per aliud iter redirent da Bethlehem, in Joppen pervenerunt, ubi navim, quam ſine omnibus ſuis neceſſariis invenerant, intrantes, ſine remis & velo in portum hujus Tarſis appo- B diaverunt: & inde reverſi ſunt in regiones ſuas. quod dum audiſſet Herodes, qui eos perſequebatur, miſit, & combuſſit in nimio furore omnes naves Tharſis. Quod pſalmiſta innuit, ut puto, ubi dicit, *Ibi dolores ut parturientis, in ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis*. Volunt etiam quidam, ipſum Herodem, dum Roma venit, tempeſtate ad hunc portum fuiſſe dejectum, & in propria perſona naves illic combuſſiſſe. Hæc civitas, multos habens inhabitatores, muro cingitur, præ antiquitate mutilato: ſed caſtrum habet in capite ſui firmum & bonum, in quo S. Theodorus captus fuit & martyriſatus: & eſt ibi Eccleſia ad honorem ipſius ædificata. In medio vero civitatis eſt Eccleſia principalis, in honorem B. Petri & B. Sophiæ dedicata, multum ornata, tota ſtrata marmore, in fine ſui habens C quandam ſtatuam, cui imago Dominæ noſtræ Angelicis manibus eſt depicta, quæ in maxima ab hominibus illius terræ habetur veneratione: ſicut enim multi & omnes videre conſueverunt, hæc imago, dum aliquod grave periculum illi terræ imminet, coram omnibus, & magna quantitate, ſolet lachrymari. hæc eſt illa, ut dicitur, quæ Theophilum reformavit: quare ſane * intelligatis, quia illam hiſtoriam, tanquam notam, pertranſeo. In angulo quodam extra fores Eccleſiæ ſepulta eſt ſoror Mahumet; cujus tumbam Saraceni in multo petunt timore & devotione. In hac Eccleſia, ut ſupra tetigi, ordinaverat Dominus Rex, de conſilio Epiſcopi Conradi Magontini, quem Imperator illuc tranſmiſerat, Archiepiſcopatum Latinum, quem nunc, ſicut & alios, immutaverat. Illic Dominus Rex occurrit nobis, & nuncius Ducis Auſtriæ, quos D * honeſtiſſima recipit, & detinuit nos in terra octodecim ſeptimanis. hæc civitas diſtat a Maniſtere duas dietas.

Ab illa, poſt aliquot dies, venimus Adene. quæ eſt civitas Regis, in amœnis locis ſupra flumen a ſe denominatum ſita, & non divites habens cives; quæ tamen intra muros largiſſima eſt. Quidam dicunt, Medeam hinc fuiſſe oriundam, de qua Ovidius:

Tune duos una ſæviſſima vipera cerna,
Tune duos?

Verum eſt quod hæc civitas multos & abhorrendos fovet incantatores: quod quidam noſtrum experimento didicerunt. Hæc diſtat a Tarſi unam dietam.

E In die vero, hoc eſt, in feſto Epiphaniæ, quod Hormeni Baptiſterium appellant, pervenimus Sis; ad quem Dominus Rex nos ad celebrandum ſuum feſtum invitaverat. Hæc eſt capitanea civitas Domini Regis, infinitos & divites fovens inhabitatores; nullis munitionibus cingitur; unde potius eam villam, quam civitatem, nuncuparem, ſi ſedem Archiepiſcopalem Hormenorum in ſe non haberet: in qua etiam Græci ſuo obediunt Patriarchæ. Caſtrum vero

habet ſuper ſe ſitum in monte, valde munitam, a cujus pede ipſa civitas ordinate & gradatim deſcendere videtur: &, ut dicunt, hæc aliquando a Dario Rege, quem Alexander devicit, poſſidebatur. Feſtum Epiphaniæ, de quo me ſupra promiſi dicturum, ad quod etiam Dominus Rex nos invitaverat, in hunc modum ab Hormenis agebatur. Duodecim dies præcedentes, quos nos in gaudio & epulis, ipſi ab honoratione ſui feſti in pœnitentia egerunt & jejuniis, a piſcibus, vino, & oleo abſtinentes: Ipſa vero ſacra Vigilia, tota die, ab his abſtinuerunt, ita ut, poſt crepuſculum, miſſarum officia celebrarent, & totam illam noctem in divinis inſomnes traducerent. ipſo enim die agunt feſtum dominicæ Nativitatis, dicentes, Dominum uno & eodem, etiam ſpecie, die fuiſſe natum, & poſt anno trigeſimo baptizatum. Mane vero facto, omnes ad quoddam flumen, ipſi villæ vicinum, feſtinabant: ad quod Dominus Rex hoc ordine deſcendebat: alto equo inſidebat; & Magiſtrum domus Alemannorum, & Caſtellanum de Seleph, Hoſpitalarium, cum eorum ſociis, viris religioſis millibus, ſuo lateri adjungebat: quem Dominus Rupinus junior Rex, quem, ut ante dixi, Otto Romanorum Imperator, ad petitionem ſenioris Regis nuper coronaverat, cum nobilibus terræ illius, & cum multis militibus, pulchre indutis, ſubſequebatur; quorum ſervi ſingula vexilla & baneras in manibus geſtantes, & eorum equos phaleratos deducentes, ſeniorem Regem præcedebant; inter quos & ipſum multi Sarganri pedites, cum armis ſuis, ad cuſtodiam Regis diſcurrebant: qui ab omnibus, hic aſtantibus, Subtactol, id eſt, Sacer Rex, cum ingenti clamore ſalutabatur. & ſic ipſe in magna pompa ad tentorium ſuum, in ripa fluminis præparatum, deſcendebat. deinde Græci, & eorum Patriarcha, pedites, & præparati, cum multis ſanctuariis ſubſequebantur; qui in tanto clamore buccinarum, & aliorum inſtrumentorum muſicorum, incedebant, ut potius pompam, quam proceſſionem, ducere viderentur. Iſti etiam, in loco eis deputato, ſuper flumen reliquos expectabant. tunc tandem Hormenorum clerus, Crucem quamdam baptizandam bajulans, decenter cum ſuo Archiepiſcopo deſcendebat: quorum humilitatem, & decentem proceſſionem, ſatis laudaviſſem, niſi quidam ſacerdos, longa barba ut reliqui inſignitus, eam malo omine interrupiſſet. qui, dum minus caute parvum rivulum, ad ſæpe dictum flumen decurrentem, tranſiret, pede ſuo elapſum calceum perdidit; ad cujus comprehenſionem cum ab aqua deduceretur, adeo locurioſe laboravit, ut Epiſcopum & alios detineret. hujuſmodi negligentiam Hildeshemenſes, ſi forte in eorum proceſſione accidiſſet, correxiſſent ſeveriſſime. Iſti etiam ſuam ſtationem & reſidentiam ſupra prædictum fluvium acceperant. Proceſſionibus igitur in unum convenientibus, hinc inde diſcantari, & longas eorum barbas, quæ illorum pectora ſicut quædam * plenaria contegebant, multo hiatu vidimus laborare, qui Evangelia & Epiſtolas Græce & Hormenice recitantes, & illum ſimulatum Jordanem benedicentes, crucem, quam illuc apportabant, baptiſabant, & columbam a dextra illius emiſerunt. Tunc quidam in aſino in medium fluminis deſcendens, & ſtans erectus * Zuccharato gurgite proclamabat: Vivat Rex noſter in æternum. & rurſus: Valeat & confortetur omnis Chriſtianitas. Omnibus autem ab ore illius dependentibus, & reſpondentibus, Amin, ille præcentor in aquam detrudebatur. Quod non ſine multorum riſu eſt effectum. Deinde Rex, & alii, ipſa aqua aſpergebantur. Suriani vero toti nudi lavabantur. His ergo rite peractis, Clerici ad monaſteria, Rex vero & milites ad campos feſtinabant; ubi illi in phaleratis equis diſcurrentes, & haſtas dirumpentes, egerunt ludos militares. & ſic totum illum diem in lætitia multa expenderunt; poſtero die omnibus ad ſua remeantibus. Illud etiam ſcitote, quia Dominus Rex juxta hanc civitatem hortum deliciarum ſibi præparavit, ad cujus delicias deſcribendas meam confiteor inſufficientiam. Feſto celebrato, & licentia a Domino Rege, qui multo honore nos dimiſit, nobis conceſſa, venimus Naverſam; quod eſt caſtrum optimum, in alto monte ſitum, quod natura in media planicie illius terræ ad totum commodum Domini Regis ordinavit, a quo Rex ipſe ſignum ſuum Naverſa ſolet proclamare. In pede hujus montis ſita fuit quædam civitas, cujus autoritatem magnam fuiſſe, quidam mirabilis aquæ ductus, illuc ſuper altas columnas ad ſpatium duorum milliariorum productus, hodie conteſtatur: juxta quam beatus Gregorius, * qui ſub equo ſuo depingitur, occidit, dum, quod fugeret, ipſum montem tranſivit; qui, ne virum ſanctum inſequentem impediret, in duo æqualia ſe dividens, tranſitum ſatis largum patefecit; in cujus facti memoriam Eccleſia in eodem loco eſt ædificata. hoc caſtrum diſtat a prædicta civitate bis quatuor millia.

Inde venimus Adamodanam: quod eſt caſtrum Hoſpitalis, ſive domus Alemannorum: quod Dominus Rex, qui ſemper Allemannos dilexit, eis, pro remedio animæ ſuæ, cum villis attinentibus donavit. In pede hujus caſtri decurrit quidam fluvius, qui maximo gurgite oritur ex montanis Hormeniæ & vicinis: qui tribus diebus ante Palmas, & tribus poſt, & in ipſo die feſto, ab ore ſuo ubi oritur vel egreditur, tantam emittit piſcium multitudinem, ut ab omnibus, ex omni provincia illuc confluentibus, carrucis & * ſommatiis deducantur. Inde nuper accidit, ut Latinis & Hormenis de Adventu & Paſcha diſputantibus, & diverſa putantibus, verus dies Palmarum per effuſionem prædictorum piſcium monſtraretur. Unde Rex & Hormeni, tali ſuo victi experimento, noſtrorum ſententiæ crediderunt, cum ad doctrinam ſuorum, ad Palmas, octo diebus perveniſſent. Hoc flumen, & tale miraculum, dicunt, B. Joannem Baptiſtam eis conceſſiſſe; quia ipſe percuſſit petram, & fluxerunt aquæ. Hoc caſtrum diſtat a Naverſa duo millia.

Abhinc revertentes, verſus Canamellam, de qua ſupra dixi, venimus ad Thilam; quod eſt caſtrum valde bonum cujuſdam nobilis. Juxta illud ſitus eſt quidam mons ſatis amœnus, quem Montem de aventuris appellant. Sicut enim ex veridica relatione audivimus, quicunque ſex ſeptimanis jejunaverit, & pœnitentialibus illis diebus peractis communicaverit, & ſic jejunus dictum montem intraverit, proculdubio boni eventus & fortunati ſibi occurrunt. quod multorum compertum experimento. Inter quæ illud pro magno reputo, quod quidam miles, quem & nos vidimus in Antiochia, illic hujuſmodi caſu invenit quoddam manutergium, quod ſuæ familiæ & hoſpitibus, quotquot vocare conſuevit, omnia neceſſaria in victualibus miniſtravit; ita ut in menſa, & ſuper ſe parata, inveniantur. Utinam etiam hujuſmodi miniſter hodie vitæ ſuccurreret indigentiæ.

Hincinc igitur jam recedente, dum ad exitum terræ iſtius intenderemus, per Tarſim, quam ſupra deſcripſi, verſus Occidentem deſcendimus, & invenimus circa illas partes Hormeniam, in ſylvis, in recentibus aquis & bono acre, noſtræ Teutoniæ ſimillimam: quam tribus diebus peragrantes, venimus Cure: quæ eſt civitas in mari ſita, bonum habens portum, in qua hodie mirabiles, quamvis dirutæ, apparent ſtructuræ: ita ut nimirum eas Romanis ſtructuris & ruiniacomparaverim. Juxta illam, ad duo millia, ſitum eſt Seleph caſtrum, juxta quod in flumine, a quo ipſum caſtrum denominatur, ſubmerſus fuit, proh dolor, Fredericus Romanorum Imper. cum in recuperatione terræ ſanctæ laboraret.

Inde , navigio nobis præparato , in Cyprum deſcendimus: quæ eſt inſula ſumme fertilis , optima habens vina . quæ licet ſita ſit prope * Cyclades , tamen non eſt una illarum ; quia ſeptem eſſe deſcribuntur . Hæc in longitudine protenditur ad quatuor dietas , in latitudine amplius quam ad duas ; & habet in ſe alta montana . In qua unus eſt Archiepiſcopatus , tres habens Suffraganeus ; & ſunt Latini ; de quibus ſuis locis expediemur . Græci vero , quibus Latini per totam hanc terram dominantur , tredecim habent Epiſcopos ; quorum unus eſt Archiepiſcopus . omnes ipſis Francis obediunt , tributum , tanquam ſervi , perſolventes . Ex iſtis ſcire potestis , quod Domini hujus terræ Franci ſunt , quibus Græci & Hormeni , ut coloni , obediunt : qui omni ſua diſpoſitione informes , & paupere habitu incedentes , plurimum luxuriæ deſerviunt ; quod vino illius terræ , in quo multa eſt luxuria , vel potius ipſis bibentibus , imputabitur . Hac etiam conſideratione habita , Venus in Cypro coli dicebatur ; unde & ipſa Cypris eſt appellata , ubi dicitur *Cypris eo Marte vel eadem vincitur arte* . Vina etenim hujus inſulæ adeo ſpiſſa & pinguia ſunt , ut aliquando , cum ad hoc decoquuntur , more mellis cum pane comedantur . Hæc etiam inſula multos fovet ſylveſtres aſinos & arietes , cervos & damas: urſus & Leones , vel aliqua in ſe nociva animalia non habens . Qui autem plenius de hac terra ſcire voluerit , qualiter primo facta fuerit habitabilis , & quomodo virgines in hac terra a Dæmonibus fuerint corruptæ & imprægnatæ , & in quantam ipſi Dæmones homines primos hujus terræ colonos infeſtaverint , ille requirat librum Præpoſiti Hermanni de Lugonne , in quo ipſe vir nobilis , & piiſſimæ memoriæ , omnia , & multo plura , de ſtatu hujus terræ , plene & ad unguem deſcripſit . Cujus animæ noſtra caritativa oratio dignetur reminiſci .

Primo introitu Schernis applicuimus : quæ eſt civitas parva , & munita , caſtrum habens in ſe muratum & turritam ; atque maxime in ſuo bono porta gloriatur . In finibus hujus , Rex Cypri habet quatuor bona caſtra . Et notate , quia Imperator Henricus dominum hujus terræ primum regem conſtituit , & per manus Conradi Cancellarii coronavit : hinc eſt quod rex hujus terræ Romano Imperatori , Domino ſuo , tenetur ex fidelitate . Inde procedentes , venimus Nicoſiam . hæc eſt capitalis civitas Domini Regis , fere in media planicie illius ſita , nullam habens munitionem . In qua nunc temporis forte caſtrum elaboratum , innumerabiles habet & valde prædivites inhabitatores ; quorum hoſpitia , intrinſeco ornatu & picturis , hoſpitiis Antiochiæ ſunt ſimillima . In hac civitate eſt ſedes Archiepiſcopalis ; & eſt in ea curia , & palatium Domini Regis ; in quo primo vidimus ſtruthionem . Hæc civitas diſtat a Schernis quinque millia . In cujus viæ tranſitu in multas incidimus cypreſſus , quæ illinc in multa creſcunt diſcreta quantitate . a quibus , ut puto , ipſa inſula Cyprus eſt appellata . Ab illa procedentes , in peregrinatione , ad viſitandam Crucem Latronis , ad dextram Domini crucifixi , proceſſimus Lamezim : quæ eſt civitas non multum munita , jacens in littore maris , portum habens frequentatum ; in qua eſt prima ſedes ſuffraganea Epiſcopalis , Domini Nicoſienſis . Juxta illam ſitæ ſunt vineæ Engaddi , de quibus in Canticis : *Botrus Cypri , dilectus meus mihi , in vineis Engaddi* . In quibus aliquando etiam inveniebatur balſamum , ſed modo non invenitur . vina autem illarum optima ſunt . expertis credendum eſt ; quia probavimus & guſtavimus quoniam ſuave eſt . Inde conſcendimus montem , ſanctæ Crucis appellatum , qui omnia montana Cypri ſupereminet . In cujus cacumine eſt quoddam parvum cœnobium : monachorum vita , ut pace ipſorum dicam , eſt diſſimillima . In ipſo cœnobio eſt capella parva , in qua honorabilis illa Crux multo reſervatur honore ; quæ etiam , ut dicunt , nullo innitens adminiculo , in aere pendet , & fluctuat , (quod tamen non videtur de facili :) quæ hoc modo , & tali de cauſa , illic fuit collocata . Inviſor omnium bonorum Diabolus colonus & inhabitatores hujus terræ tanta infeſtavit malitia , ut corpora ſuorum mortuorum , quæ de die humo impoſuerant , nocte de ſepulchris evelleret , & ad penetralia ſuorum charorum reportaret : unde ipſi indigenæ mortuos ſuos non poterant ſepelire . quorum cladem Helena , Conſtantini mater , illic tum imperans , eſt miſerata , & eandem crucem , quam integram , ſicut hodie eſt , a Hieroſolyma ſecum apportans , in prædicto monte collocavit . & ſic non ſolum illos hoſtes malignos a terra , verum etiam ab inferiore aere , qui carcer dæmonum putatur , potenter expulit . ac ſi diceret illud verbum Dominicum : *Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos* . & ſic ille hoſtis antiquus , qui in ligno vincebat , iſto quoque vincebatur .

Ab hoc monte vidimus Paphos : quæ etiam ſita juxta mare , habet in ſe ſecundam ſedem Epiſcopalem , ſuffraganeam Domini Nicoſienſis . & eſt civitas parva , in qua hodie monſtratur turris illa , ſuper quam , apud Gentilium errores , Venus a ſuis amatoribus colebatur . Inde peregrinatione noſtra perſoluta , verſus Famaguſtam laboravimus : & , quia pedites inceſſimus , aſinos conducere præ laſſitudine cogebamur ; quibus nos , cibo pariter & vino refecti , inſedimus , & in eis , ſicut in equis fortibus , diſcurrere putabamus . tunc quidam noſtrum , quem nominare non præſumo , quem etiam fœcundi calices nimis fecerant diſertum , cum equitare putaret , pedibus ſuis in diverſa tendentibus , de aſino cecidit ; & dum ſurgere laboraret , aliquot ictus ab ipſo aſino recepit : & jam verus Silenus calce feritur aſelli : qui tamen omnem caſum ſuum vino imputabat ; cum potius documentum iſtud Catonis obſervare deberet : *Qui pota peccas , tibi tute ignoſcere noli : Nulla etenim vini culpa eſt , ſed culpa bibentis* . Hujuſmodi homo , ut puto , deinceps teſtimonium perhibere non poteſt .

Hinc venimus Famaguſtam ; quæ eſt civitas , ſita juxta mare , portum habens bonum , non multum munita ; in qua eſt ſedes Epiſcopalis tertia , ſuffraganea Domini Nicoſienſis . Juxta illam ſita eſt quædam civitas deſtructa , de qua , ut dicunt , fuit beatus ille & magnus Epiphanius , cujus memoria habetur in Canone . Ab hac civitate poſt moram trium hebdomadarum , quibus ventum commodum expectavimus , vela tendentes in altum , multo labore , & in magna tempeſtate , in * Habion ſumus reverſi .

Nunc primo ad cor redeuntes , & principali voto noſtro intendentes , licentia & benedictione Domini Patriarchæ accepta , verſus Hieroſolymam aſcendentes , tranſivimus Caiphan . quæ eſt civitas parva , deſtructos habens muros , ſita juxta mare ; cui noſtri dominantur : quæ nomen accepit a Caipha fundatore ; qui cum eſſet Pontifex anni illius , propheravit , ut Dominus traderetur . Super iſtam directe jacet mons Carmelus : in quo hodie monſtratur manſio Heliæ , & honoratur ; in quo & ipſe Helias per corvum alebatur : ubi etiam poſtmodum mulier Sunamitis Eliſæum invenit : in quo loco quotidie Miſſarum ſolemnia celebrantur . Juxta iſtam ſita eſt Galilæa , caſale bonum : & hæc diſtat ab Habzon quatuor millia .

Inde tranſivimus Capharnaum , quod eſt caſtellum parvum , ſupra mare ſitum . & ſciendum , quod quidam dicunt , iſtud eſſe Capharnaum , ubi Dominus filium reguli curavit , & alia plura ſigna fuit operatus . Et ii in æquivoco decipiuntur : quia illud Capharnaum ſitum eſt in Galilæa , de quo ſuo loco expediemini . A quibus ſi forte opponatur auctoritas Lucæ , qui in Evangelio ,

lin, *Quanta audivimus in Capharnaum facta! fac & in patria tua ſignum*. & Domini patria fuit Galilæa; igitur illa facta fuerunt extra Galilæam, & in Capharnaum. reſpondeo; quia patria ponitur pro ſua Nazareth, de qua Dominus etiam Nazarenus, & non Galilæus, vocabatur.

Et relinquentes, ad ſiniſtram, Sareptam Judææ, ad cujus differentiam altera Sarepta, de qua vos ſupra expedivi, Sidoniorum eſt appellata, venimus Cæſaream. Hæc non eſt Cæſarea Philippi, ſed Stratonis; in qua B. Petrus, cum in viſione de omni immundo & reptili terræ manducare juberetur, Sedem Epiſcopalem ordinavit, & in ea præſidens, verbum Dei gentibus prædicare incepit: per quod ſua viſio, de qua jam tetigi, adimplebatur. In hac, ut quidam volunt, vidit Jeſus hominem ſedentem in telonio, nomine Matthæum, & dixit, *Sequere me*. Hæc diſtat ab Halzon ſpatio unius magnæ dietæ.

Ab illa magno timore tranſivimus Arſim. quæ eſt civitas parva & deſtructa tempore treugarum, a noſtris inhabitata, multos in finibus ſuis habens latrunculos Saracenos. Et notate, quod hæ civitates, & dictæ & dicendæ, in perditione terræ ſanctæ a Saracenis fuerunt deſtructæ, præter Jaſ: quam noſtri, tempore Henrici imperatoris, proh pudor, perdiderunt. in qua filii Mammonæ, noſtris peccatis exigentibus, duodecim millia Chriſtianorum occiderunt & captivaverunt. Hæc illa eſt Joppe, in qua B. Petrus viſionem ſupra tactam accepit; ſcilicet vas de cælo miſſum, plenum omni reptili terræ, quod Angelus ipſum manducare præcepit. Hæc eſt etiam illa, in cujus portu, Magi, adorato Domino, per aliam viam redeuntes, navem, nec velo nec remis munitam, intraverunt: qui illinc, ut ſupra plane ſcripſi, ad portum Tarſis miraculoſe ſunt perducti. Hæc civitas, ſicut & reliquæ, a noſtris, pace a paganis eis indulta, inhabitari conſuevit. diſtat a Cæſarea unam dietam.

Illic ducatu nobis conceſſo, relinquentes maritimam, & incedentes verſus meridiem, tranſivimus terram, veriſſime lacte & melle fluentem; & peragravimus Ramam; quæ civitas deſtructa, a Saracenis inhabitata: de qua, tempore Græcorum, qui tunc terram manu tenebant, B. Gregorius oriundus fuit. unde & hodie a Gallicis * Samorgedcramnus ſolet appellari. cujus corpus in quodam cœnobio Surianorum, juxta illam ſito, requieſcit: qui etiam aliquando poſt mortem carnis in eiſdem finibus cum Boldewino Rege Hieroſolymitano viſibiliter contra Turcas pugnavit, & noſtris victoriam conceſſit. Alia eſt Rama Judææ, de qua ſuo loco expediemini. Ipſo die venimus Bettenobele: quod eſt caſale, cujus munitiones ſunt deſtructæ, inhabitatum a Saracenis; & diſtat a Jopea, vel Jaſ, ſeptem millia Gallicana.

Poſtero die, qui inter omnes dies meæ felicitatis feliciſſimus nimirum computabitur, conſcendimus montana Hieruſalem. quæ ſunt admodum alta, lapidoſa, & aſperrima; &, quod mirabile eſt, multum vini, olei, & frumenti afferentia, in quibus vidimus multa caſalia & cœnobia, quorum nomina mihi ſunt ignota, deſtructa & deſolata, in quibus religioſi viri prope ſuam matrem habitabant.

Igitur ſole oriente, deſiderata illa Hieruſalem noſtro aſpectui oriebatur. ubi tanto perculſi ſumus gaudio & admiratione, ut etiam illam cæleſtem Hieruſalem nos videre putaremus. Ad quam accedentes, curiam quamdam, juxta muros civitatis ſitam, intrare compellebamur. In hoc loco fuit martyrizatus B. Stephanus: in cujus honorem noſtri fideles Eccleſiam, ſicut adhuc apparet, & Archiepiſcopatum fundaverant; ubi, nunc temporis, aſini Soldani compelluntur. *Quomodo igitur obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus?* quia de Eccleſiæ materia, de loco Reliquiarum, locus ſtercorum eſt ordinatus. Et nota, quia iſte locus extra muros eſt; quia ſecundum Actus Apoſtolorum, *ejicientes eum extra portam civitatis, lapidabant*. Situs ipſius civitatis, quem bene ab illo conſiderare potuimus, talis eſt. Ipſa civitas, quamvis ſita ſit in alto, reſpectu montium qui adjacent, in valle jacere videtur: ſuper quam ex una parte verſus orientem extenditur mons Oliveti; ex alia parte verſus meridiem mons Sion, qui nunc temporis muris civitatis includitur. Ipſa enim civitas, poſt paſſionem Domini, funditus a Tito & Veſpaſiano everſa, in ſua reſtitutione in tantum mutavit ſitum priorem, ut mons Calvariæ, qui tunc extra muros fuerat, ipſis modo includatur. &, quod extra fuerit, teſtatur Joannes, ubi ait, *Et bajulans ſibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum*. Turris etiam David; quæ tunc ſuper portam erat, nunc autem intra civitatem & ſuo loco antiquo eſt reædificata; a qua & nunc una portarum porta David nominatur. quam nos, ſicut oves quædam computati, intrantes, inclinatis capitibus, ad atria Eccleſiæ ſancti ſepulcbri per nunciam Soldani deducebamur. quæ deſolata, non habens qui conſoletur eam, adeo facta eſt ſub tributo, ut ante fores ipſius octo drachmas & dimidiam dare cogeremur. quam nos, eo quo oportebat timore & gaudio, intrantes, *adoravimus* vere *in loco* ſancto, *ubi ſteterunt pedes ejus*. In cujus medio, quia tota eſt rotunda, intravimus monumentum Dominicum: quod admodum amplæ & quadratæ ciſtæ depoſitum, ex omni latere albo, & polito marmore contectum, in ſe habet ipſam petram, cui illud ſacroſanctum corpus Domini, in ara crucis torridum, fuit impoſitum; quæ etiam integra & marmore contecta, in tribus locis patet tactui & oſculis peregrinorum. de quo Marcus ait, *& poſuerunt eum in monumento, de petra exciſo*. In illo etiam vidimus locum ad dexteram, in quo Angelus apparuit tribus Mariis. & tangit ſanctus Marcus, dicens, *Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem, a dextris ſedentem, coopertum ſtola candida*. Et nota, quia, erga monumentum, ipſa Eccleſia nec habet nec unquam habuit tectum; ita ut ipſum tectum ad diſpoſitionem & formam clericalis coronæ ſit abraſum; una ut puto habita conſideratione; Clericus enim raditur, & inter rationem, quæ in capite manere dicitur, & ſuum creatorem, nullum eſt medium, vel mundana ſuperfluitas, (quæ nimirum per pilos vel crines deſignatur;) ſic & prædictum tectum eſt abraſum, ut inter ipſum monumentum, & ſuum aliquando contectum, nullum medium eſſe videatur, & cæleſti gratia cuſtodiatur. Quod etiam annuatim ex eo conſiderare poſſumus, quia, nocte Paſchæ, ſacer ignis * per cæleſtem nuntium illic apportari conſuevit. Et ſciendum, quia mons Calvariæ, qui modicus eſt, ut quidam colliculus, intra parietes Eccleſiæ continetur; quia ipſum monumentum Domini erat in horto tempore paſſionis, hortus autem jacebat in pede hujus colliculi ſive montis Calvariæ: unde nimirum, dictus mons & monumentum, multum vicini ſunt. de quibus omnibus Joannes ait ſic: *Erat autem in loco, ubi crucifixus eſt Jeſus, hortus; & in horto monumentum novum; in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo, propter paraſceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, poſuerunt eum*. Ex iſtis veritatem prædictorum perpendere poteſtis. Hunc montem etiam nos indigni aſcendentes, vidimus foramen in petra exciſum, cui ipſa Crux, arbor decora & fulgida, ornata Regis purpura, dum ferret ſecli pretium, fuit infixa: juxta quem locum apparet ſanguis Domini, qui de latere ipſius in petram vicinam defluxit. quia, teſte Joanne, *unus militum, lancea latus ejus aperuit; & continuo exivit ſanguis & aqua*. Hæc petra magnam habet ſciſſuram; quia, ut dixit Matthæus, *Petræ ſciſſæ*

ſunt, & monumenta aperta. Circa hanc locum ſtabant juxta crucem Jeſu, mater ejus, & ſoror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Item io eodem loco vidimus partem illius columnæ, cui alligatus fuit Dominus, dum flagellaretur. Et nota, quia ipſa Eccleſia & ſanctum ſepulchrum, & omnia quæ intus ſunt contenta, a quatuor ſacerdotibus Surianis, qui exire non permittuntur, in bona devotione cuſtodiuntur. quæ omnia ipſi Saraceni reliquerunt illæſa. quod potius ex divina voluntate, quam ex ipſorum accidit benevolentia. Ipſa vero Eccleſia marmoreis tabulis, & aureis picturis, valde eſt ornata; in capite ſuo habens chorum largum & pulchrum: in cujus adito oſſa Regum fidelium requieſcunt, in marmoreis ſarcophagis. In medio chori oſtenditur quidam circulus, per quem dicunt centrum mundi illic veriſſime eſſe deſcriptum. quod tamen, ſecundum aſtronomos, potius & verius ſub torrida zona, ſi habitabilis eſſet, inveniretur. Iſtis omnibus perſpectis, vidimus in atrio de longe ipſius capellam quandam ornatam, quam B. Helena, Conſtantini mater, in eo loco ædificavit, in quo, Juda fratre Stephani monſtrante, ipſam Crucem meruit invenire. Et tunc, ab ipſis infidelibus exire compulſi, reliquimus ipſam Eccleſiam, & pretioſas illas margaritas coram porcis, proh dolor, manducandas, & ipſam locum. Pater ſancte, ut ſervum redimeres, Filium tradidiſti: & per eam portam David, per quam intraveramus, extra permittebamur, reliquis ſanctis locis in civitate nondum perſpectis.

Inde prope muros civitatis, qui turriti & novi & fortiſſimi ſunt, deſcendentes, tranſivimus portam B. Stephani: & vidimus portam auream, quæ directe opponitur monti Oliveti; in cujus foribus eſt quædam ciſterna; aliquando adeo fœcunda, ut ex ea quidam torrens parvus per medium vallis Joſaphat, & in pede Oliveti, decurrat. Iſte eſt, quem Joannes Evangeliſta *torrentem Cedron* appellat. juxta quem hodie ſita eſt quædam Eccleſia, in eo loco ædificata, in quo, tempore paſſionis Domini, erat hortus; in quem Dominus cum diſcipulis ſuis frequenter convenit; in quo etiam ipſe oſculum a Juda traditore accepit. de quibus omnibus teſtatur Joannes, ubi dicit: *Egreſſus eſt Jeſus trans torrentem Cedron, ubi erat hortus: in quem introivit ipſe, & diſcipuli ejus. Sciebat autem & Judas hunc locum, quia frequenter Jeſus convenerat illuc*. Et vocatur iſta Eccleſia a populo, Sanctum Pater noſter. & dicunt, Dominum in eo loco illam orationem ſuos diſcipulos primo docuiſſe.

Scire autem debetis, quia vallis Joſaphat incipit inter muros Hieruſalem & montem Oliveti: quæ in principio ſui arcta & ſtrictiſſima, in fine vero, qui extenditur fere ad milliare Gallicum in terminos Bethleem, ipſa eſt latiſſima: in cujus capite vidimus Eccleſiam, optime ornatam, & in medio ſui monumentum, undique albo & nimirum virgineo marmore contectum; in quod aliquando Apoſtoli immaculatum corpus B. Virginis depoſuerant; ſi illud, quod repente fit templum Dei, illa in parte templi poterat contineri; in quo ipſi poſtmodum manna cæleſte, loco corporis, invenerunt. quod nunc temporis Suriani ſacerdotes, Saracenis tributarii, in condigna veneratione obſervant. O mira circa nos, ſancte Pater, tuæ pietatis dignatio, ut uno eodemque die ſepulchrum ſanctæ Matris, & ſui Filii, tui ſancti Verbi incarnati, videre meremur! Juxta parietes ipſius Eccleſiæ, jacet ager figuli, quem Judæi triginta argenteis, a Juda rejectis, in ſepulturam peregrinorum comparaverunt. qui licet non ſit longus, protenditur tamen a muris Hieruſalem uſque ad montem Oliveti. Ex quo conſideretis, quin ille mons directe eſt ſitus * ſuper. De hoc agro dicit B. Matthæus in hunc modum: *Conſilio autem inito,*

A *emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis, uſque in hodiernum diem*. In quo nunc temporis Chriſtiani, Saracenorum captivi, ſepeliuntur. Nec mirum, ſi Domina noſtra, exemplum totius humilitatis, in terminis illius agri locum ſuæ ſepulturæ elegit; cum Filius ejus, quem terra, pontus, æthera, colunt, adorant, prædicant, in horto dignatus fuerit ſepeliri.

Inde conſcendentes montem Oliveti, vidimus caſtellum Betphage; de quo Matthæus ait: *Cum appropinquaret Jeſus Jeroſolymam, & veniſſet Betphage ad montem Oliveti, miſit duos*. In ſummo montis vidimus duo clauſtra deſtructa; quorum unum ædificatum eſt in eo loco, in quo Dominus oravit, & factus eſt illic ſudor ejus tanquam guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Aliud vero
B ædificatum eſt ſuper locum illum, de quo Dominus, *Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem*. In quo nunc temporis quidam Saracenus infidelis, ad honorem Mahamet, ſuum oratorium præparavit. De hoc monte ipſam civitatem perfecte inſpicientes, vidimus in ea templum Domini; quod quidam, ex antiquo nomine, Salomonis appellant; non attendentes, ipſam Hieruſalem cum ſuo templo fuiſſe deſtructam: in quo dominus Soldanus oratorium ſibi & ſuis ſolemniſſimum ordinavit; in quod cives ipſius civitatis omni feria ſexta jubentur convenire, & Mahumet adorare. Juxta illud aſſignabatur nobis *Probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, quinque porticus habens*. Ea prædicta eminentia Oliveti perſpeximus montem Sion: qui, ut ante tetigi, nunc includitur muris ipſius
C civitatis, ſed tempore paſſionis Dominicæ excludebatur. In ſummo illius, quia latus eſt mons, habetur quoddam largum & pulchrum aſpectu cœnobium, in quo manent etiam Suriani, Saracenis tributarii: qui peregrinis, illuc venientibus, monſtrant locum, in quo Dominus cœnavit cum ſuis diſcipulis; & menſam illam, in qua Dominus Jeſus Chriſtus tradidit Corporis & Sanguinis ſui myſteria celebranda; & pelvim, vas in quo Dominus lavit pedes diſcipulorum; exemplum dans miniſtris, * ſciens, quid fecerim eis. Et in monte Sion erat Hoſpitale, ſive domus illa, ad quam, juxta librum Machabæorum, *vir fortiſſimus Judas, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolimam, offerri*. in quo poſtmodum Hoſpitale S. Joannis fuit ædificatum. In hac etiam domo, Diſcipuli, poſt
D Paſſionem latitantes, & clauſis foribus convenientes, ipſum Dominum convenire meruerunt, teſte Joanne, qui dicit: *Cum ſero eſſet die illo, una Sabbatorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli congregati, propter metum Judæorum; venit Jeſus*. Iſte etiam locus erat, in quo Diſcipuli pariter in eodem loco acceperunt Spiritum ſanctum. unde Actus Apoſtolorum dicunt: *Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes* (diſcipuli) *pariter, in eodem loco: & factus eſt repente de cælo ſonus*. Illic etiam aliud felix & immaculatum compactum corpus B. Virginis Mariæ, fuit reſolutum, ubi ejus feliciſſima & beata anima, a corpore expirans, ipſum ad tempus dereliquit. quod poſtmodum, ſicut ſupra tetigi, in valle Joſaphath aſſumptum fuit. Inde venimus Bethaniam; quod eſt caſtellum parvum, duas habens Eccleſias in ſe, a Saracenis obſer-
E vatas: unam, in qua aliquando erat domus Simonis leproſi; in illa vidimus locum ubi Maria Magdalena, exemplum pœnitentiæ, amplexata pedes Domini, gratiam quæſivit & obtinuit: alteram, in qua erat hortus Mariæ & Marthæ; in qua vidimus monumentum, a quo Dominus reſuſcitavit Lazarum. Iſtæ Eccleſiæ adeo vicinæ ſunt, ut, ſecundum meam opinionem, Lazarus in horto, vel curia Simonis, fuerit ſepultus. Hæc eſt illa Bethania, de qua Joannes

ait: *Erat quidam languens Lazarus a Bethania, de caſtello Mariæ, & Marthæ ſororis ejus*. & de iſta ait Marcus: *Cum autem eſſet in Bethania, in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier peccatrix*. Hoc caſtellum diſtat a Hieruſalem milliare Gallicum. Quod teſtatur Joannes Evangeliſta, dicens: *Erat autem Bethania juxta Jeroſolymam quaſi ſtadiis quindecim*.

Inde tranſeuntes viam difficilem & periculoſam, venimus Hiericho; quod eſt caſtellum parvum, deſtructos habens muros, a Saracenis inhabitatum: cujus meminit Dominus, ubi dixit in parabola: *Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones*. Et vere ipſa via hodie periculoſa eſt, multos habens latrones. De hac etiam Lucas ait: *Factum eſt autem, cum appropinquaret Jeſus Hiericho, cæcus ſedebat ſecus viam, mendicans*. & in Canticis: *Quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio roſæ in Hiericho*. Juxta etiam iſtam, *vir nomine Zacchæus, deſiderans videre Jeſum, aſcendit in arborem ſycomorum*. Diſtat Hiericho a Jordane duo parva millia, ab Hieruſalem quindecim millia Gallicana.

Et hinc paululum procedentes, per vallem planam & amœnam venimus ad Jordanem: qui eſt fluvius admodum altus, & veloces habens aquas; de quo Matthæus ait: *Venit Jeſus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo*. Circa quem locum erat quædam Eccleſia ædifi-

A cata, quæ nunc temporis fere tota eſt deſtructa; ubi, ut dicunt, ipſe Joannes Baptiſta baptizavit baptiſmo pœnitentiæ. De iſto etiam ait liber Regum: *Deſcendit (Naaman Princeps militiæ) & lavit in Jordane ſepties; & reſtituta eſt caro ejus, ſicut caro pueri parvuli*. Igitur & nos, carnem interioris noſtri hominis reſtitui & mundari ſperantes, deſcendimus, & lavabamur in eodem Jordane: ſed ipſi Arabes, nobis illudentes, balneum & ipſum fluvium multi luti injectione turbaverunt: Arabia enim illic uſque ad Jordanem protenditur. Et ſcitote, quia non longe ab eo loco * inſtat ipſe Jordanis.

Inde venimus ad quoddam ſtagnum fœtidiſſimum, infernalis nigredinis, tetrum habens odorem, in quo Gomorram & Sodomam dicunt abſorptas fuiſſe. Juxta illud monſtratur puteus Jacob, ſicut etiam in primo libro tractatum eſt.
B Duo ſunt fontes, Jor & Dan; qui oriuntur in pede Libani, &, confluentes in unum, Jordanem conficiunt. Juxta illum etiam locum vidimus deſertum, de quo Matthæus ait: *Ductus eſt Jeſus in deſertum a Spiritu, ut tentaretur a Diabolo*. Abhinc revertebamur Hiericho, & non longe ab illa aſcendebamus quemdam montem altiſſimum, in quo Dominus dicitur quadraginta jejunaſſe diebus. a quibus ipſe mons hodie Quarennia nuncupatur.

Reliqua deſunt.

LEONIS ALLATII
DISSERTATIO
DE
SOLEA
VETERIS ECCLESIÆ.

Digitized by Google

LEONIS ALLATII
DE SOLEA
VETERIS ECCLESIÆ.

Ad Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Dominum,
D. FABIUM CHISIUM,
EPISCOPUM NERITONENSEM,

Ad tractum Rheni, & inferioris Germaniæ Provincias,

Cum poteſtate Legati a Latere,
NUNCIUM.

MOre rerum omnium comparatum eſt, Antiſtes Illuſtriſſime, ut, quæ nunc in pretio ſunt, & ſua claritate ſingulis innoteſcunt, non ita longo intervallo interjecto vileſcant, novam faciem induant, &, ſibi ipſis novo nomine inſcripto, naturam mutent adeo, ut, an aliquando fuerint, neſciant, &, ſi fuiſſe deprehendant, quænam illa fuerint, non capiant viri ingenioſi, & in perfecta eruditione multum ſæpeque verſati. Quot regna, quot imperia, quot magni animi Duces, tum cum viverent, non ſolum memoria & teſtimonio, ſed etiam annalium literis laudati, nunc jacent inglorii, & longa nocte ignoti? Quid de minutioribus, quid de conſuetudinibus, quæ in ſingulos dies, arbitrio hominum, & urgente neceſſitate, in alias atque alias commutantur, dicemus? Ut reliqua præteream, erat, cum jam Chriſtiana Eccleſia adoleſceret, locus in Eccleſia, & ſuo jure & functionibus ſpectabilis, uſuque ipſo decantatiſſimus, ſed progreſſu temporis, multis mutatis, uſus quoque illius, tanquam minus neceſſarius, obſcuratus defluxerat, nomine tantum ſuperſtite, qui Narthex eſt. De quo quamvis multa eſſent ab aliis allata, ipſe tamen, ut potui, conatus ſum ex ipſa antiquitate eum eruere. An ſim aſſecutus propoſitum, judicabunt æqui lectores. Iiſdem jactatur fluctibus locus alter Eccleſiæ, Narthece multo ſpecioſior, nobilior, ſanctior; cujus nomen tantum, idque variis flexibus contortum, licet appareat, ſæpiuſque in Ritualibus inculcetur, res tamen per eum ſignificata ſummopere in antiquitate Eccleſiaſtica curioſos vexavit. Is *Soleas* eſt. Rogatus igitur, ut aliquid & ipſe de meo promerem, non detrectavi laborem: non quod mihi plus aliis arrogem, ſed quod auxilio præſentiori, tua nempe doctrina & conſilio, ſuffultus, rem agam. Annon hoc ſingulare mihi accidit, habere, qui mea legere & dijudicare non dedignabitur, hominem, qui dicendi facultate & copia tantum valet ut omnibus admirationi ſit, iiſque artibus, quæ Chriſtianum Antiſtitem exornant, ita inſtitutus eſt, ut parem non habeat, inque Eccleſiaſtica antiquitate tantum videt ſolus, quantum nec reliqui omnes ſimul? ut taceam in rebus gerendis prudentiam, qua ſe ad immortalitatem memoriæ glorioſum fecit. Sed, meo ſilentio, morem geram modeſtiæ tuæ. Hac ope obſcuriſſimam de Solea notionem aggredior, cujus vel judicio condemnari, gratiſſimum fuerit.

II. Itaque cum Soleas iſte varie a variis proferatur, ab ipſa nominis flexione & terminatione mihi tractationis fiat initium. Codino de Officiis Palat. Conſtantinop. σωλεὺς eſt. cap. XVI. ὁ δὲ πατριάρχης πλησίον τοῦ σωλέα ἱστάμενος, καὶ αὐτὸς ἀναγινώσκει ἑτέραν αὖθις εὐχήν. *at Patriarcha propter Soleam ſtans, & ipſe recitat aliam orationem.* & cap. XVIII. de nova Imperatrice; κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἀναβάθρων, καὶ ἐρχομένη ἵσταται πρὸ τοῦ σωλέα. *deſcendit ex Anabathra, & veniens ſtat ante Soleam.* Simeoni Theſſalonicenſi, Dialogo de Sacramentis, σωλέας: τοὺς ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καθῆσθαι δεῖ ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸν σωλέαν. *Subdiaconos & Lectores extra Bema ſedere convenit circa Soleam.* ὁ σωλέα Euchologio in Ordinatione Diaconi. ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος, λαμβάνουσι τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι διάκονον, ἑστῶτα ἐν τῷ σωλέᾳ. *Exeuntes duo Diaconi ex ſacro Bemate, accipiunt eum, qui ordinandus eſt Diaconus, ſtantem in Solea.* licet ibidem alii legant, ἐν τῷ σωλέᾳ. Et in ordinatione Presbyteri: μετὰ δὲ τὸ πληρωθῆναι τὸν χερουβικὸν ὕμνον, ἵσταται ἐν τῷ σωλέᾳ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερος. *Poſtquam impletus fuerit Cherubicus Hymnus, ſtat in Solea, qui ordinandus eſt Sacerdos.* Nicetæ Paphlagoni in vita S. Ignatii Patriarchæ. ὧν ὁ μετὰ δεσμῶν τὸν βασιλέα λαβὼν, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων ἐξωθεῖτο τοῦ σωλέως κατάκριτον ὡς ὑπεύθυνον. *Quorum alter ipſum Imperatorem vinctum capiens, ad dextrum latus tractum, e Solea, veluti noxium damnatumque, pellebat.* σωλεὺς Theodoro Studitæ apud Georgium Hamartolum in Leone Armeno: οἵ τε θεῖοι κίονες, καὶ οἱ σωλεῖς καλούμενοι, οἳ τὸ σεβάσμιον τοῦ ἱεροῦ ἀποτειχίζουσι θυσιαστήριον. *Sacræ columnæ, & qui vocantur Soli, quæ venerandum ſacrumque altare ab alia Eccleſia veluti muri ſeparant.* σωλεὺς Codino de Originibus, de Templo S. Sophiæ: Juſtinianos Imperator ἐποίησε τὸ μῆλον καὶ τὰ κρίνα, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα, τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέα χρυσοῦν. *Fecit pomum & lilia cum Cruce Ciborii ex auro integra, Ambonem item & Soleam auream.* Et de Officiis Palarii: μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὸν σωλέα εὑρίσκει τὸν πατριάρχην. *Solus vero Imperator tranſit Soleam, & invenit Patriarcham.* σωλεῖς Cedreno; ὁ τροῦλλος τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ῥαγισθεὶς ὢν ἔπεσε, τόν τε ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν ἐξ ὀνυχίτου λίθου ὄντας συνέτριψε καὶ εἰς χοῦν ἀπετέλεσεν. *Trulla ſanctæ Dei magnæ Eccleſiæ, fatiſcata cum eſſet, lapſu ſuo ambonem & Soleas, qui ex onychite lapide erant, contrivit & in pulverem redegit.* ὁ σωλέα Nicephoro Patriarchæ Conſtantinopoli-

tano, Antirrhetico ſecundo, c. XLV. τί ἂν εἴποιεν περὶ τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσι, καὶ ταῖς καλουμέναις σωλέαις πρὸ τοῦ θείου θυσιαστηρίου ἱδρυμένων; *Quid dicerent de iis, quæ in ipſis ſacris cancellis, & vocatis Soliis, ante divinum altare extructa?* Et Apologetico contra Iconomachos: ἀψευδέστατον μαρτύριον τὰ ἐν ταῖς σωλέαις τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου μετὰ τῶν σταυρῶν συγκείμενα. *Veriſſimum teſtimonium ſunt, quæ in Soliis ſacri altaris cum pretioſis Crucibus aſſiguntur.*

III. Rectius nonnullis videtur enunciari ὁ σωλέας. Pachymeres lib. IIS. cap. II. καὶ δὴ ἐπιστήσας τὸν μοναχὸν Ῥουχᾶν ἄνδρα δραστήριον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, μετασκευάζει τό τε Βῆμα καὶ ἄμβωνα, καὶ σωλέαν, καὶ ἄλλα τε βασιλικαῖς ἐξόδοις ἀνῳκοδόμει. *Et jam ſuper his Monachum Rhucham, virum facinoroſum, conſtituens, Bema, Ambonem, atque Soleam exornabat, & alia impenſis regiis extruebat.* Codinus de Officiis, cap. XVII. μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὸν σωλέαν εὑρίσκει τὸν πατριάρχην ἱστάμενον εἰς τὰ ἅγια θυρία. *Solus Imperator, tranſita Solea, reperit Patriarcham, in foribus ſanctis ſtantem*, &c. καὶ κατέρχεται ὁ βασιλεὺς τοῦ ἄμβωνος, οὐκ ἐκ τοῦ μέρους μὲν τούτου ἀνῆλθεν, ὅπερ τὸ πρὸς τὰς ὡραίας πύλας ὁρῶντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἑτέρου τοῦ πρὸς τὸν σωλέαν καὶ τὸ ἅγιον βῆμα. *Deſcenditque Imperator ex ambone, non ea parte qua aſcendit, ea ſcilicet quæ ad ſpecioſas portas reſpicit, ſed ex altera, Soleæ & ſancto Bemati obverſa.* In Originibus Conſtantinopolitanis, de Juſtino, Juſtiniani ſucceſſore: τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὸν σωλέαν μὴ δυνάμενος ποιῆσαι καθὼς ἦσαν πρότερον, ἐποίησεν, ὡς ὁρᾶται νῦν, ἀργυρένδυτον. *Cum Ambonem & Soleam non poſſet reſtituere in priſtinum ſplendorem; ut nunc apparet, auro circumveſtivit.* Et Joannes Cantacuzenus: αὐτὸς δὲ μόνος διερχόμενος τὸν σωλέαν, τὸν πατριάρχην ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσιν ἑστῶτα εὑρίσκει. *Ipſe vero ſolus ingrediens Soleam, Patriarcham ad ſacros cancellos ſtantem invenit.*

IV. Tum varia nominis ſcriptio, flexio, & terminatio, ſatis arguunt, nomen hoc peregrinum eſſe, alienoque ex ſolo advectum. In his enim ſcribendis enuntiandiſve, nimium ſibi ſcriptores indulſere, nullum certum modum ſcriptioni præfigentes. Exempla paſſim occurrunt, quæ ipſe prætereo: tædet enim recenſere, millies ab eius ſcripta. Non itaque ex Græcia, neque ex illius penu, nominis origo, ſed aliunde, repetenda. Junius, Notis in Curopalatam, vocem eſſe Latinam, tradit, videturque derivare a *Sole*, & putare, eſſe partem interiorem Templi, quæ ſolem orientem ſpectet, (*Chorum* hoc loco ſignificans,) interpretaturque *Soleam*. Gretſerus addit: rectius *Soleam*, cum rectius ſit ὁ σωλέας primæ declinationis. Quæ vero rectior ſit hujus nominis declinatio, non eſt adeo facile enunciare; cum varia ſit apud probatiſſimos ſcriptores, ſæpeque etiam apud eoſdem, ut ſupra vidimus. Quare, ſive *Soleas*, ſive *Solea*, ſive *Solejum*, ſive *Soleum*, ſive *Solium*, ſive *Soleus* pronuncietur, parum refert: arbitrio enim ſuo ſequetur Interpres, quam ipſe voluerit, declinationem ac terminationem, quam ex textu Græco hauriet. Jacobus Pontanus, Notis in Joannem Cantacuzenum lib. I. cap. LXI. non videtur longe abeſſe a Junio. *Nomine Solea hic videtur Chorus accipiendus, qui proxime cum tabernaculo jungitur.* Interim nugæ ſunt meræ, Soleam a ſole dictum, quod orientem ſolem reſpiceret; cum in Græcorum Eccleſia, præter unum Sacerdotem celebrantem, aſtantemque clerici, & verſus Bematis partem poſtremam, ad modum hemicycli curvem, & homines, ſacro præſentes oranteſque, nihil aliud in ipſa eccleſia orientem ſolem ſpectet, ſed occidentem, ſi ipſæ Eccleſiæ fores in ipſa Eccleſiæ facie, quæ reſpicere & intueri dicuntur, conſiderentur: in hac enim omnes templi reliquæ partes interiores parte ſui nobiliore ac ſpectabiliore verſæ ſunt, ut, adverſæ orantibus, orantium oculos impleant. Quare & iſta pars templi, quæcunque illa fuerit, nunquam ſo-

A lem orientem, ſed orantes ipſos, & fores templi, & conſequenter occidentem, ſpectabit. Sic etiam Soleam aliquid intra ipſum Templum eſſe, non negaverim; ſed, cum intra Templum ſit, partem Templi non dixero, niſi omnia, quæ ſunt in templo, etiam minutiſſima, pavimentum, parietes, ſigna, tabulata, ambones, ſexa quoque & innumera alia, partes templi eſſe, dicere velimus. Sed cum ſermo ſit de partibus, Templum conſtituentibus, ut ſunt Bema, Naos, Narthex; Soleas ipſa Templi pars nulla fuerit. Et multo minus erit Chorus; qui licet apud recentiores Latinos Tabernaculo jungatur, ſæpeque etiam illud ambiat, in Græcorum tamen Eccleſia longe eſt a Tabernaculo; nec non tabulato & aliis a Bemate, in quo tabernaculum eſt, ſeparatur. In Bemate enim tantummodo

B ſacra facientes miniſtranteſque ipſi locum habent, ceteri Epiſcopi & Sacerdotes, & Cantores, & reliquus fidelium cœtus extra Bema, ſuas quiſque ſedes occupant. Et ſane Soleam altari conjunctum non eſſe, colligitur ex Curopalata, qui ſolemnem Imperatoris proceſſionem hunc in modum deſcribit: ἐχόμενοι δὲ τοῦ βασιλέως ὄπισθεν μετ' αὐτὸν ἔρχονται οἵ τε διάκονοι καὶ οἱ ἱερεῖς, ἄλλοι δὲ τὰ ἄλλα τῶν ἱερῶν κρατοῦντες καὶ αὐτὰ τὰ ἅγια. περιελθόντες δὲ κατὰ τὴν συνήθειαν τὸν ναὸν, ἔρχονται μέχρι καὶ τοῦ σωλαίου. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἵστανται ἐκτὸς, μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὸν σωλέα εὑρίσκει τὸν πατριάρχην ἱστάμενον εἰς τὰ ἅγια θύρια. τὰς μὲν οὖν αὐτῶν καὶ ἀμφοτέρων κεφαλὰς ὁ μὲν πατριάρχης ἔσωθεν, ὁ βασιλεὺς δὲ ἔξωθεν εἰς σχῆμα δῆθεν χαιρετισμοῦ κλίναντες ἵστανται. *Imperatorem proxime ſubſequuntur Diaconi & ſacerdotes, cum alia ſacra vaſa, tum ipſa ſancta, portantes. Cir-*

C *cumeuntes autem, ut conſuetum eſt, Templum, veniunt uſque ad Soleam, omnibus aliis extra ſtantibus: ſolus Imperator, tranſita Solea, reperit Patriarcham, in foribus ſacris ſtantem. Ambobus igitur Patriarcha intus, Imperatore foris, in ſpeciem ſalutationis, capita inclinantibus, ſuo uterque loco ſubſiſtunt.* Et lib. I. cap. XLI. *Ipſe ſolus ingreſſus Soleam, Patriarcham in ſacris cancellis ſtantem invenit.* Patriarcha ſtat εἰς τὰ ἅγια θυρία, *ad ſanctas portulas*, vel *ad ſacra oſtiola*, quæ ſunt in medio tabulato, vel in mediis cancellis, qui Templum a ſancto Bemate, in quo eſt altare & tabernaculum, diſterminant. Imperator tranſit Soleam, vel ingreditur Soleam, reperitque Patriarcham ſtantem in ſacris portulis: ergo Soleas disjunctus eſt a tabernaculo & ipſo altari. cum inter eum & altare cancelli, in quibus

D Patriarcha ſtat, & medium ſpatium inter ipſos cancellos & altare interponantur, extra quos Soleas ipſe aſſeritur eſſe.

V. Ludovicus Cellotius, de Hierarchis lib. VI. cap. VI. affirmans, ait: *Locum oportet hunc eſſe in Eccleſiæ gremio & Adyto, in quo Trullus ſemper fuit, cum in Templis erectus eſt. Narratur enim in Originibus Conſtantinopolitanis, σωλέαν, a Juſtiniano conditum, quum caſu Trulli comminutus eſſet, non potuiſſe a Juſtino ſucceſſore in priſtinum ſplendorem reſtitui, ſed tantum argento diſtinctum ab eo fuiſſe.* Nullam hic video neceſſitatem, ut Soleas in gremio Eccleſiæ, vel Adyto illius, reponatur. At erat ſub Trulla Eccleſiæ. Sed probandum eſt, non aliud ſub Trulla, quam ipſum Adytum, vel gremium Eccleſiæ, fuiſſe. Adytum enim non Trullam Eccleſiæ explebat.

E Immo ſi recte ſitum Eccleſiæ antiquæ conſideremus; Adytum, ante quam Trulla inciperet, in ea fornicis parte, quæ orientem ſolem ſpectabat, ſecludebatur: quod poſtea ſequebatur Trulla, in medio Eccleſiæ erecta, quæ ſuis quatuor brachiis, vel fornicibus, quibus innitebatur, univerſum Eccleſiæ corpus tegebat. At caſu Trullæ comminutus eſt Soleas: ergo directe ſub Trulla fuit. Hoc vero falſum eſt. Namque cum Trulla cedit, ſuo illo nixu & impetu res ſibi ex parte proximas, non tantum quæ directe ſubſunt,

comminuit. Quare Soleas licet ſub trulla non eſſet, caſu illius in minutiſſimas partes redigitur, ictu nempe ſaxorum ſupercadentium, &, ut moleſta illa ac ruinoſa moles compellit, convolantium. Inconcinne itaque argumentatur: Soleas comminutus fuit a Trulla, ergo ſuberat Trullæ: cum nec Adytum Trulla complecteretur nec tegeret. Quod nec latuit Cellotium; quare dictis ſuis non fidens, quærit denuo, quid iſte Soleas ſit. Hærere ſibi aquam, reſpondet; Meurſium Solium ſeu Thronum explicare. Non bene ſuo animo, neque Gretſeri, qui ceperat *pro toto illo loco, quem nos in templis noſtris Chorum vocamus*. Subdit: *Quid ſi divinet aliquis, in ea planitie Chori ampla & æquabili eductum, aut in medio, aut ad alterum latus, nobilius aliquod ſolum, omni elegantia adornatum, idque tantum regia in urbe, ad eos uſus, qui ſunt antea commemorati, ſicque Soleam a ſolo dictam & pavimento; vel, ſi mavis, ab expanſa æquabiliter & fuſe exporrecta forma, qualis Soleæ eſt*. Plane vana hæc divinatio eſt, & merum ſomnium. Nam ſi planum illud Chori idem ipſe cenſet ac Presbyterium, nempe in quo Presbyteri celebrantes ſtant, jam Adytum & Bema id fuerit; in quo Soleam non fuiſſe, certius eſt. Si Chori planitiem ipſe dicat eſſe eam, quæ extra Bema in ſecunda parte Eccleſiæ, quæ Naos eſt & in Templum effunditur; non erit in Choro; cum in ea parte Eccleſiæ planities illa per totum porrecta æquabilis ſit, & Chorus, cujus unam partem Cantores occupant, aliquando etiam duas adverſas, ut diximus, ſibi vindicant. Adde, in illa parte Eccleſiæ nullum eſſe ſolum, elegantius adornatum: ſed omnia æquali ſtructura, & ornatu ſimili, in æquo ſolo, ad Narthecem ipſum procurrunt. Ridiculum porro eſt, id, quod commune fuerit omnium Eccleſiarum Græciæ, urbi ſoli regiæ tribuere; quaſi extra illam nullus fuerit Solea, nullus illius uſus; cujus oppoſitum apertiſſime conſtat. Soleæ Cellotianæ formam riſit exploſitque doctiſſimus Jacobus Goar ſuis in Euchologium expoſitionibus: *quaſi prophanis ſoleis & non ſolutis calceamentis terra ſancta calcanda foret, & non potius Chriſtus Imperator in Solio regio ſuſpiciendus. Quid igitur Soleas? interrogat ille ſe ipſum. Hæret mihi aqua, reſpondet. Turbida eſt certe cœno, & ſolo & ſordidis ejus ſoleis prophanata*. Et licet anxius id perquiras, nullum in Eccleſiis Græcorum locum offendes, ſive in planitie, ſive in alio, qui ſoleæ formam præferat. Quare alio nobis ſermo dirigendus eſt.

VI. Jacobus Gretſerus in Codinum lib. III. cap. XII. nihil certi de Solea ſtatuit; *ſive quis* σωλέαν *a* Solo, *ſeu pavimento potius, deducere velit, nomine* τοῦ σωλέα *a Solo ad totum illum locum, quem nos in noſtris templis Chorum vocemus, tranſlato; quod mihi minus ſit probabile. Erat autem locus iſte, ut & ἄμβων, cæteris templi partibus longe ornatior*. Meurſio *Soleas* eſt *Solium*, ſeu Thronus. Sed aliquid aliud fuiſſe, *ſatis aperte indicat Curopalata. Nam* διέρχεσθαι pertranſire Soleam, *&* εἰσέρχεσθαι εἰς τὸ σωλέαν, *qua phraſi utitur Cantacuzenus, aliud quiddam innuunt, quam Thronum ſeu Solium*. Ipſe etiam, cum de Templis recentiorum Græcorum ſcriberem, nihil certi ſtatuens, pro Meurſio contra Gretſerum ita diſputabam: *Si petas a Gretſero, quis ſit, reſpondet, fuiſſe locum ad orientem Solem, contiguum Bemati ſive Tabernaculo. Chorum fuiſſe, illi minus probabile eſt. De ſecundo nil moror. De primo, ſentenia alia Bemati contigua ad orientem Solem fuerint, quæ tamen Solea non erant. An pavimentum illud fuerit, quod ante ſacrarium jacet, vel pars illius, vel aliud intra Chorum, a reliquo ſolo adjacente eminentius? Non puto. Fruſtra enim adderetur a Curopalata vel Cantacuzeno, Imperatorem Soleam pertranſire, cum non poſſet niſi per Soleam, etiam ſi voluiſſet, Patriarcham, qui ante cancellos Bematis ſtabat, adire, pavimento ille totum locum occupante: & paritem pavimenti fulſſo, materia ipſa pretioſa, ex qua conficiebatur, quæ pedibus calcanda omnium eſſet, non ſinit ut credam. Et lapſu Trullæ, ex ſolida materia factum, dum ſolo adhæret, comminutum, ita ut in tenuiſſimum pulverem abierit, non ita facile eſt; quod in prominentibus & ſtantibus non multo negotio, ſi pondera, quæ comprimunt, grandia ſunt, contingere ſolet. Quare probabilior videtur Meurſii opinio; &, quæ in contrarium adducit Gretſerus, nihil probant. Quid enim vetat dicere*, pertranſire ſoleam, & ingredi Soleam, *etiamſi ſolium ſit? In quacunque enim parte relinquatur*, pertranſiri *dicitur*, *& ſi læva reliqueris, ut ab illis ponitur*, ingredi. *Sed de Solea aliquid certius exquiro. Templa præterea Græcorum, ut nunc ſunt, plano æquabilique ſolo conſpiciuntur; quamvis in aliquibus ad altare, vel ad ingreſſum, gradibus vel pluribus vel paucioribus aſcendatur. Soleæ etiam meminit Simeon Theſſalonicenſis adverſus hæreſes, & Pachymeres lib. III. cap. II. Sed neque ex his, quid Soleas ſit, haberi poteſt. Utinam aliquando aliquid occurrat, quod nobis diſtinctius illius uſum exponat*.

VII. Noſter Jacobus Goar, Expoſitionibus in Euchologium eruditiſſimis: *At non hæreat hic veritas, quæ* σωλέαν Solium *Chriſti Imperatoris, ad populum pro communione recipienda extra ſacras fores prodeuntis, eſſe aſſerit. Erigitur itaque extra cancellos Solium hoc, & Chriſto principi, velut thronus, ſubſternitur. ex quo appoſite voces has duas*, βῆμα *&* σωλέαν, *ſibi invicem conquadrare conſpicis, & geminum Chriſti Domini Thronum in Eccleſia Græca exprimere:* βῆμα *nempe, tribunal regium, intra ſepta ſacra, corpori ejus conſecrando dedicatum:* σωλέαν *vero, ejuſdem Solium extra cancellos pro eodem in communione dividendo fabricatum*. Et: *At licet* Soleæ *vox Latinis ac Græcis Patribus ignota ſit, nullatenus eſt dignitas ejus tenuis, vel obſcura majeſtas apud illos: quandoquidem, ubi de communione ſcribit Hieronymus adverſus Luciferianos*, Epiſcopum *memorat, corpus Domini adtrectantem, & de ſublimi loco*, de Solea dictum puta, *Euchariſtiam populo miniſtrantem. & Chryſoſtomus Sacerdotem, pro Chriſti divino Corpore diſtribuendo, plebem Chriſtianam invitantem depingens*, τοῦτο χάριν, *inquit*, ὑψηλὸς τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις ἑστὼς, πᾶσι καταδήλοις γεγονὼς, καὶ μέγα ἐν ἐκείνῃ τῇ φρικτῇ ἡσυχίᾳ ἀνακραυγάζει. *Ea de cauſa ſtans excelſus, in Solea utique & omnibus manifeſtus, tremendo in illo ſilentio vehementer inclamat*, SANCTA SANCTIS. Soleam *hinc antiquis Monachis in Eccleſia deputatum fuiſſe locum a Dionyſio colligimus, qui eos ad velum ſacrum ſupra plebem adſtantes commemorat: nunc Subdiaconis & Lectoribus ſedes eſt reſervata; ita Simone Theſſalonicenſi atteſtante, lib. de Sacramentis*. ὑποδιάκονοι καὶ ἀναγνῶσται καθέδρας χρὴ ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸ σωλέαν, ὡς δεῖ καὶ βῆμα καλεῖσθαι ἀναγνωστῶν. Sobdiaconos & Lectores extra ſacrum tribunal ſedere convenit circa Soleam; qui tribunalis Lectorum propterea nomen accepit. Neque aliud præ oculis habuiſſe videtur interpres Latinus vitæ S. Ignatii, qui Soleam reddit, *pavimentum cancellis proximum*. Ut colligitur, Soleas, locus eminentior ante Bema ſeu Sanctuarium. Solium erit Chriſti, cum populis diſtribuitur a Sacerdotibus, quemadmodum & intra Sanctuarium ipſius Chriſti Principis, cum conſecratur. Erit ergo Soleas ſolum vel pavimentum extra cancellos, cancellis annexum, gradibus aliquibus reliquo eccleſiæ ſolo ſuperius. De eo tamen verba Hieronymi, Chryſoſtomi aliorumque, intelligi nec poſſunt nec debent. Sacerdos enim non extra cancellos in loco eminentiori ſtans, ſed in ipſa cancellorum media porta, & limine erectiore, & ſic de ſublimi loco, Euchariſtiam populo miniſtrat. Chryſoſtomus de eo loco exponendus eſt, in quo manens excelſus, & omnibus ſpectabilis, illa enanciat, ad communionem populum accerſens,

Sancta ſanctis . ſed ea intra cancellos ipſos, altari aſtans, ſuper gradibus, ſi fuerint, commorans intonat. fruſtra ergo Solium in Solea Chriſti eminentius inquirimus, in quo tremenda illa verba Sacerdos inclamet. De loco Monachorum in Eccleſia ex Dionyſio alibi plura diximus. Addit vocem Soleæ Latinis & Græcis Patribus fuiſſe ignotam. De Latinis inquirant alii. Græcis certe notam, adeoque familiarem, faciunt teſtimonia, ex Theodoro Studita, Nicephoro Patriarcha, Niceta Paphlagone, e Georgio Hamartolo a nobis adducta: forte etiam antiquioribus; ſed cum eorum libri omnes non ſuppetant, &, ſi extant, nobis eos videre non contigerit, nihil certi de eo ſtatuere poſſumus. Quod ſi illius non meminerint, non ideo illis ignotam fuiſſe fatemur. Etenim, poſtquam magnificentius extrui Eccleſiæ cœpere, & res per illud ſignata honoribus, quibus Chriſtianorum veneratio debebat, cohoneſtari, plane etiam rem illam indicans nomen Soleæ in uſum atque commercium venire neceſſe fuit. Euſebius, lib. x. ex oratione panegyrica pro Eccleſiarum eædificatione: *ἐφ' ἅπασι δὲ τὸ τῶν ἁγίων ἅγιον θυσιαστήριον ἐν μέσῳ θεὶς, αὖθις καὶ τάδε, ὡς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατα, τοῖς ἀπὸ ξύλου περιέφραττε δικτύοις, εἰς ἄκρον ἐντέχνου λεπτουργίας ἐξησκημένοις, ὡς θαυμασίαν τοῖς ὁρῶσι παρέχειν τὴν θέαν, ἀλλ' οὐδὲ τοὔδαφος ἄρα εἰς ἀμελὲς ἦν αὐτῷ. Altari denique, tanquam Sancto Sanctorum in medio Sanctuarii ſito, iſta rurſus, ut a plebe & multitudine eo non poſſet accedi, cancellis ex ligno fabricatis, circumdedit: qui adeo artificioſa ſolertia ad ſummum elaborati ſunt, ut mirabile ſpectaculum intuentibus exhibeant. Immo nec ſolum quidem templi ab eo jacebat neglectum.* Hinc non male de obſcuritate ſacrarum literarum argumentabatur Nicephorus Gregoras, Hiſtor. lib. x. *ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν βασιλείων θάλαμοι, καὶ ὁπόσα ἀνθρώποις ἱερά τε καὶ τίμια, ὑπὸ παραπετάσμασιν ἄλλα ἄλλοις καλύπτονται, ἵνα μήτε δήμοις εὐωνίοις τριμμένα κιβδηλεύηται, μήτε περιφρονῆται διὰ τὸ τῆς καταλήψεως πρόχειρόν τε καὶ ἄπονον. οὕτω δὴ καὶ τὰ πλεῖστα τῆς θείας γραφῆς, καὶ μάλιστα ὅσα μυστικώτερα ὑψηλότερον λόγον καθάπερ ὑπὸ παραπετάσμασι καλύπτονται τοῖς τοιούτοις ὀνόμασιν. ὅσα πολλὴν τὴν γνῶσιν ἐπικρύπτεται. καὶ ὁπόσα ἀποκρυφὴν ἑαυτοῖς τίθενται, καὶ κολλῶσιν αὐτῶν τὴν σκιὰν αὐτῶν. Ut enim Regum thalami, aliaque quæ ſancta & magno in pretio habentur, aliis atque aliis velis occultantur, ne a rudi vulgo profanentur, aut, quia omnibus abſque labore pateant, contemnantur: ſic etiam plurimi ſacræ Scripturæ loci, ii præſertim in quibus arcana quæpiam doctrina continetur, tanquam velis quibuſdam, ita verbis talibus abſconduntur, quæ multam caliginem ſecum trahant, & tenebras oculis lectorum offundant.*

VIII. Quid ergo Soleas hic erit? Ante quam illud extricem, nonnulla prænotanda veniunt. Primum, Soleam hunc, quem nunc nos inveſtigamus, fuiſſe aliquod Bemati ipſi propinquum, ſeu proximum. Colligo hoc ex Simeone Theſſalonicenſi, Dialogo de Sacramentis adverſus Hæreſes: *γίνεται εἴσοδος εἰς τὸν σωλέαν ἐκ τοῦ βήματος, διακόνου καὶ ἱερέως δίχα φώτων καὶ θυμιατοῦ, τὴν πρὸς τὸν σταυρὸν ἀπαγωγὴν δηλοῦντος Κυρίου, καὶ τὴν ἕκτην ὥραν γεγενημένην. Fit introitus a Bemate in Soleam, Diaconi & Sacerdotis, abſque luminibus & thuribulo, Domini ad crucem deductionem ſignificantium, quæ facta fuit ſexta hora.* Si ingreſſus eſt a Bemate in Soleam, ergo Bema ipſam Soleæ contiguum fuerit: nam ſi aliud intercederet, non in Soleam, ſed in id, quod immediate ſequeretur, introitus eſſet, & ex eo in Soleam. Curopalatas de Officiis: *περιελθόντες δὲ κατὰ τὴν συνήθειαν τὸν ναὸν, ἔρχονται μέχρι τοῦ σωλαίου. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἵστανται ἐκτὸς, μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὸν σωλαίαν, εὑρίσκει τὸν πατριάρχην ἱστάμενον εἰς τὰ ἅγια θύρια. τότε μὲν οὖν ἀμφότεροι καὶ ἀμφοτέρων κεφαλὰς, ὁ μὲν πατριάρχης ἔσωθεν, ὁ βασιλεὺς δὲ ἔξωθεν, εἰς σχῆμα δῆθεν χαιρετισμοῦ κλίναντες ἵστανται.*

A *Circumeuntes autem, ut conſuetum eſt, Templum, veniunt uſque ad Soleam. omnibus aliis extra ſtantibus, ſolus Imperator tranſito Solea reperit Patriarcham, in oſtiolis ſanctis ſtantem. Ambobus igitur, Patriarcha intus, Imperatore foris, in ſpeciem ſalutationis capita inclinantibus, ſuo quiſque loco ſubſiſtit.* Oſtiola ſancta ſunt in ipſis Bematis cancellis. Si tranſito Solea ſtatim ad ipſa fit acceſſus, ergo Soleas cancellis conjunctus eſt. Patriarcha in oſtiolis ſtans, caput exerens, in ipſum Soleam immittit; Imperator, in Solea manens, in Bema; & ſic ſe invicem ſalutant: nullum ergo erit medium, quod ſtantem in Solea a ſtante in Bemate diſterminet. Quare concludendum omnino eſt, Bemati Soleam conjunctum fuiſſe.

IX. Secundum; Soleam non eſſe ſolum neque pavimentum ipſum, ſed aliquid aliud, ſuper ſolum & pavimentum ſeſe erigens, undequaque ab B aliis ſeparatum. materia ſiquidem, ex qua Soleas conficiebatur, pavimenti ſolique dignitatem ſuperabat, eratque aliquid nobilius, quod vel auro, vel argento, vel gemmis & pretioſis lapidibus circumveſtiri mereretur. Codinus in Originibus, de Templo S. Sophiæ: *ἐποίησε δὲ τὸ μῆλον καὶ τὰ κρίνα, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα, τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὴν σωλέαν χρυσᾶ. Fecit pomum & lilia cum Cruce Ciborii ex auro, Ambonem item & Soleam ex auro.* Cedrenus: *ὁ τροῦλλος τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας φορνικωτὸς ὢν πεσὼν, τόν τε ἄμβωνα καὶ τοὺς σωλέας ἐξ ὀνυχίτου λίθου ὄντας συνέτριψε καὶ εἰς χοῦν ἀπετέλεσε. Trulla ſanctæ Dei magnæ Eccleſiæ fornicata cum eſſet, lapſa ſuo ambonem & Soleas, qui ex onychite lapide erant, contrivit, & in pulverem convertit.* Quæ calcantur pedibus hominum, & populi ſordibus atteruntur, næ il- C la neque lapidibus pretioſis, neque auro neque argento, circumveſtiuntur. Et quid operæ fuerit, ſolum & pavimentum extra Bema, ideoque minus nobile, ex auro & argento conficere, quæ intra Bema ſunt, contemtibiliore ornatu conſtruere? Nunquam memini me legiſſe, pavimentum intra Bema ex auro factum fuiſſe; & credam de pavimento extra Bema? Sic lapſu Trullæ Soleam comminutum, redactumque in minutiſſimum pulverem, de illis quæ ſolo adhærent, non ita facile eſt fieri, quod in eminentibus & ſtantibus nullo negotio contingit. Pavimentum, quod ante Bema ſternitur, unum eſt, ſuo modo per Eccleſiam effuſum, & totum illud ſpatium occupans: & illud ſi quis pavimenta appellaret, inconcinne atque improprie diceret. Sed Cedreno Soleæ confracti in eadem Eccleſia plures ſunt; D diverſi itaque a pavimento, quod unum eſt, non humi jacentes ſed erecti, ita ut plures eſſe poſſent, pluresque ſibi locos vendicarent. Erat itaque Soleas aliquid ſupra terram aſſurgens, dignum pretioſiſſimis quibuſque amiciri. Ut taceam de Imaginibus in eo ipſo depictis ad cultum & venerationem, quæ in pavimentis non niſi ſummo ſcelere appingerentur.

X. Tertium; Soleam, Bema & Sanctuarium a reliqua Eccleſia ſeparare ac ſejungere. Habeo ex Theodoro Studita, cujus verba recitat Georgius Hamartolus in Leone Armeno: *ὡς τὰ θεῖα κιόνες καὶ οἱ σωλέαι καλούμενοι, ἃ τὸ σεβάσμιον τοῦ ἱεροῦ διατειχίζουσι θυσιαστήριον. Nec non ſacræ columnæ, & Soleæ dicti, qui venerandum ac ſacroſanctum, veluti muri, dividunt ſanctuarium.* Id namque eſt *διατειχίζειν*, *veluti muro obſtruere, interſepire, dividere, ſeparare unam partem ab alia*; quemad- E modum *διατείχισμα* eſt, *murus interſepiens, vallum muris rem intercipiens*. Nazianzeno eſt, interſtructura in favis apum, quibus hexagoni favi diſtinguuntur. Ita ergo Soleæ & columnæ Sanctuarium a reliqua Eccleſia dividebant, quemadmodum & vela & aulæa, & parapetaſmata, & tabulata, &, cum ex ſtructura conſtabant, ut muri. quod elegantiſſimo τοῦ *διατειχίζειν* verbo Theodorus expreſſit. Id *διείργειν τὰ θυσιαστήρια καὶ τὰ ἄδυτα*, dixit Conſtantinus Porphyrogenneta, de

de vita & rebus geſtis Baſilii Imperatoris Conſtantinopolitani: ὥστε τοὺς ἑκατέρωθεν τοίχους τῷ πολυτελεῖ καὶ πολυχρόῳ τῶν μαρμάρων κατεστοιχειῶσθαι. τὰ ἄδυτα τοῦ ναοῦ καὶ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθοις τιμίοις καὶ μαργάροις κατακεκοσμῆσθαι, καὶ καταλάμπεσθαι. ἥ τε γὰρ αὐτοὺς διείργουσα τὰ θυσιαστήρια κιγκλὶς καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τρικίονα, καὶ τὰ ἄνωθεν ὑπέρθυρα χρηματίζοντα, ὅσα ἐντὸς θᾶκοι, καὶ αἱ πρὸ τούτων βαθμίδες καὶ αὐταὶ αἱ ἱεραὶ τράπεζαι ἐξ ἀργύρου πάντα περικεχυμένον ἔχουσι τὸν χρυσόν. *Muri ex utraque parte marmoribus multicoloribus magnorumque ſumtuum condecorantur. Adyta templi auro, argento, lapidibus pretioſis, & margaritis ornata variantur. & qui ab externa templi porta ſanctuarium ſecludunt cancelli, & in ipſis columnæ, &, quæ ſupra eas ſunt, hyperthyra, & intus ſellæ, & ante ipſos gradus, & eædem ſacræ menſæ, omnia ex argento ſunt, cui ſuperfunditur aurum;* &c. Et infra de alio Templo, ab eodem extructo, ſermonem habens: οἱ δὲ ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων τοῖχοι ἀργύρῳ ἀφθόνῳ καὶ αὐτοὶ ἐπικειμένῳ ἔχουσι διαλαμπόμενον χρυσῷ, καὶ τιμίοις πεποικιλμένον λίθοις, καὶ μαργάρων λαμπρότησιν. ὁ δὲ διείργων τὰ ἄδυτα τοῦ θείου ναοῦ τούτου κιγκλὶς, ὦ φεῦ, ὅσον πλοῦτον ἐν ἑαυτῇ περιείληφεν, ὡς οἱ στῦλοι μὲν καὶ τὰ κάτωθεν ἐξ ἀργύρου ὅλα τὴν σύστασιν ἔχουσιν. ἡ δὲ ταῖς κεφαλαῖς τούτων ἐπικειμένη δοκὶς ἐκ καθαροῦ χρυσίου πᾶσα ἀπείργασται, ὃ πλοῦτον πάντα τὸν ἐξ Ἰνδῶν περικεχυμένον πανταχόθεν ἔχουσα, ἐν ᾗ κατὰ πολλὰ μέρη καὶ ἡ θεανδρικὴ τοῦ Κυρίου μορφὴ μετὰ χυμεύσεως ἐκτετύπωται. *Dextra lævaque ædis latera argento abunde appenſo veſtiuntur, auro lapidibuſque pretioſis & margaritarum ſplendore interſtincto exornatoque. Qui vero Adyta hujuſce divini templi ſeparant cancelli, Deus bone, quantas in ſe divitias continent! cujus columnæ parteſque imæ omnes ex argento conflatæ ſunt. & in capitibus earum ſuperappoſita trabs ex puro auro omnis facta eſt univerſas Indorum divitias, quaqua verſum circumfuſas geſtans, cujus multis in locis Theandrica Domini effigies arte chymica expreſſa eſt.* Hæc non alia ſunt, quam quæ Theodorus verbis aliis, ſi recte rem expendas, in cancellis commemoravit. In his enim, quemadmodum & in illis, ſunt, στῦλοι, τὰ κάτωθεν τῶν στύλων, κεφαλίδες, δοκίδες, τρικίονα, ὑπέρθυρα, βαθμίδες, εἰκόνες; *Columnæ, ſtylobatæ, capita, trabes, hyperthyra, gradus, imagines.*

XI. Quartum; Soleas non tantum gemmis aliaque materia pretioſa interſtinctos & circumveſtitos, ſed variis etiam imaginibus, quas Chriſtianus populus coleret & adoraret, inſignitos fuiſſe. Georgius Hamartolos ex Theodoro Studita: αἱ μὲν δὲ ἅλαι καὶ αὐταὶ αἱ πτύχαι τῶν ἱερῶν τύπων ἔξωθεν φέρουσι παρὰ χριστιανοῖς τῷ εὐαγγελίῳ συμπροσκυνούμενοι. οὔτε θεῖοι κίονες καὶ αἱ σόλαι καλούμεναι, αἳ τὸ σεβάσμιον τοῦ ἱεροῦ διαχωρίζουσι θυσιαστήριον. καὶ γὰρ οὐδενὶ ἑτέρῳ λόγῳ, ἢ τὸ προσκυνεῖσθαι πάντως ἕνεκα ἅμα σὺν τῷ συναπτομένῳ τοῦ σταυροῦ τύπῳ ἀρχῆθεν ἐνταῦθα ἀρχῆθεν καθιστόρηντο. *Præterea & ipſæ plicaturæ ſacras imagines exteriore ſui parte præferuntur, quæ a Chriſtianis ſimul cum Evangelio adorantur: nec non ſacræ columnæ, & Soleæ dicti, qui venerandum & ſacroſanctum, velut murus, dividunt Sanctuarium. Namque nullo alio fine, quam ut adorarentur una cum ſimul annexa Crucis imagine, illis in locis ab initio depictæ ſunt.* Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Antirrhetico II. contra Iconomachos: τί οὖν εἴποιεν οἱ τὴν διάνοιαν ἀλαλάζοντες, καὶ τὴν νοερὰν ἐνέργειαν πεπηρωμένοι περὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς κιγκλίσι, καὶ ταῖς καλουμέναις σωλέαις, τῶν τε ἐν τοῖς κίοσι, καὶ πυλῶσιν αὐτοῖς, τῶν τε πρὸ τοῦ θείου θυσιαστηρίου ἱδρυμένων. ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἀπ' ἀρχαίας χρόνων ταῦτα οἱ χριστιανοὶ ἀνεστήσαντο, ἢ τὰ εἰκόνα τοῖς οἰκείοις ἐφαρμόζοντες. εἰδότες ὅτι οἱ τόποι ἄξιοι προσκυνήσεως εἰσί τινες, καὶ τοῦ προσκυνεῖσθαι ἕνεκα ταῦτα ἀνετυπώσαντο. *Quid vero dicerent, qui mente capti ſunt, intellectualique actione orbati, de iis, quæ in ſacris cancellis, & Soleis dictis, nec non in columnis & valvis ipſis, aliiſque ante ſanctum ſanctuarium appictis? Anne illa ornatus & decoris gratia Chriſtiani extruxerunt? minime vero; ſed propria propriis adaptantes, beneque callentes, loca illa adorationis eſſe loca, ideoque ea, ut adorarentur, appinxerunt.* Et Apologetico contra eoſdem: ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν ἐκ τῆς ἀποστολικῆς καὶ πατρικῆς παραδόσεως, ἡ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ὕπαρξίς τε καὶ προσκύνησις μέχρι τοῦ δεῦρο ἦλθε, κηρύσσουσι καὶ μαρτυροῦσιν αἵ τε ἀρχαῖαι ἐκκλησίαι, καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη παρά τε τῶν εὐσεβῶν βασιλέων, καὶ ἑτέρων φιλοχρίστων κατασκευασθέντα. ὅτι ἐν τόποις ἱεροῖς καὶ σεβασμίοις κατετέθησαν, τοῦ μετὰ τῶν λοιπῶν ἱερῶν προσκυνεῖσθαι. σαφέστατον δὲ τούτου καὶ ἀψευδέστατον μαρτύριον τὰ ἐν ταῖς αὐλαίαις τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου μετὰ τῶν τιμίων σταυρῶν συγκείμενα. οὐ γὰρ ἑτέρῳ τρόπῳ ἐν τούτοις ἀνετέθησαν, ἢ μὴ προσκυνεῖσθαι ὤφειλον. ἔτι δὲ καὶ τὰ ἐν ταῖς ἁγίαις θύραις, καὶ πυλῶσιν ἱεροῖς τῷ αὐτῷ τρόπῳ τετυπωμένα. *Ab initio itaque & ab antiquo ævo, Apoſtolorum Patrumque traditione, venerandarum imaginum ſubſtantiam & adorationem ad hæc tempora perveniſſe deprædicant præbentque teſtimonium veteres Eccleſiæ, ſacraque vaſa, a piis Imperatoribus aliiſque Chriſti amantibus extructa; cum illa ſacris in locis & venerandis collocata ſint, ut cum aliis ſacris in veneratione haberentur. Horum apertiſſimum & infallibile teſtimonium fuerint, quæ in ſacroſancti Sanctuarii Soleis cum venerandis Crucibus adjacent. neque enim alio ſcopo illis appoſita ſunt, quam ut adorarentur: nec non & alia quæ in ſacris oſtiolis & valvis ſanctis eadem ratione depicta ſunt.*

XII. Res veneratione & adoratione dignæ non in ſolo aut pavimento depinguntur aut exſculpuntur; ne in contemptum abeant, pedibus conculcatæ; quod & legibus Canonibuſque, ſub pœnis etiam graviſſimis, vetitum fuerat. Leges recenſet Balſamon in Canonem Trullanum LXXIII. φησὶ δὲ καὶ τὸ δʹ κεφάλαιον τοῦ αʹ τίτλου τοῦ αʹ βιβλίου· μήτε μοναχὸς, μήτε ἕτερός τις ἐν δημοσίῳ τόπῳ, ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται, σταυρὸν ἐπιβαλλέτω, ἢ λείψανα ἁγίων. καὶ κεφ. ϛʹ. μηδεὶς ἐν ἐδάφει, ἢ μείζονι λίθῳ, ἢ ἐν μαρμάρῳ ἐδαφικῷ ἐγγλυφέτω ἢ γραφέτω σταυρόν. ἀλλὰ περιαιρείσθω, τὴν βαρυτάτην τιμωρίαν τοῦ παραβαίνοντος ὑφισταμένου. καὶ κεφ. νηʹ τοῦ αʹ τίτ. τοῦ γʹ βιβλ. λέγει ἐν μέρει. ἀλλὰ καὶ τοὺς τιμίους σταυροὺς, μεθ' ὧν ἐν ταῖς λιταῖς ἐξέρχονται, μὴ ἀλλαχόσε πλὴν ἢ μὴ ἐν σεπτοῖς τόποις ἀποτίθεσθαι. ταῦτα τοῦ κανόνος καὶ τῶν νόμων διοριζομένων, σταυρὸς μὲν ἐν ἐδάφει οὐ τολμᾶται κατασκευάζεσθαι ἀπό τινος ὕλης. *Dicit autem & quartum caput primi tituli, primi libri: Nec Monachus nec ullus alius in publico loco, vel in quo ſpectaculum peragitur, Crucem imponat, vel Sanctorum reliquias. Et cap. VI. Nemo in ſolo vel majori lapide, vel marmore pavimenti, Crucem inſculpat vel pingat; ſed auferatur, eo, qui id tranſgreditur, graviſſimum ſubeunte ſupplicium. Et cap. LVIII. primi Tituli, tertii libri, imperat præciſe, dicens: ſed & pretioſas Cruces, cum quibus in ſupplicationibus egrediuntur, non alibi quam in ſacris locis reponi. Hæc cum Canon & leges ſtatuant, Crucem quidem in pavimento non audet quis ex aliqua materia conſtruere.* Trullani Canonis verba ſunt: τοὺς ἐν τῷ ἐδάφει τοῦ σταυροῦ τύπους ὑπό τινων κατασκευαζομένους ἐξαφανίζεσθαι, παντοίως προστάττομεν, ὡς ἂν μὴ τῇ τῶν βαδιζόντων καταπατήσει, τὸ τῆς νίκης ἡμῶν τρόπαιον ἐξυβρίζοιτο. τοὺς οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦ σταυροῦ τύπον ἐπὶ ἐδάφους κατασκευάζοντας, ὁρίζομεν ἀφορίζεσθαι. *Crucis figuras, quæ a nonnullis in ſolo ac pavimento fiunt, omnino deleri jubemus, ne incedentium conculcatione, victoriæ nobis trophæum injuria afficiatur. eos itaque, qui deinceps Crucis ſignum in ſolo conſtruant, ſegregari decernimus.* In Canonem Commentatores adnotarunt; Alexius Ariſtenus: πᾶσαν σπουδὴν χρὴ τίθεσθαι ἡμᾶς, τὴν ἀξίαν ἀποδιδόναι τιμὴν τῷ ζωοποιῷ σταυρῷ, δι' οὗ τοῦ παλαιοῦ σεσώσμεθα πταίσματος. καὶ ἐὰν ἐν τῷ ἐδάφει ὁ τοῦ σταυροῦ τύπος κατασκευάζηται ὑπό τινων, ἀναλαμβάνεσθαι, ἵνα μὴ τῇ τῶν βαδιζόντων καταπατήσει τὸ τῆς νίκης ἡμῶν ἐξυβρίζηται τρόπαιον. *Totis viribus conandum nobis eſt, ut debitus vivificæ Cruci honos impendatur, per quam ab anti-*

quo lapſu liberati ſumus. Quod ſi in pavimento ab aliquo Crucis forma efficta fuerit, deleatur; ne obambulantium pedibus noſtræ victoriæ trophæum conculcetur & infametur. Joannes Zonaras: ἐπεὶ δέ τινες εἰς τὰ χαμαὶ πλεῖστα τιμίως τιμῶντες τῷ σταυρῷ, ἐντεχνῇ ἔτυπουν αὐτόν, ὅπου δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν ἐδάφεσι, τοῦτο ὁ παρὼν ἀπαγορεύει κανὼν, κελεύων μὴ ἐν ἐδάφει συντιθέναι σταυρὸν, ἵνα μὴ τὸ τῆς νίκης ἡμέτερον τρόπαιον ἀτιμάζηται καταπατούμενον. τοὺς δὲ τοῦτο τολμῶντας ὑπάγει ἀφορισμῷ. *Quoniam igitur nonnulli, ſtudioſiores amplius honeſtandæ Crucis, eam, cum aliis locis omnibus, tum in pavimento quoque, efformabant, id fieri Canon, ac in eo noſtræ victoriæ trophæum per contumeliam conculcandum proponi, vetat. qui vero id auſi fuerint, ſegregationi obnoxios eſſe decernit.* Theodorus Balſamon: δοκεῖ δὲ ὅτι ἀναξίως καθυποβάλλονται ἀφορισμῷ, οἱ ἀφελέστεροι καὶ δι' εὐσέβειαν δῆθεν κατασκευάζοντες ἐν τῷ ἐδάφει τίμιον σταυρόν. οἱ γὰρ κακῇ διαθέσει τοῦτο τι ποιοῦντες, χάριν τοῦ τὸν σωτηριώδη τύπον τοῦ σταυροῦ, ὡς τοῦ καταπατεῖσθαι περιυβρίζεσθαι, ὡς ἀσεβεῖς κολασθήσονται. *Exiſtimo ergo, quod illi ſegregationi ſubjiciuntur, qui ſunt ſimpliciores & propter pietatem in ſolo pretioſam Crucem fabricantur. Qui enim mala animi affectione hoc agant, ut ſalutaris Crucis figura, eo quod conculcetur, contumelia afficiatur, ut impii puniuntur.* Et recte: neque enim conculcanda ſunt pedibus, quæ veneratione & adoratione digna exiſtimamus.

XIII. Erit itaque proprie Soleas in Eccleſia Bemati ipſi proximus, ſeſe in altum erigens, ab aliis ſeparatus, a ſolo & pavimento diverſus, Sanctuarium a reliqua Eccleſia, veluti murus, ſejungens, variis imaginibus & Cruce, quas Chriſtiani colerent ac venerarentur, interſtinctus. Si Tabulatum ipſum non eſt, variis aliis nominibus nuncupatum, ut alibi diximus, quis tandem erit? Inſpiciamus. In Tabulato ipſo plura conſiderantur; cancelli, portæ, Oſtiola, imagines, columnæ; ut ex allatis teſtimoniis patet, quæ quidem Soleæ nullo modo ſunt. Res eccleſiaſtica ipſo ſui exordio admodum tenuis fuit; & ſupellex, ut poterat, exigua. Hinc factum eſt, ut prius muri munere fungerentur vela, aulæa, cortinæ, ſtragula, παραπετάσματα, αὐλαῖαι, κορτῖναι, & ſimilia: poſtea, creſcente cultu & hominum pietate, lignis quoque & tabulis, iiſque non contemnendis ſed pretioſis, & artificum manu varie atque accommode fabrefactis, ad ſeparandum Sanctuarium uſi ſunt. Hinc κιγκλίδες, δρύφακτα, κάγγελα, & alia. Ubi tandem cultus invaluit, & res Chriſtiana, Principum ope ac favore, non pauca loca ſed orbem terrarum occupavit, ſaſta quodam & impenſis immanibus ſtructuræ Templorum in amœniorem proſpectum datæ ſunt: &, quaſi vileſcerent jam vela & tabulata, columnis marmoreis, lapidibus pretioſis, & quod magis eſt, auro & argento, picturis ſculpturiſve, iiſque elegantiſſimis, cultui & venerationi proviſum. Nam pulchritudine etiam rerum humanarum animus ad cœleſtia magis ac magis refertur, & factura Domini delectatus, meditatius divina contemplatur. Res cœpit a Conſtantini Imperatoris temporibus, ſed Juſtiniano imperatore perfecta atque abſoluta eſt, ſanctæ Sophiæ extructione, qua nihil unquam vidit orbis ſumptuoſius, nihil admirabilius. Tum quoque Soleæ nomen in uſu eſſe cœpiſſe videtur: nihilque aliud eſt quam ædificii baſis, fundamentum, pes, podium, firmamentum, ſulcimentum, & dicitur, ſi ſolidi totius ædificii baſis eſt, ſtereobata; ſi columnarum, ſtylobata; quod vulgo *baſamentum*, *piediſtallum*, vel *zoccham* vocatur. Quemadmodum enim ſtereobata, inferior pars ædificii firmius craſſiuſque conſtructa, totius ædificii onera excipit, ita & columnarum ſtylobata, qui etiam rebus aliis, veluti machinis pars illa baſis quæ ſolo hæret & machinam ſuſtinet, ſubjecta, vel ſubjectio nuncupatur; Græce ὑπόθεμα, ὑπόβλημα, ὑπόβασις, ὑποπόδιον, dixeris. Pari

A itaque ratione cum in hac parte ædificii, quod Bema a reliqua Eccleſia ſeparat, non fulcimenta tantum columnarum, ſed reliqui etiam ædificii, habeantur craſſiora, quam ipſæ ſint columnæ & fabrica, ne cum aliis Eccleſiæ fulcimentis confunderentur, proprio quodam nomine Soleæ vel Solii nuncupati ſunt a ſolo, quod omnia ſuſtinet & unicuique rei ſubjacet. Unicuique enim rei, quod ſubjacet, ſolum eſt ei, cui ſubjacet. Unde eſt *Solum navis* mare, & *avium* aer, ex Servio in v. Æneidos. Adde *Solum ſtellarum*, cælum, Ovidio; &, ex Turnebo Adverſ. lib. 15. cap. XII. *radicem arborum* apud Virgilium II. Georgicorum, vocari ſolum, ut plantam & pedem arboris; & infimum pedis calcaneum apud alios ſolum: nec alia ratione terram dici ſolum, niſi quod animalium & hominum fun-
B damentum eſt.

XIV. Non male etiam a Solea, non ut crepidam notat, quamvis ab ea quoque non inconcinne dici quiſpiam autumaret, cum pedis ipſius videatur eſſe ſolum & fulcimentum; ſed ut ſignificat materiam roboream, robuſtam, vel robuſtum, quod idem eſt, ſuper quam paries craticius extruitur; ut docet Feſtus. Quare non incongrue ab hoc nomine baſis illa & fulcimenta, quibus tabulata ſuſtentantur, ſive parietes craticii: namque eodem autore Parietes craticii ſunt, qui cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus arrectis tranſverſiſque in modum cratis: vocabanturque alio nomine *intergerini*, quod videlicet vicinorum cœnacula bis dirimerentur. Non poteſt melius, nec aptius. Ut taceam, δρύφακτα dicta a pleriſque, quod a lignis quercus ſeu roboris, ſeu alterius arboris, eſſent confecta; in quibus
C habes & Soleam, materiam nempe roboream, & murum craticium ſuperextructum. Partes itaque inferiores ejuſmodi parietum, ſive columnarum, qui onera ſuſtinent, Bemati proximæ, ſeſe in altum erigentes, ab aliis ſeparatæ, a ſolo & pavimento diverſæ, Sanctuarium a reliqua Eccleſia dirimentes veluti muri, & variis imaginibus condecoratæ, erunt Soleas proprie a ſolo vel a ſolea Latinorum. quod in rebus ſimilibus non videtur alienum: multa enim Latina in Græcorum Eccleſiam, quod vulgo magis illa eſſent in uſu, vel quod magis rem exprimerent, vel quod ita arriſerit autori vel artifici, irrepſerunt. Et ne longius abeam, tabulati vela ſeu aulæa Cortinæ ab aliis vocitatæ ſunt; quod purum Latinum eſt. Chriſtianus, Autor anonymus, ſive Chriſtinus, in Typographia Chriſtiana, αὐλαίας
D ταῖς κορτίναις καλεῖ. οὕτω γὰρ καλοῦσιν αὐτὰς οἱ ἐξαδυνατοῦντες, λέγοντες αὐλαίαν τὸ μέγα καὶ ποικίλον παραπέτασμα. *Aulæas cortinas vocat. Sic enim eas nuncupant, qui entea nos Atticiſmum affectant, aulæam appellantes magnum ac varie interſtinctum ſtragulum.* Et hic quidem proprie Soleas eſt, ut videa.

XV. Improprie vero poſtea ſpacium illud, quod ante ipſam Soleam effundebatur, Soleas dici cœpit. quod nec mirum, quemadmodum enim a Bemate ſeu gradu, quem aſcendebant qui in Sanctuarium ingrediebantur, totum Sanctuarium Bema dictum eſt; ita & a Solea ſpatium illud, quod ante Soleam porrigebatur. Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii, de ſomno Bardæ ante quam a Baſilio obtruncaretur: ὧν ὁ μὲν δεύτερος τὸν βασιλέα ἀναλαβὼν, καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατασύρων ἐξωθῶν τοῦ σολέα κατακρημνίζειν ὡς ὑπὸ ἀδύτου. *Quorum alter ipſum Imperatorem vinctum capiens, ad*
E *dextrum latus tractum, e Solea, velut noxium damnatumque, pellebat.* Quod Cedrenus, eadem referens in Synopſi, expreſſit, πρὸς τὰς κιγκλίδας, ex loco ſcilicet ante cancellos, ὡς καὶ ἀφίκοντο καὶ προσεστάθη ἀγίω τοῦ Θείου ναοῦ, ὁρᾷν τίνας λευχειμονοῦντας προαγομένους, ὃ τοῦ καθηγοῦντος αὐτὸν ἄγουσι πρὸς τὰς κιγκλίδας τοῦ θυσιαστηρίου. *Quo cum appropinquaſſet, quoſdam videbant præire albis amictos veſtibus, & ſeſe ab iis deduci ad cancellos Sanctuarii.* Sic etiam, quotieſcunque in Ordinationibus

Ordinandus dicitur deferri a Solea ad Bema vel portas, non aliud quam hoc ſpatium ante cancellos Sanctuarii intelligitur: ἐξελθόντες δύο διάκονοι ἐκ τοῦ ἁγίου βήματος, λαμβάνουσι τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι διάκονον, ἑστῶτα ἐν τῇ σολέᾳ. *Exeuntes duo Diaconi ex ſacro Bemate, accipiunt eum, qui ordinandus eſt Diaconus, ſtantem in Solea.* μετὰ δὲ τὸ πληρωθῆναι τὸν χερουβικὸν ὕμνον ἵσταται ἐν τῇ σολέᾳ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερος. *Poſtquam completus fuerit Cherubicus hymnus, ſtat in Solea, qui ordinandus eſt Sacerdos.* Conſequenter non male dicitur quiſpiam εἰσέρχεσθαι καὶ διέρχεσθαι τὴν σολέαν, *pertranſire & ingredi Soleam.* Namque qui Soleam

A pertranſit, eumque pedibus calcat, ingredi vel tranſire non improprie dicitur; quemadmodum, *viam ingredi, mare tranſire, & campos pedibus tranſire*, Romani ſcriptores dixere. Cum vero Subdiaconi, Cantores, & Clero aſcripti, locum ſibi in Eccleſiis Græcis occupent, Bemati proximum, ideo Soleas Eccleſiæ, Bema Cantorum a nonnullis nuncupatur. Simeon Theſſalonicenſis: ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καθῆσθαι χρὴ ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὴν σολέαν, ὃς δὴ καὶ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. *Subdiaconos & Lectores extra ſanctum Bema ſedere convenit circa Soleam, qui & Bema Lectorum appellatur.*

LEONIS ALLATII
EPISTOLÆ
AD
BARTOLDUM NIHUSIUM
TRES.

PRIMA de Liturgia S. Jacobi diſſerit.

SECUNDA tuetur aſſertam Græcorum Communionem ſub ſpecie unica.

TERTIA eſt de lignis ſanctæ Crucis.

Digitized by Google

LEONIS ALLATII EPISTOLA PRIMA, DE LITURGIA S. JACOBI.

Editio altera, priore auctior.

Liturgiam quæ Græce & Latine, ſimul & ſeorſim, ſæpius ſub Jacobi Adelphothei nomine edita eſt, Hæretici recentiores, quod in ea plura eorum dogmata rejiciantur, reprobarunt, tanquam non genuinam, nec ab Apoſtolo Jacobo ſcriptam; Inter eos præcipui, & quos memoria ſuggerit, Caſaubonus, Cocus, Rivetus: Catholici amplectuntur, Claudius de Sainctes, Sixtus Senenſis, Antonius Poſſevinus, & alii. Inter Græcos non una ſententia fuit. Balſamo, Reſponſ. 1. ad Marcum, Patriarcham Alexandrinum, Trullanæ Synodi auctoritate tradit, a Jacobo Adelphotheo myſticum ſacrificium fuiſſe compoſitum, illius tamen neque in Apoſtolorum neque in Laodicenæ Synodi Canonibus, in quibus tum veteris tum novi Teſtamenti libri, tum Apoſtolici, qui in uſu eſſe debent, numerantur, nullam S. Jacobi Hierurgiæ mentionem fieri; & Eccleſiam Conſtantinopolitanam, cujus mores ſequi debent Eccleſiæ reliquæ, eam non agnoſcere; quare illam recipiendam non eſſe. μόνος δὲ ὁ λβ΄ κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου παλατίου συνόδου ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου φησὶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου μυστικὴν ἱερουργίαν συντεθῆναι. ὁ μὲν τοιγε κανὼν τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ ὁ νθ΄ κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ἀπαριθμούμενοι τὰ ὀφείλοντα παρ' ἡμῖν ἀναγινώσκεσθαι βιβλία τῆς παλαιᾶς διαθήκης καὶ τῆς καινῆς, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ἀποστολικὰ ἱερουργίας τοῦ ἁγίου Ἰακώβου, ἢ τοῦ ἁγίου Μάρκου μνείαν οὐ ποιοῦνται. ἀλλ' οὐδὲ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως οὐδ' ὅλως ταύτας ἐπιγινώσκει. ψηφιζόμεθα δὲ μὴ εἶναι δεκτὰς αὐτάς. εἰ γὰρ ἐγένοντο, παντελῶς ἀπραξίας κατεψηφίσθησαν, ὡς καὶ ἄλλα πολλά. Solus enim XXXII. Canon ſanctæ & Oecumenicæ ſynodi, coactæ in Trullo magni Palatii, ait, a S. Jacobo, Dei fratre, myſticum ſacrificium fuiſſe compoſitum. Attamen LXXXV. ſacrorum & omni laude celebrium Apoſtolorum, & LIX. Canon Laodicenæ ſynodi, enumerantes veteris Teſtamenti & novi, ipſoſque Apoſtolicos libros, qui in uſu nobis eſſe debent, nullam ſacrificii ſancti Jacobi vel ſancti Marci mentionem faciunt. Neque etiam catholica ſanctiſſimi & Oecumenici Throni Conſtantinopolis Eccleſia ullo modo eas Liturgias agnoſcit. Pronunciamus igitur, non eſſe has recipiendas. etſi enim ab iis factæ ſunt, ab omni uſu vacare jubentur, ut & alia multa. Hieremias, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Doctrinæ exhortatoriæ ad Germanos cap. XIII. fatetur, auctoritate Canonis Trullani, a Jacobo Adelphotheo primum ſacræ Hierurgiæ cerimonias compoſitas, ſed poſtmodum depravatas, quemadmodum & Conſtitutiones Clementis; vel, quod eſſent nimium prolixæ, a D. Baſilio conciſius ordinatas, & deinde a Joanne Chryſoſtomo: attamen ſuis temporibus, Baſilii & Chryſoſtomi receptas invaluiſſe, Jacobi & aliorum Apoſtolorum obliteratis. *Quod ſi neceſſitas aliqua in loco poſtulat, ut vetuſta con*-A *ſuetudine Liturgia peragatur, nimirum vel ſecundum Divi Jacobi inſtitutum, vel D. Marci fortaſſe, his, quæ pietatis & compendii ſunt, conſervatis, in laudem Dei præpotentis, libera ab omni rerum mundi hujus impedimentis conſideratione & diſcretione adhibita, ſacra nobis peragenda eſt Liturgia.*

II. Alii ex Græcis, illius autoritate, varia dogmata, a ſciolis controverſa, conſtabiliunt. Nicolaus Methonenſis probat, panem conſecratum & vinum eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, contra eos, qui id negabant vel de eo hæſitabant, tractatu hac de re edito; Beſſario Cardinalis, adverſus Epheſium & alios, verbis Domini tantum confici corpus Chriſti. Epheſius Jacobi verba in aliam ſententiam, catholicæ veritati adverſam, detorquet. Synodus Trullana, Canone XXXII. Armenios & Hydro-B paraſtatas Hæreticos, qui aquam vino non miſcebant, vel aquam tantum offerebant, refellit. Hoc idem conatus eſt Iſaacus, Armeniæ Catholicus, adverſus Armenios. ὅτι γὰρ ὁ ποτήριον ὁ Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις δέδωκεν, οἶνον καὶ ὕδωρ εἶχε, μάρτυς ὁ ἅγιος ἀπόστολος Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος, καὶ Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν ταῖς λειτουργίαις ἑκάτερος οὕτω λέγοντες. ὁμοίως μετὰ τὸ δειπνῆσαι, λαβὼν ποτήριον. *Quod porro calix, quem Chriſtus Apoſtolis tribuit, vinum haberet ac aquam, teſtes ſunt, ſanctus Apoſtolus Jacobus, ille Domini frater, & Marcus Evangeliſta, cum ita ambo in ſuis Liturgiis dicunt: Similiter poſtquam cœnavit, accipiens calicem*, &c.

III. Agnoſcunt, ut genuinum Jacobi fœtum; Trullana: *Nam & Jacobus, Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem frater, cui primum Hie*-C *roſolymitanæ Eccleſiæ Thronus creditus, & Baſilius Cæſareæ Archiepiſcopus, cujus gloria omnem terrarum orbem pervaſit, myſtico nobis in ſcriptis tradito ſacrificio, ita peragendum in ſacra myſterio, ex aqua & vino ſacrum populum ediderunt.* Menologium Baſilianum in Jacobo Adelphotheo: καὶ πρῶτος τὴν θείαν λειτουργίαν ἔγραψε παρὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτὴν διδαχθείς, ἣν ὕστερον συντομωτέραν αὐτὴν ἐποίησεν ὁ μέγας Βασίλειος, εἶτα ὁ Χρυσόστομος διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν. *Et primus divinam Liturgiam compoſuit, eam a Chriſto edoctus. ſed poſtmodum contractiorem eam fecit magnus Baſilius, deinde Chryſoſtomus, hominum imbecillitati providentes.* Alexius Ariſtenus in eundem Canonem: ἀγνοοῦντες οἱ Ἀρμένιοι ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Χρυσόστομος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, οἶνον μεμιγμένον ὕδατι τὴν θυσίαν προσῆγον, καὶ ἡμῖν οὕτω-D τω φρικτὸν παραδεδώκασιν. *Neſcientes Armenii, ipſum Chryſoſtomum, magnum Baſilium, & Adelphotheum Jacobum, vinum aquæ immiſcentes, ſacrificium obtuliſſe, & nobis, ut ita faceremus, tradidiſſe.* Joannes Citrius, opuſculo de Conſuetudinibus & Dogmatibus Latinorum: ἃ γὰρ τοῦ Κυρίου ἐπίκλησιν ἐπισφραγίζει ταῦτα, καὶ τὰ τοῦ θείου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου ἱερὰ ἐκδόματα, τῶν λειτουρ-

γίαν αὐτοῖς, οἱ μαθόντες, ἱστόρηϲε. *Precatione enim dominica conſignantur, & divini Jacobi, fratris Domini, precibus ſuper ea recitatis, ut audivimus, perficiunt.* Beſſario: *Hinc eſt, quod Baſilius Jacobi, Chryſoſtomus vero Baſilii, Miſſas breviores fecerunt, quod non neceſſaria forent omnia, quæ dicebantur.* Marcus Epheſius: *Divus Jacobus, Hieroſolymorum primus Epiſcopus, ac primi magnique Pontificis frater ſimul & ſucceſſor, ipſe quoque myſticam exponens Liturgiam, in eadem parte poſt recitationem Dominicalium verborum hæc ſcribit, &c. His conſequenter & qui poſtea Liturgiam ipſam conciſiorem ediderunt, tum magnus ille Baſilius, tum poſt eum Joannes Chryſoſtomus.* Gennadius Scholarius, in cap. 18. pro Concilio Florentino: *Et Beatus Jacobus, Hieroſolymorum primus Antiſtes, ſic habet; Magnus &c.*

IV. Hoc idem alii quoque agnoverunt ex recentioribus. Manuel in Nomocanone, cap. ccxx. ἡ λειτουργία τοῦ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου ἐλειτουργεῖτο ἕως τοῦ καιροῦ τοῦ μεγάλου Βασιλείου. τότε δὲ κατὰ βουλὴν τῶν ἁγίων πατέρων διὰ τὸ μεγάλην εἶναι αὐτὴν ἀφῆκαν ταύτην, μόνον τινὰ εὐχὰς ἔλαβον ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὴν πρώτην εὐχὴν τῆς προθέσεως, τό, ὁ Θεός, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὸν οὐράνιον ἄρτον· καὶ τὴν μεγάλην εἴσοδον, τό, οὐδεὶς ἄξιος τῶν συνδεδεμένων, καὶ τὴν τῆς μεταλήψεως, πρόσχες Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν. αἰτήσεις γὰρ λέγονται, ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν, καὶ τὰ ἑξῆς. ἤγουν, ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον τῆς παναγίας ἀχράντου. καὶ ἕτερα. ἀφ' οὗ δὲ ἐγίνετο ἡ λειτουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ τοῦ θείου Χρυσοστόμου. ἐλειτουργεῖτο μὲν τοῦ μεγάλου Βασιλείου καθ' ἐν κυριακήν, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τοῦ θείου Χρυσοστόμου. τότε οἱ θεῖοι πατέρες ἔκαμαν, ἵνα λέγεται τοῦ μεγάλου Βασιλείου δέκα φοραῖς τὸν χρόνον, καὶ τὰς ἐπίλοιπας ἡμέρας τοῦ θείου Χρυσοστόμου, ὅλον τὸν χρόνον χωρὶς τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ. ἐν τῇ ὁποίᾳ ἐγίνετο. καὶ τελεῖται ἡ προηγιασμένη λειτουργία τοῦ ἁγίου Γρηγορίου πάπα Ῥώμης τοῦ διαλόγου. *Liturgia Jacobi Adelphothei in uſu erat uſque ad tempora magni Baſilii, tum communi ſanctorum Patrum conſilio, quod eſſet nimium prolixa, neglecta eſt: tantummodo petitiones ea ex retentæ, & prima illa Protheſeos Oratio, Deus Deus noſter, qui cæleſtem panem; & magni Introitus, Nullus invitatus; & Communionis, Attende Domine Jeſu Chriſte Deus noſter. Petitiones ſunt; In pace Dominum deprecemur; & quæ ſequuntur; nempe, Opitulare, ſalva, miſerere, Sanctiſſimæ Deiparæ; & alia. Cum poſtea magni Baſilii & divi Chryſoſtomi Liturgiæ compoſitæ ſunt, ſingulis Dominicis magni Baſilii, reliquis hebdomadis diebus Divi Chryſoſtomi, recitabatur. Tunc ſancti Patres præceperunt, ut anno quolibet undecies, per reliquum anni tempus divi Chryſoſtomi diceretur, excepto ſancto magno Quadrageſimali jejunio, in quo Præſanctificatorum Liturgia dicitur, a ſancto Gregorio Papa Romano, cognomento Dialogo, compoſita.* Et Gabriel Severus, Metropolita Philadelphienſis, Tractatu de adoratione munerum antequam conſecrentur: ὅτι δὲ ταῦτα λέγονται καὶ εἶναι δῶρα τίμια καὶ ἄῤῥητα πρὸ τοῦ μετατυπωθῆναι, ὁ Ἰάκωβος, ὃ καὶ πρῶτος ἱεράρχης ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἐχειροτονήθη, ἐναργῶς παρίστησι. πρὸς τούτοις ἡ ἁγία τῆς ἀνατολῆς ἐκκλησία οὕτω κηρύττει, Χρυσόστομός τε καὶ Βασίλειος οἱ τῆς οἰκουμένης φωστῆρες οὕτω διδάσκουσι. Γερμανὸς ὁ θεῖος τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Μάξιμος ὁ σοφός, οὕτω συμμαρτυροῦσι. *Hæc autem munera, antequam tranſmutentur, honore digna dici & eſſe, nec non ineffabilia, Divus Jacobus, qui primus Hierarcha ab ipſo Salvatore conſecratus eſt, dilucide ſignificat. Præterea, ſancta Orientalis Eccleſia ita prædicat; nec non Baſilius, & Chryſoſtomus, orbis terrarum luminaria, ſic docent. quorum ſententiæ divus Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, & ſapiens Maximus, adſtipulantur.*

V. His adde antiquiſſimum, & omni exceptione majorem, Proclum, Patriarcham Conſtantinopolitanum, de traditione divinæ Liturgiæ: πολλοὶ μέν τινες καὶ ἄλλοι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων διαδεξάμενοι θεῖοι ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας τὴν

A τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἔγγραφον καταστήσαντες τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν. ἐξ ὧν δὲ πρῶτοι καὶ διαπρεπεῖς τυγχάνουσιν, ὅ τε μακάριος Κλήμης ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μαθητὴς καὶ διάδοχος, αὐτῷ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὑπαγορευσάντων, καὶ ὁ θεῖος Ἰάκωβος, ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας τὸν κλῆρον λαχών, καὶ ταύτης πρῶτος ἐπίσκοπος ὑπὸ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καταστάς. *Multi quidem & alii divinæ Eccleſiæ paſtores & doctores, qui ſacris ſucceſſerunt Apoſtolis, ſacroſanctæ Miſſæ editionem ſcriptis demandantes tradiderunt Eccleſiæ; quorum primi iique præclariſſimi cenſentur, beatus nimirum Clemens, ſummi illius Apoſtolorum Principis diſcipulus & ſucceſſor, qui ſacris Apoſtolis ea dictantibus edidit: & divus Jacobus, qui Hieroſolymitanam Eccleſiam nactus eſt in ſortem, ejuſque primus a primo magnoque illo ſummo Pon-*

B *tifice Chriſto Deo noſtro fuit conſtitutus Epiſcopus.*

VI. Hoc idem cum probaſſet autoritate Trullanæ Synodi, & Procli Patriarchæ, Sixtus Senenſis lib. 2. in Jacobo; Antonius Poſſevinus in Apparatu ſuæ aſſertioni non approbet, licet a Jacobo Eccleſiæ Hieroſolymitanæ traditam teneat: *Nam, quæ ex Proclo, & ex Synodo in Trullo habita, profert Sixtus teſtimonia, quibus hoc ipſum affirmat, minus fortaſſe, etiamſi vera ſint, expedit afferre, quod Synodus in Trullo habita, nec generalis nec legitima fuerit, ut ille opinatus eſſe eſt viſus; & ante Proclum alii ſinceriores Eccleſiæ Patres id ipſum teſtati ſunt.* Debuiſſet proferre Poſſevinus, quos ipſe Patres Proclo ſinceriores habebat; ſed nullos profert. remittit tamen ſe ad Claudium Sanctium, Epiſcopum Ebroicenſem, & Jacobum Pamelium, in iis quæ in Liturgica Patrum ſcripſerunt. Trullana Synodus, licet in

C Eccleſia Catholica nullam, in hoc nihilominus negotio ſummam autoritatem habet; ex qua apertiſſime deſumitur, ea ætate, qua Synodus cogebatur, univerſali Orientalis Eccleſiæ traditione Liturgiam, quæ ſub Jacobi nomine modo proſtat, Jacobi ipſius fuiſſe, tantæque exiſtimationis, ut illius teſtimonio, Hæreticorum, tum viventium, hæreſis profligaretur. Nullam itaque Synodus pondus addit illi Liturgiæ, ſed illius autoritatem æque atque aliorum Patrum fuiſſe narrat, non tum recens natam & propagatam, ſed tantæ firmitatis, ut poſſet ſecure & toto ille plena Synodo, ſine ullo de ejus ſcriptore dubio, ad convincendos Hæreticos teſtimonium, quod ipſi tamen non inficiarentur, ſumi. Quod ſi alia eſſet eo ævo de dicta Liturgia ſententia, facillimo negotio totum id, quod Synodus aſſerebat,

D eludi poſſet; namque reſpondiſſent, nullam de aqua & vino eſſe traditionem Apoſtolicam, nec e Chriſto profectam, cum id non firmo ſpurio ſcriptoris teſtimonio aſſereretur. At Synodi ſententiam firmiſſime conſtabilit Proclus, tertium & pluribus annis antiquior; qui de Jacobo ſcriptore Liturgiæ hoc idem, & traditionem illam perpetuam ac nunquam interruptam confirmat. Balſamo quoque id tantummodo innuit, Liturgiam ſancti Jacobi non eſſe inter ſacræ Scripturæ libros reponendam; cum illius nulla ſit mentio, neque in divinis litteris, neque in decretis ſynodalibus, a quibus nobis ſimiles libri indicantur: nec eam in Eccleſia Conſtantinopolitana receptam, neque agnitam, quemadmodum Conſtitutiones Apoſtolicas Clementis, licet Apoſtolorum Canones approbatas, quæ prohibentur e Trullana Synodo, quod multa in iis ſpu-

E ria, & a pietate aliena, interpoſita ſint ab Hæreticis. Nec aliud dicit Hieremias Patriarcha. Et nos etiam dicimus atque aperte profitemur, Jacobi Liturgiam non eſſe inter ſacræ Scripturæ libros annumerandam; non ideo tamen negamus, a Jacobo conſcriptam.

VII. Theodorus Antidorus Epiſcopus, in expoſitione myſteriorum Miſſæ, inter alias Liturgias, a ſanctis Patribus conſcriptas, Jacobi quoque Adelphothei recenſet. μετὰ δὲ τοὺς θείους

ἀποστόλων τινὲς τῶν ἁγίων πατέρων, ἰδιάζοντας ἕκαστος, καὶ ἀρχὰς ἐκτεθεῖσθαι ἐξ ἐκφωνήσεων, καὶ ἀναφωνήσεων ἐγγράφως ἀκολουθίαν, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Ἐπιφάνιος ἐπιφανής, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος, πάντες δ' ὅμως ἐκ τῆς ναμάτων τῆς ζωοῤῥύτου πηγῆς τοῦ παρακλήτου ἀρύσαντο τὰ δόγματα, ἅπερ ὁ τῆς ὀρθοδόξου ἐκκλησίας, ὥσπερ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λεχθέντα ἢ πραχθέντα ἐδέξαντο. καὶ πρὸ τῆς ἄλλης ἡ θεία λειτουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ τοῦ θείου Χρυσοστόμου κρατεῖ, μετὰ τὴν τῶν προηγιασμένων, ἥντινες Ἰακώβου εἶναί φασι, τοῦ χρηματίσαντος ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, ἕτεροι δὲ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου κορυφαίου, ἢ ἄλλοι ἄλλου. *Poſt autem divinitus loquentes Apoſtolos nonnulli ex ſanctis Patribus, privatim unuſquiſque, precationes & enunciationes conficiebant, & perfecti ſacrificii ſeriem, quemadmodum illuſtris Epiphanius, magnus Baſilius, & divinus Chryſoſtomus, qui ſimul omnes ex fluentis fontis Paracleti, vitam elargientis, dogmata hauſerunt: quæ Orthodoxa Eccleſia, æque ac ſi ea ipſe Chriſtus enunciaſſet & perfeciſſet, accepit. Et ante alias divini magni Baſilii Miſſa, & divini Chryſoſtomi, vim obtinet; poſt eam, cui Præſanctificatæ nomen eſt, quam nonnulli tradunt Jacobi eſſe, qui frater Domini dictus eſt, alii Petri Apoſtoli & Principis, & alii aliorum.* Differt hic autor ab aliis, quod illi Liturgiam perfectam aſſerunt Jacobi, hic vero Præſanctificatorum Miſſam illi appingit; de quo aliquid decernere alterius erit indaginis. Nos de Præſanctificatis alibi egimus.

VIII. Non dubium ergo, Jacobum Liturgiam ſcripſiſſe; quod ille egerat præcepto Chriſti & exemplo aliorum Apoſtolorum, qui varias hujuſmodi Liturgias ſuis Eccleſiis, ut cuilibet ex integro fuit, prodiderunt. Tradunt hoc, Proclus Conſtantinopolitanus, & Menologium Baſilianum, ut ſupra vidimus; item Leontius Byzantius lib. I. contra Neſtorium & Eutychen, apud Caniſium, tomo IV. Antiq. lect. *Aliam Miſſam effutivit præter illam quæ a Patribus tradita eſt Eccleſiæ; neque veritus illam Apoſtolorum, neque illam magni Baſilii, in eodem ſpiritu conſcriptam.* Theodorus Antidorum Epiſcopus: τοῦ παρακλήτου ἐλθόντος τότε δὲ καὶ ἀρχιερεῖς ἐν ἀποστόλοις χρηματίσαντας, καὶ τοῦ ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐνοικήσαντος ἐν αὐτοῖς θείου πνεύματος διδάξαντος αὐτοὺς ἃ δεῖ, καὶ προχειριζομένου ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ ἔθνει, οὗ τὴν διάλεκτον λαλεῖν ἐπαίδευσεν, εὐχὰς μυστηρίων θείων, καὶ ἱερουργίας καταλλήλους τῷ καιρῷ τοῦ ἔθνους, καὶ τοῖς καιροῖς τῶν περιστάσεων, καὶ ταῖς ἐπιδρομαῖς τῶν διωκόντων ἐποίουν. καὶ ἐν μὲν ταῖς εὐχαῖς καὶ ταῖς ἐκφωνήσεσιν, ἴσως διέφερον ἀλλήλων, ὁ δέ γε τύπος τῆς παραδόσεως τῶν μυστηρίων, καθὰ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦτον παρέδωκε. *Cum adveniſſet Paracletus, tum Apoſtoli in Epiſcopatum promoti ſunt, & cum in iis inhabitaſſet in forma linguarum ignearum Spiritus ſanctus, eos docens quæ neceſſaria erant, & eorum unumquemque in populo, cujus dialectum inſtruxerat, deſtinans, ipſi divinas myſteriorum precationes & ſanctificationes, viribus populi & temporum circumſtantiis & perſequentium inſidiis maxime opportunas, componebant; & forte in precationibus & enunciationibus inter ſe differebant; typus vero traditionis myſteriorum, quemadmodum eum tradiderat Dominus noſter Jeſus Chriſtus, obſervabatur.* Nicolaus Methonenſis: *Omnes quidem Hieroſolymitana, ubi & D. Jacobus, primi magnique Pontificis frater & ſucceſſor, myſticam incruentamque Liturgiam expoſuit; Petrus autem & Paulus Antiochenſi; Paulus vero peculiariter orbi univerſo; Marcus Alexandrinæ; Joannes & Andreas Aſiæ & Europæ; omneſque univerſæ Eccleſiæ ubicumque ſit, per eam quam ſanctus Clemens conſcripſit Liturgiam, tradiderunt.* Nicolaus Cabaſilas in expoſit. Liturgiæ, c. XXIX. *Et oratione quidem Sacramenta peragere tradiderunt Patres, qui ab Apoſtolis, & qui eis ſucceſſerunt, acceperunt, & alia ſicut dixi, & ſacram Euchariſtiam; poſt multo alios & magnus Baſilius, & Joannes Chryſoſtomus, magni Eccleſiæ Doctores, quibus qui contradicunt, eorum nullam rationem ducere oportet eos, qui pii eſſe volunt.* Et ante hos omnes Epiphanius Cyprius, Hæreſi LXXIX. tradit, myſteriorum, ſacrificii nempe incruenti corporis & ſanguinis Chriſti, principes, duces, autores, inſtitutores fuiſſe Apoſtolos, & inter eos non minimam partem habuiſſe Jacobum hunc Adelphotheum. Conſiderentur verba: Πέτρος τε καὶ Ἀνδρέας, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς, Θαδδαῖος, καὶ Ἰάκωβος Ἀλφαίου, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου, καὶ Σίμων ὁ Καναναῖος, καὶ Ματθίας, ὁ εἰς πλήρωσιν τῶν δώδεκα ἐκλελεγμένος. οὗτοι πάντες ἐξελέγησαν Ἀπόστολοι, τὴν γῆν ἱερουργοῦντες τὸ Εὐαγγέλιον ἅμα Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ καὶ λοιποῖς, καὶ μυστηρίων ἀρχηγέται σὺν Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Κυρίου, καὶ πρώτῳ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων. *Petrus item & Andreas, Jacobus & Joannes, Philippus & Bartholomæus, Thomas, Thaddæus, & Jacobus Alphæi, & Judas Jacobi, & Simon Cananæus, & Matthias, in complementum duodecim electus; hi omnes electi ſunt Apoſtoli, per orbem ſacrum facientes Evangelium, una cum Paulo & Barnaba & reliquis, & myſteriorum inſtitutores cum Jacobo fratre Domini, & primo Hieroſolymorum Epiſcopo.* Myſteriorum nomine apud Græcos Corpus & Sanguinem Chriſti innui, fruſtra hic probare conarer. Videat, qui volet, Patrum, & eorumdemmet Jacobi Liturgiam, in qua ſimilium myſteriorum ſæpiſſime ante & poſt conſecrationem commemoratio fit. Ante conſecrationem: *Domine, ſanctifica in celebratione divinorum & immaculatorum myſteriorum.* Et: *Conſerves inculpatos in hac ſacra tuorum divinorum myſteriorum operatione.* Et: *Sanctificans in hac oblatione divinorum & ab omni labe mundorum myſteriorum.* Et: *Qui aſſiſtimus & operamur immaculatis ipſius myſteriis.* Et: *Sacrificii immaculatorum tuorum myſteriorum.* Poſt conſecrationem: *Participes ſimus ſacrorum tuorum myſteriorum.* Et: *Non ſum dignus, particeps fieri immaculatorum tuorum myſteriorum.* Et: *Pro ſumptione ſanctorum & immaculatorum tuorum myſteriorum.* Et: *Ut nos peccatores fruamur immaculatis myſteriis tuis in remiſſionem peccatorum.* Et quemadmodum, explicans iſta myſteria, dicit eſſe Corpus & Sanguinem Chriſti: *Ut citra condemnationem particeps ſiam ſancti Corporis & pretioſi Sanguinis in remiſſionem peccatorum*; &: *Quoniam dignatus es, nos participes fieri Corporis & Sanguinis tui in remiſſionem peccatorum*; &: *in perceptione ſanctiſſimi Corporis & pretioſi Sanguinis unigeniti Filii tui*: ita & Myſterium vocat Miſſam ſeu Liturgiam: *Ecce enim accedo ad divinum hoc & ſupercæleſte myſterium.* Et: *qui arcanum & tremendum hoc myſterium.* Et: *ſanctificans & inſtaurans me ad hanc Liturgiam*; & ſæpius alias; ne ſingula congeram. Ineptiſſimum plane fuerit affirmare, Myſteria a ſancto Epiphanio poſita pro Sacramentis; Sacramentorum ſiquidem inſtitutor, ſive autor, &, ſi malis, ἀρχηγέτης nullus alius fuerit niſi Chriſtus; & Apoſtoli fuere inſtitutorum per Dominum adminiſtri, non ἀρχηγέται. At Euchariſtiæ Sacramenti etiam fuit Chriſtus ἀρχηγέτης. Ita eſt: quis hoc negat? Literæ ſacræ id nos docent, Patres, Concilia. verumtamen nobis ſermo eſt de actione illa, ordine, & reliquo cerimoniarum & precationum apparatu, quo a viris ſacris hoc Myſterium, nempe Liturgia, peragitur, qui non eſt a Chriſto, ſed ab ipſis Apoſtolis Eccleſiæ tradita, cujus autores facit Apoſtolos, & potiſſimum Jacobum, Epiphanius. Et veroſimile eſt, hoc eodem miniſterio Hieroſolymis, ante quam per alias mundi partes diſpergerentur Apoſtoli, conſecraſſe celebraſſeque; poſtmodum diſperſos ipſos, vel eorum ſucceſſores, opportunitati temporum & provinciarum attendentes commoditati, nonnihil mutaſſe, vel addidiſſe, ut illis accommodatius viſum fuerat. Prima tamen omnium fuerit hæc Jacobi, ab eodem Jacobo aliiſque Apoſtolis inſtituta.

IX. Scripſerunt itaque alii Apoſtoli Miſſam;

quid vetat, & Jacobum, nemine inferiorem, ſcripſiſſe? Et ſane, ſcripſiſſe, perpetua Eccleſiæ Orientalis traditione in comperto eſt. Et cum hæc, quæ modo ſub ejus nomine legitur, non alium quam eundem Jacobum, & Scriptorum & codicum manuſcriptorum antiquæ nec contemnendæ notæ teſtimonio, præfixum referat, qua ipſe ratione adducar ut negem? Negant Hæretici. Mihi curæ non eſt, quid Hæretici agant. ſatis eſt, demonſtraſſe, Apoſtolos, & inter eos Jacobum, Liturgiam edidiſſe; & hanc, quæ modo ſub ejus nomine proſtat, perpetuo in Eccleſia Orientali, tanquam genuinam illius, agnitam, & codicum manuſcriptorum epigraphe confirmatam. Illis probandi onus incumbit, neque Apoſtolos Miſſam edidiſſe neque Jacobum; & hanc Jacobi ſuppoſititiam eſſe; & traditionem continuatam Eccleſiæ errore & fraude non vacare. Ubi id fecerint, loquantur decernantque ex cathedra. Nam, ante Baſilium & Chryſoſtomum Miſſam, & incruenti hujuſce Sacrificii actionem, in Eccleſia fuiſſe, ſi recte conſiderentur quæ in Conſtitutionibus Apoſtolorum Clementis Romani, de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. III. Dionyſii Areopagitæ, & Can. XIX. Concilii Laodiceni leguntur, nulli dubium eſſe debet; & deliri, ſibi oppoſitum perſuaderi, ſinent, cum plenæ ſint antiquorum Patrum & Eccleſiaſticorum monumentorum paginæ, & fere nulli ſint qui illius non meminerint; quos alibi nos recenſuiſſe meminimus. Rem itaque, ab ipſo Chriſtianæ Eccleſiæ exordio natam & propagatam, an ita abſurdum videbitur, ſcripto mandatam fuiſſe a Jacobo? & cum jam dicatur edita deſcriptaque, niſi aliunde negeant Hæretici, fruſtra ſudant, & non niſi inſipientibus Criticos ſe, ſed temere, venditant.

X. Sed illud examinandum eſt, an illa Græce vel Latine edita fuerint. Caſaubonus in Baronium, Exercit. XVI. cap. LVIII. *Cui, literarum non penitus rudi, perſuadebit Baronius, Latina Jacobi eſſe, Græca alicujus interpretis? qui mediocrem uſum Græcæ & Latinæ linguæ habuerit, & paucas paginas comparaverit, ſtatim intelliget, Græcum textum eſſe autographum, Latinum apographum. Et ſane Græca, etſi antiquitatis primæ faciem genuinam non exprimunt, vetuſta tamen ſunt, utpote quorum Patres Concilii in Trullo meminerint. Latina ſuæ vetuſtatis nullum habent ſimile teſtimonium.* Gratiæ interim habendæ Caſaubono, quod vetuſtatem in hac Liturgia agnoſcat & fateatur, utpote a Trullana Synodo comprobatam. Nos multo antiquiorem ex Proclo Conſtantinopolitano probavimus, & Epiphanio; quare vetuſtas iſta non niſi Apoſtolica fuerit. Interim ſi antiquitatis primam faciem intelligit, antiquitatem ipſam ante Chriſtum & Apoſtolos, plane ineptit, & nugas dicit. quis enim vel ſomniabit, a Chriſto tradita, ab iis qui Chriſtum anteivere, conſcripta fuiſſe? Si ipſum Apoſtolorum ævum, & primævum Eccleſiæ ſtatum; male Criticum agit, cum ipſe non videat quod & cæci viderint, nec noſcat quod & pueri noverint. Conferat, exquirat, expendat, momentis ſuis rem ponderet; illam ipſam antiquitatem Apoſtolorum offendet, illum cultum, illum characterem, non alias formulas, non alium dicendi modum. Jam præ manibus ſunt Apoſtolorum ſcripta, Clementis, Ignatii, ſimilium. tam conſimilia ſunt, quam poſſint; neque aqua aquæ, neque lac lacti, ſimiliora, quam illorum Scriptorum hæc Liturgia: ut merito Rivetus dixerit, *univerſum hujus Liturgiæ contextum periodis, ex Epiſtolis Pauli manifeſte decerptis, quaſi perfundi*. Poſteriora tempora, etiam in rebus Eccleſiæ dirigendis, aliquid habuere concinnius & accuratius; Latine itaque ſcripta non eſt. De hoc inter me & Caſaubonum convenit. ſed Græce, ait Caſaubonus; ipſe hæreo: inter enim Hebræos vitam agens Jacobus, quorum, dum Hieroſolymis præeſſet, erat Antiſtes; in divinis ac myſteriis hujuſcemodi arcanis edendis, Græca lingua eſſe uſum, non mihi quiſquam facile perſuaſerit. Matthæus, ſcribens Evangelium, Hebraice inter Hebræos ſcripſit. Marcus, inter Romanos ſcribens, nonnullorum ſententia, Romano idiomate Evangelium congeſſit. Paulus, ad Hebræos ſcribens, Hebraice locutus eſt. ſic & alii. quæ poſtea diſcipuli in linguam Græcam verterunt. eorum tamen nomina, qui primum ſcripſerunt, publicata ſunt, &, utpote eorum genuina, recepta. An item veroſimile non fuerit, Jacobum, Hebræum genere, Hebræorum Pontificem, Hebræis Liturgiam præſcribentem, quemadmodum Hebraice loquens eoſdem inſtruebat, Hebraicis quoque ſermone & litteris eandem edidiſſe, quam poſtea illius diſcipuli in Græcum ſermonem tranſtulerint? Quicunque verba illius examinaverit & formulas dicendi, plane comperiet, ex alia lingua in Græcam tranſlatam. Hæc tamen non decernens dico, ſed hæſitans. alii id emunctioris judicii viri, accuratius perquiſitum, oſtendent.

XI. At multa in ea addita ſunt a recentioribus, quæ Jacobi non ſunt. Hoc probandum erat Hæreticis; &, donec id non probarint, ſimplici eorum aſſertione ipſe non ſuadeor, qui ea, ſicut jacent, ut ſupra dixi, in codicibus manuſcriptis, ex quibus edita eruta ſunt, vidi. ſed demus, non in omnibus codicibus eadem haberi, ſed variare in pleriſque, quod ſucceſſu temporis, conſenſu Eccleſiarum, in ſimilibus rebus factum eſt; pro opportunitate tamen temporis, & neceſſitate Eccleſiæ, multa dempta ſunt ut minus neceſſaria, multa addita: an propterea alii autores ſunt expiſcandi, ſtatimque, ſic concinnatum opus, ut ſpurium & minus genuinum, rejiciendum, ſuaque autoritate ſpoliandum? Simili ſane obeliſco notari poterunt Liturgiæ & Baſilii & Chryſoſtomi & quorumcumque aliorum, ſi qui fuerint, qui ſimilia ſcripſerint. Ponderanda ſunt potiſſima in ea re, neceſſaria, quæ rem ipſam conſtituunt; quæ ſi eadem ſunt, & antiquitatem, qua dicuntur eſſe ſcripta, præ ſe ferunt, næ ille fatuus eſt, qui, propter unam vel alteram oratiunculam additam vel detractam, totam ſcriptionem ſugillat & rejicit; & præcipue ſi ex ſimilibus nihil damni vel nocumenti Eccleſiæ proveniat. Neque alterius ſententiæ eſt Baronius, Anno LXIII. dum aſſerit, *illud accidiſſe, quod etiam apud Latinos factum eſſe conſtet, ut in ſacratiſſima Miſſa, aliis ſuperadditis precibus, aliis autem breviori ſumma contractis, ritibuſque nonnihil auctis aut immutatis, vel tamen ſubſtantia integra permanente, paulo diverſior ab alia priſtina habeatur*. Bellarminus, de Scriptoribus, primam hujuſce Liturgiæ faciem ita immutatam videtur aſſerere, ut in aliam jam tranſierit, ſuumque autorem in dubio poſuerit. *Extat*, inquit, *& Liturgia, eidem ſancto Jacobo attributa, quæ tamen a poſterioribus ita locupletata eſt, ut non ſit facile dijudicare, quæ pars ejus Liturgiæ ſanctum Jacobus habeat autorem*. Sed unde tantam immutationem conjicit Bellarminus? An habuit ipſe genuinam Jacobi, cujus collatione tantam auctionem factam deprehendit? Falſitas nulla aſſeritur, niſi prius, veritas quænam fuerit, comprobetur: tum enim immutatio & læſio deprehenditur. Et nos, cum ipſam Jacobi Miſſam, ut illam Apoſtolus compoſuit, non viderimus, dicemus, eam a poſteris ita locupletatam eſſe, ut, quænam pars Jacobi ſit, dignoſci non poſſit? Arduum ſane, ad probandum, negotium. Cautius Baronius egit, qui, ex conſuetudine viciſſitudineque rerum humanarum, & aliarum Eccleſiarum exemplo, non nihil, ſed non nimis, immutatum in ea, aſſerit, *ſubſtantia integra permanente*. Prætereo nugas Bivarii, & Montis ſancti carboneos theſauros, inter quos *plumbeis tabulis exarata legitur Jacobi Apoſtoli de Miſſa Apoſto-*

poſtolorum cum ſuo Ceremoniali; quæ videas, ſubdit Franciſcus Bivarius, *Beatum Apoſtolum, ut ſanctam Chriſti Evangelium ſuis communicaret diſcipulis, non egiſſe Evangelio Matthæi; ille præſertim, qui ſecretioribus Domini actionibus præſens fuit. Inſuper Julianus in Chronico autor eſt, Miſſam, ſeu Liturgiam, quæ olim recitari conſuevit in Hiſpania, & nunc in Miſſali Mozarabum extat, compoſitam fuiſſe in ſua origine a S. Jacobo, auctam vero a Melanthio & Aſterio, Toletanis Præſulibus, & noviſſime a ſancto Iſidoro. Quare ob tanti autoris reverentiam multæ in Canone dicantur a ſacerdote Orationes in memoriam ſancti Jacobi Apoſtoli, cum tamen ibi nulla de alio Apoſtolo mentio fiat.*

XII. In hac Litaegla, dicunt adverſarii, mentio fit Θεοτόκου, *Deiparæ*, quam Patres Epheſinæ & Chalcedonenſis Synodi, hujus Miſſæ Apoſtolicæ autoritate, firmare poterant, & præſertim ipſe Proclus, quem eam habuiſſe, ex Tractatu de traditione Miſſæ colligitur. Idque etiam apertiſſime colligitur ab Ephræmio Patriarcha Antiocheno, qui vocem hanc primo tribuit Leoni Romano Pontifici apud Photium Cod. ccxxviii. καὶ ὅτι πρῶτος ὁ ἐν ἁγίοις Λέων ἰδίαις εἶπεν αὐταῖς λέξεσιν, ὡς μήτηρ Θεοῦ ἐστὶν ἡ ἁγία Θεοτόκος, τῶν πρὸ αὐτοῦ πατέρων ἕνα διαπρυσίοις ῥήμασι μὴ τοῦτο φαμένων. *Primus quoque B. Leo perſpicue ipſis vocibus pronunciavit, Dei matrem eſſe Beatam Mariam Deiparam; cum aliorum ante ipſam Patrum nemo id tam clare extulerit*. Et infra; ἀκριβέστερον δὲ τῶν ἄλλων μετὰ ταῦτα τὴν λέξιν πρῶτος ὁ ὅσιος Λέων ὁ Πάπας ἀπεφθέγξατο. ἐν γὰρ τῇ πρὸς τὸν Λέοντα τὸν βασιλέα ἐπιστολῇ, ῥήμασιν αὐτοῖς οὕτω γράφει. ἀναθεματιζέσθω Νεστόριος, ὁ τὴν μακαρίαν καὶ Θεοτόκον Μαρίαν οὐχὶ τοῦ Θεοῦ, ἀνθρώπου δὲ μόνου τεκοῦσαν εἶναι μητέρα. *Clarius vero, quam alii poſtea, hanc vocem protulit Leo Pontifex. Ad Leonem enim Imperatorem ſic ſcribit: Excommunicetur Neſtorius, credens, Mariam Deiparam, non Dei, ſed hominis duntaxat, eſſe genitricem.* Sic Conſtantinopolitana Synodus adverſus Macedonium, conſubſtantialem dici Patri Spiritum, non probavit, neque Nicæna ὁμοούσιον, cum tamen in ipſa apertiſſime habeantur. In hac canitur Triſagion, cujus canendi origo refertur ad Felicem III. qui vixit Anno ccccLXXX. oratur pro degentibus in monaſteriis, quæ eo tempore conſtituta non erant. memorantur Confeſſores, quod nomen longo poſt tempore fuit in uſu. indicantur templa, thurificationes, altaria, quo tempore flagrantiſſima Eccleſiarum perſecutio erat, & cultus Dei clandeſtinus. adde, univerſum hunc Liturgiæ contextum ex Epiſtolis Pauli manifeſte deſumtum, quarum pleræque mortem Jacobi ſubſecutæ ſunt. ſic etiam error inſinuatur eorum, qui, animas fideles non viſuras Deum ante diem judicii, aſſerunt. Abſit ergo, ut hujus Miſſæ ſanctum Jacobum autorem faciamus.

XIII. Dicimus, a poſterioribus, quemadmodum in aliis Liturgiis, ita in iſta, nonnulla addita vel detracta, vel immutata pro opportunitate temporis fuiſſe. ſic fieri in ſimilibus amat, & præcipue in ritualibus. Quis enim vetat, ſi modo occaſio ſit, ne recentioris Sancti, illiuſque conſpicui, ſive ob virtutem, ſive ob merita & beneficia, alicui urbi vel nationi collata, ne ingrati eſſe videamur, inter alios Sanctos mentio inducatur, repetaturque in Liturgia & divinis officiis? Sæpe, imminente neceſſitate, vel peſte aut bello compellente, aut alio infortunio ſæviente, preces a fidelibus emiſſæ ſunt, quibus Deus noxam avertit; quare illæ eadem poſtea in tanti beneficii memoriam divinis quoque officiis inſertæ. Tempore poſcente, ritus, qui alias viſus fuerat laudabilis, tanquam tum minus laudabilis, in alium opportuniorem mutatur, &, abolito vetere, in Eccleſia introducitur. An propterea officium, illud vel Liturgia non erunt genuina primi autoris, ſed, tanquam ſpuria, a cœtu fidelium, vel eo ſolo nomine, tota abjicietur? Et ridiculus eſt, qui dicit, ob hanc tantummodo cauſam: *Nos totius una litura rem totam expedimus*. μακρῷ τῷ διατριβομένῳ. Non mirum ergo, ſi ſcripta Patrum, quæ ſuæ adverſantur ſententiæ, quæ ipſi non intelligunt, quæ eorum ſectam jugulant, omnia, etiam divinas literas, unica litura ſimiles ludiones expediant. Critica ſane nimium luctuoſa, quæ omnia abſumit & devorat. Mitius Catholici agunt, qui rem ipſam & negotium univerſum conſiderant, proprium & genuinum in iſtis Liturgiis agnoſcunt, addita vel immutata, quum Eccleſiæ autoritate facta ſunt, venerantur, nec propterea totum rejiciunt. In Liturgiis duo conſiderantur; alterum eſt actio ipſa & ſacrificium, & partes illius potiſſimæ; alterum preces, orationes, lectiones, & ritus nonnulli, quæ tanti Sacrificii & admirabilis menſæ ſunt veluti καλλωπίσματα & bellaria. Actio præcipua Miſſæ illiuſque partes cum orationibus & precibus, eo tempore neceſſariis, a Jacobo Apoſtolo edita eſt & publicata; alia minoris momenti multa ab eodem tradita ſunt, quædam a poſteris addita, alia quoque immutata; quæ facili negotio a ſano prudenteque viro diſcernantur. Partes Sacrificii potiſſimæ fuerint, quæ eædem apud omnes Liturgiarum ſcriptores ſunt, licet verbis aliis atque aliis exprimantur: apparatus nempe miniſtrantium, Pſalmorum & Lectionum ex ſacris literis lectio, Catechumenorum pulſio, ſuper altare panis caliciſque poſitio, preces, pacis precatio, diptychorum recitatio, panis & calicis conſecratio, eorundem oſtenſio, conſummatio; & tandem gratiarum actio. Hæc in omnibus Liturgiis perpetua ſunt. Conferantur Clementis, Petri, Marci, Jacobi, Dionyſii Areopagitæ, Baſilii & Chryſoſtomi. Una omnia illa dictavit veritas, unus Spiritus locutus eſt. Vide etiam Can. xix. Laodicenum. Quæ ad hæc capita pertinent, non actio ſolummodo, ſed verba etiam & ritus, Jacobi γνήσια ſunt: ex aliis, partim Jacobi, partim piorum fidelium. At quænam Jacobi ſunt? parum refert id diſcernere; & diſcernat qui volet. mihi ſatis ſit dicere, ea, ſive Jacobi ſive aliorum ſunt, Eccleſiæ eſſe, & ab ea eadem approbata, cui ipſe ſubjicior. Si quis Eccleſiæ autoritati non fidit, & extra Eccleſiam vivit, contendat ille, Jacobi non eſſe, ideoque & contemtui habeat, & una litura univerſa expediat. Ego Jacobi autoritatem & Eccleſiæ eodem numero & loco habeo. Quare licet detur, quæ afferuntur ab Hæreticis, fuiſſe, quando illis ita placet, addita a recentioribus, non inde tamen ſequitur, Miſſam ipſam & Liturgiam Jacobi genuinam non eſſe.

XIV. Multa nihilominus, ut hoc conſequantur, probare debent: Θεοτόκον, *Deiparam* Virginem, non auditam eſſe in Eccleſia Dei uſque ad Neſtorii tempora poſt annum cccc. Quod temere dictum, apertiſſime evincitur autoritate Evagrii, Hiſt. lib. I. cap. II. qui ſcribit de Neſtorio: ἣ μὲν Θεοτόκον φωνὴν ὑπὸ τοῦ πανάγνου πνεύματος χαλκευθεῖσαν διὰ πολλῶν ἐγκρίτων πατέρων ἐξυφανθεῖσάν τε καὶ ἀπεβάλετο, τὴν δὲ Χριστοτόκον παραχαράξας ἀντεχάλκευσέ τε, καὶ ἀντέθηκε. *Vocem hic Deiparam, a multis lectis ſpectatiſque Patribus fabricatam, repulit, atque adeo rejecit, & vocem Chriſtiparam, abs ſe veteratorie effictam & conflatam, ei appoſuit*. Singula verba notanda ſunt. nam ſi id ad ea uſque tempora inauditum in Eccleſia fuerat, quanam ratione Cyrillus Alexandrinus Orat. I. Proſphonematica ad Reginas, & Concilium ipſum Epheſinum, autoritate Athanaſii Alexandrini, Gregorii Nazianzeni, Ammonii Epiſcopi, & Antiochi, illud in Eccleſia uſitatiſſimum demonſtrarunt? Dices, hos tantum uſurpaſſe, nullos alios; qui ſi fuiſſent, eorum quoque teſtimoniis firmaſſent. An neceſſe fuerit, omnes omnium Patrum, ubicunque eſſent locorum, libros habuiſſe præ manibus illos Patres, notaſſe, laudaſ-

ſe? Iudicarunt, quæ illis peropportuna viſa ſunt, reliqua vel non obſervaverunt, vel obſervata prudenter neglexerunt: namque poterant, pro hoc eodem nomine, afferre in medium teſtimonia, & Euſebii Cæſarienſis, & multo eo antiquioris Origenis, qui eo nomine uſi fuerant; quod contra Neſtorium adnotaverat Socrates lib. VII. cap. XXXII. Neſtorii inſcitiam taxans, qui ab hac voce, tanquam nova, abſtinebat, cum illius uſus eſſet apud antiquiſſimos Patres. *καίτοι θαῤῥοῦντες οἱ παλαιοὶ, Θεοτόκον τὴν Μαρίαν λέγειν οὐκ ὤκνησαν. οὕτω γὰρ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῶν εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου κατὰ λέξιν ταῦτα φησί. καὶ γὰρ δὴ γέννησιν ὑπομεῖναι ὁ μεθ' ἡμῶν Θεὸς δι' ἡμᾶς ἠνέσχετο, καὶ τόπος αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως ὀνόματι τῷ Ἑβραίων ἡ Βηθλεὲμ ἀνηγορεύετο. διὸ δὴ καὶ ἡ βασίλισσα Ἑλένη θεοσεβεστάτη τῆς Θεοτόκου τὴν κύησιν μνήμασι θαυμαστοῖς κατεκόσμει, παντοίως τὸ τῇδε ἱερὸν ἄντρον φαιδρύνουσα. καὶ Ὠριγένης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους τοῦ Ἀποστόλου ἐπιστολὴν ἑρμηνεύων πῶς Θεοτόκος λέγεται, πλατέως ἐξήτασε. φαίνεται τοίνυν ὁ Νεστόριος ἀγνοήσας τὰ συγγράμματα τῶν παλαιῶν. διὸ καθὼς ἔφην τὴν λέξιν μόνην περιίσταται.* *Qua ratione nimi veteres Mariam Deiparam appellare non fuat veriti, ita etiam Euſebius Pamphilus in tertio libro de vita Conſtantini loquitur. Nobiſcum Deus, pro nobis naſci ſuſtinuit, & locus illius nativitatis proprio nomine apud Hebræos Bethleem appellatur. Quocirca Imperatrix, ſanctiſſima Helena, Deiparæ partum eximiis monumentis decoravit, ſacrumque illud antrum variis cujuſque generis illuſtravit inſignibus. Quin etiam Origenes in primo Tomo Commentariorum, in Epiſtolam Pauli ad Romanos conſcriptorum, hanc rem pluribus diſcutit, dum explicat cauſam, cur Maria Deipara dicta ſit. Itaque Neſtorius videtur veterum lucubrationes penitus ignorare: & ob eam cauſam hanc vocem, Deiparam, ut dixi, duntaxat inſectatur.* Nec tacuiſſent Epiſcopi Pataterſis Martyris teſtimonium, Oratione in Simeonem & Annam, qui eam *εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον*, *In ſanctam Deiparam*, conſcriptam affirmat. ſed, cum in titulo dubium eſſe poſſit, an ab autore ipſo vel alio poſteriore, pro arbitrio, additum ſit, ut in ſimilibus ſolet, eam ipſam orationem introſpiciamus. Circa medium habetur, *ταῖς χερουβὶμ συγκαλυπτομένην, ἐμφαντικώτατά σε τὴν Θεοτόκον προσημαινομένην*. *Cherubinis coopertam, te Deiparam apertiſſime repræſentantem*. Quam vocem temere nimis expunxit Petrus Pantinus, & in ejus locum ſuppoſuit *διαδόχον*, immutans vocem, ſummopere tanto Patri dilectam. In fine quoque Orationis, non ſine animi affectu inculcavit: *διὸ ταῦτα ἐκλιπαροῦμέν σε τὴν ἀμείνω πάντων, καὶ μητρικαῖς ἐναβρυνομένην τιμαῖς καὶ παῤῥησίαις, μνήμην ἀδιάλειπτον ἡμῶν ποιεῖν, πανάγια Θεοτόκε, τῶν ἐν σοὶ καυχωμένων, καὶ ὕμνοις θεοπρεπέσι γεραιρόντων σε τὴν ἀείζωον καὶ ἀνεξάλειπτον μνήμην*. *Propterea te deprecamur, præſtantiſſimam omnium, matriſque honore & privilegiis gloriantem; memoriam indeſinentem noſtri retine, ſanctiſſima Deipara; noſtri, inquam, qui in te ornamur, hymniſque divinis tuis nullo tempore deſituram, ſed perpetuo victuram, celebramus*. Qui enim ab hoc nomine abſtinere potuit, qui eandem Virginem in eadem Orat. ſæpius vocavit, *θεομήτορα*, *θεογεννήτορα*, *μητέρα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ*, *Dei genitricem*, *Deiparam*, *Dei matrem*? De qua etiam illa ſubdit: *ὦ δανείσασα Θεῷ τῷ ἀνενδεεῖ σάρκα, ἣν περ οὐκ εἶχεν. Deo, nullius alioqui indigenti, quam ante non habuerat carnem, fœnerans*. & *ᾗ ἐδάνεισαι Θεῷ θείαν σάρκωσιν, ἣν οὐκ εἶχεν*. *Tu mutuam dediſti Deo divinam incarnationem, quam non habebat*. & ſimilia. Sed argumentare modo, o acutule, quiſquis es: Hæc vox ad tempora Neſtorii inaudita in Eccleſia eſt, ergo oratio Methodii, libri Euſebii de vita Conſtantini, & expoſitio Origenis in Epiſtolam ad Romanos, profecta ſunt ab inimico homine, qui bonæ ſementi Domini, zizania nocte ſuperſeminavit. Et ſomniat Rivetus in Critico, qui ait: *In Epheſino & Chalcedonenſi Conciliis vix unum aut alterum locum Origenis & Euſebii proferunt Patres, ubi Virginem Θεοτόκον ab anteceſſoribus vocatam aſſerant*. adeat, qui volt, Concilia illa; pro hoc negotio nulla comperiet Euſebii aut Origenis loca. Siccine legis Concilia & Patres? his ſuffultus veritatibus, de aliorum ſcriptis diſcernis & judicas? Ut verum tuum dictum eſt de Conciliis, non proferentibus loca Euſebii & Origenis, ita & quod inde elicis, Jacobi Liturgiam illis præſto non fuiſſe. Quare ergo Liturgiæ teſtimonio uſi non ſunt? Dic tu ſodes prius; quare Euſebii & Origenis teſtimonia neglexerunt? Nugas eſſet agere, ſi inficias ires, libros eos Patribus præſto non fuiſſe. Dicerem ipſe nimium ſuſpectans, Cyrillo Origenis nomen cauſa Theophili patrui exoſum fuiſſe; omnibus Euſebii, propter illius in Catholicam Eccleſiam conatus. Ceſſat cauſa in Liturgia Jacobi Apoſtoli, cujus autoritas pondus rei adjeciſſet. Verum eſt, ſed cum res eſſet cum Neſtorio, qui Liturgias veteres, ut ſupra diximus, abrogarat, novam de ſuo induxerat, & fortaſſe ob hoc nomen Deiparæ toties repetitum; non judicavit Synodus Miſſarum teſtimoniis virum refellere qui eas multo ante rejecerat, ne vel ſola illius inficiatione operam perderent. His quoque refellitur ſupinus error Joannis Meurſii in Gloſſario, dictione Θεοτόκος, ubi ait: *Inditum hoc nomen eſt matri Domini ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti a Synodo V. Conſtantinopolitana, tempore Juſtiniani*.

XV. Probare etiam debent, vocem *ὁμοούσιον*, ut & ſimiles alias, nondum authenticas, & infrequentes, primitivæ Eccleſiæ ante Nicænam & Epheſinam Synodum fuiſſe. Si ante Nicænam dicerent, tolerabilius foret; ſed quis diceret, ante Epheſinam poſt Nicænam? quo medio tempore, licet inter Hæreticos diſceptaretur, inter tamen Catholicos nihil uſitatius fuit. Immo ante Nicænam ipſam in uſu fuiſſe apud præcipuos Patres, teſtatur nobis autor antiquus, & in rebus Eccleſiaſticis plurimum exercitatus, Euſebius Cæſareenſis; cujus nobis verba ad diverſas Eccleſias conſervavit in ſua hiſtoria Socrates, lib. I. cap. V. Ea nobis ad hoc probandum efficaciora viſa ſunt, quod ſunt profecta ab homine, Arianæ factionis, ut nonnulli exiſtimarunt, propugnatore. En verba: *ἐπεὶ καὶ τῶν παλαιῶν τινὰς λογίους, καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους, καὶ συγγραφέας ἔγνωμεν ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ θεολογίας τῷ τοῦ ὁμοουσίου συγχρησαμένους ὀνόματι. Nam nonnullos veteres, Epiſcopos & ſcriptores, viros ſane diſertos atque illuſtres, in Patris & Filii divinitate explicanda, hoc verbo, ſubſtantiali, uſos fuiſſe cognovimus*. Cui fidem magis adhibeas? Riveto, Coco, Mornæo, recentioribus, quibus veterum Patrum ante Concilium Nicænum ſcripta nec videre nec examinare contigit? an Euſebio, infinitæ propemodum lectionis viro, iiſdem illis temporibus ſcribenti, nec ita Homouſiaſtis æquo? Mirum ſane eſt, adeo ſecure pronunciare, vocem illam non fuiſſe ante Nicænum; quaſi autores cunctos, qui ante Nicænam aliquid ſcripſerunt, ipſi habeant pervolvantque. Sed, ut temere rea pronunciant, ita ſimplicioribus imponunt. Immo Rivetus ipſe, vocis uſum ante Nicænum, fatetur, quamvis nondum authenticæ, & infrequentis. Sit modo inſtar omnium Methodius Pataerenſis Martyr, quem mihi nunc memoria ſuggerit. Iſte, orat. de Simeone & Anna, de Filio Dei ſermonem habens: *φῶς τὸ ἀΐδιον, φῶς τὸ ὑπέρτατον, φῶς τὸ ἄϋλον, φῶς τὸ ὁμοούσιον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, φῶς τὸ ἐν πνεύματι. Lumen nunquam non duraturum, lumen ſupremum, lumen immateriale, lumen ejuſdem cum Patre & Deo eſſentiæ, lumen quod eſt in Spiritu*. Quare ergo non potuit ea uti Jacobus? At familiariter utitur, quod non fecere alii. De aliis nihil diſcerno. Jacobo familiarior fuit; res enim, quam pertractabat, id neceſſario poſcebat, cum ſingulis Miſſæ orationibus preces ad Deum trinum & unum fundendæ erant, cujus

majeſtas, potentia, eſſentia, aliquo modo exponebatur. Quare ergo Nicænum illius autoritate litem non diremit? Petat ipſe a Patribus, qui tantum ſibi fidit; mihi ipſe non tanti ſum, ut tantorum Patrum acta examinare me poſſe confidam. Sixtus Senenſis, Poſſevinus, & alii, commentarios Origenis in Job repudiant, *quia conſtare ajunt, ipſum Homouſii & Homouſianorum nomen longe poſt Origenis tempora enatum*. Ipſe quoque id fateor. quanam enim ratione Origenes Homouſianorum meminiſſe potuit, qui poſt ipſum vixerunt? Aliud eſt, Homouſianorum mentionem inducere, aliud, Homouſii. Homouſium fuit & ante Nicænum, &, ut ex Liturgiis conſtat, ipſis etiam Apoſtolorum temporibus; Homouſiani poſt Nicænum enati ſunt. Hinc Origenes, de Homouſianis loquens, repudiatur; quod non fieret, ſi de Homouſio ſermonem habuiſſet.

XVI. Pergit Rivetus, Triſagii hymni in Eccleſia canendi originem referri ad tempora Felicis III. Pontificis Romani, qui vixit Anno CCCCLXXX. Mera omnia mendacia ſunt & nugæ. Felix Pontifex, triennio poſt ſcriptum annum, Pontificatum iniit. & multo ante ejuſdem tempora in Eccleſia canebatur; illiuſque origo antiquiſſima fuit. Ut res planius expendatur, advertendum eſt, Triſagion eſſe duplex; alterum, in quo nihil additur, ſed ſimpliciter ter Sanctus repetitur, nempe, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth*; quod canit Eccleſia Latina: alterum qui primus compoſuit, ut ait Nicephorus Calliſtus, partim ab Angelis mutuatus eſt, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; partim a lyra ſuaviſſima Davidis accepit, ubi dicitur pſalmo XLI. *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum*; venuſtiſſime occinens, & *Deus & fortis*; verba integra neque alia ex parte mutata conſervans, dictionem *vivum* in ejuſdem ſignificationis aliam, *immortalis*, commutans: & ſic ex his duobus unum, eumque abſolutiſſimum, concinnavit, nempe: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis*; quod canit Eccleſia Græca, Latina quoque Græce & Latine in die Paraſceves, magnæ Hebdomadis. Primum antiquiſſimum eſt, & ante Chriſtum ipſum fuit, canebatuque a Seraphim circumſtantibus domum, plenam gloriæ Dei; illi enim acclamabant alter ad alterum, audiente referenteque Eſaia cap. VI. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth*. quod poſt Chriſtum univerſam decantaſſe Eccleſiam, colligo ex Procopio Gazæo, autore non ita recenti, ſed docto, in idem caput Eſajæ: ἐδάκνυτο γὰρ διὰ τούτων ὅτι τ' ἀσφάλειαν ἀφῃρέθη τοῦ ναοῦ γυμνουμένου, ὅτι τῷ πυρὶ παραδοθήσεται ὁ μαρτυρικός, Χριστοῦ γνωσθέντος τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι ἐκ πάσης ἐθάχθη τ' αὐτοῦ θεολογίας ἡ δόξα, οὐχ ἑνὸς ὄντι, πλείστων δὲ καθ' ὅλης τ' οἰκουμένης ναῶν ἤδη κρειττόνων. ὡς γὰρ τῇ Ἰουδαίων συναγωγῇ τοῦ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, οὐχ ἁρμόττοντος, ὁ γὰρ ὕμνος τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ καθ' ὅλης τ' οἰκουμένης ἀνήκοντα, ἡ ἄνωθεν ἀφῄρηται χάρις. *Talibus enim & aſyli fiduciam, templo videlicet ſpoliato, ademptam iri, & domum eſſe conflagraturam, quum gentibus innotuiſſet Chriſtus, ſignificabatur; quo tempore non una amplius, ſed pluribus & præſtantioribus per orbem univerſum conſtructis Domibus, divinitatis ipſius gloria apparuit. Tanquam enim Judaicæ Synagogæ, Sanctus, Sanctus, Sanctus, quod per orbem univerſum decantatura erat Eccleſia, non quadraret, quam ſuperne habebat, ab eadem gratia jam tollitur.*

XVII. Hujus uſum fuiſſe in Eccleſia ante Felicis III. tempora, per annos ad minus triginta octo, habeo ex Hiſtoria Procli Conſtantinopolitani, cujus ævo terræ motu omnia per univerſum terrarum orbem disjiciente, terraque hiatibus abſorbente, Clerus Conſtantinopolitanus miſericordiam & veniam ſcelerum, precibus effuſis, videtur impetraſſe; cum puer, in cælum ſublatus, rurſumque poſt paucas horas reſtitutus, aſſeruit, ſe audiiſſe Angelos ſuccinentes, *Sanctus*

A *Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis*. Et falluntur omnino, inter alios, Theophanes, Cedrenus, & Græci ipſi in Ritualibus libris, qui iſta Procli cum additione, facta a Petro Cnapheo, confundunt. tempore enim Procli, quamvis Theopaſchitarum hæreſis initium ſumeret, nulla tamen adhuc additionis illius in Triſagio venena excluſerat, quæ non multos poſt annos evomit; & Triſagii illius revelatio ſub Proclo non ad jugulandam hæreſin, quæ tum nulla erat, ſed ad placandam tantummodo Dei iram, contigiſſe narratur. Theophanes in Chronico: ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Πρόκλος ταύτην δεξάμενος τὴν ἀπόφασιν ἐπέτρεψε τῷ λαῷ ψάλλειν οὕτως. ἢ εὐθέως ἐπαύσατο ὁ σεισμός. ἡ δὲ μακαρία Πουλχερία ἢ ὁ ἑαυτῆς ἀδελφὸς ὑπερμεγαθῶντες τῷ θαύματι, ἐθέσπισαν ἐν πάσῃ τ' οἰκουμένῃ τ' θεῖον τοῦτον ψάλλεσθαι ὕμνον, καὶ ἀπὸ τότε παρέλαβον πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι καθ' ἑκάστην

B ἡμέραν ψάλλειν αὐτὸν τῷ Θεῷ. *Sanctus autem Proclus, hac ſuſcepta ſententia, præcepit populo, ſic pſallere; & ſtatim terræ motus ceſſavit. Porro beata Pulcheria, de miraculo cum ejus fratre ſupra modum admirata, ſanxit, per univerſum orbem terrarum divinum hunc cani Hymnum; & tunc cœperunt omnes Eccleſiæ per ſingulos dies hunc canere Deo.* Vides ſimili concentu ſtatim terræ motum ceſſaſſe? Neque aliud innuunt, Acacius Patriarcha Conſtantinopolitanus ad Petrum Cnapheum; cum dicit, *per hunc hymnum Byzantium firmatum eſſe, cum olim moveretur ab interioribus terræ motibus*. Aſclepiades, Epiſcopus Trallium: *Quibus ubi Deus parcere clementer dignatus eſt, revelavit beato Proclo Triſagion acclamare, cum ipſi ad propulſandam iram Litanias facerent.* Felix Papa: *Quam cantionem ubi populi inceperunt, civitatem*

C *receperunt, Deoque per hujuſmodi laudem propitio facti, ab imminenti ira liberati ſunt.* Jo: Damaſcenus, de Fide lib. III. *Et mox reddito puero, quod edoctus fuerat, annunciante, omnem multitudinem cantaſſe hymnum; & hoc pacto minas reſediſſe.* & Epiſtola de Triſagio; quando puerum ex media multitudine orantium, ſeu Litanias dicentium, raptum ait, & edoctum eſſe, hymnum in aere factum ex quadam Angelica virtute, & *teſtimonium hymni ſanctitatis factam eſſe inducti mali ceſſationem*. Additionis vero autor nullus alius perhibetur, quam Petrus Cnapheus, qui primus eam in Eccleſiam tentavit invehere, ut colligitur ex Acacio Patriarcha Conſtantinopolitano, Joanne Damaſceno, Felice Papa, & aliis. Poſt Procli revelationem itaque additio illa facta fuit. non ergo ad eam evertendam internuncio

D puero opus fuit, cum multo ante tempora Felicis in Eccleſia caneretur.

XVIII. Sed antiquiora etiam illius tempora perveſtigemus. Joannes Chryſoſtomus, Hom. XIV. ad Epheſ. *Plane, dum hymnus iſte canitur, homo cogitare debet, cum quibus tempore myſteriorum adſtet; cum Cherubim, tum Seraphim. neminem vituperant; ſed unus & idem uſus ora illorum adimplet; nempe benedicendi & glorificandi Deum. Quomodo potes dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui ore tuo ad vituperium abuteris?* Ante pacem raptum annis fere ſexaginta quinque, cogitur Byzantii Synodus generalis, Gregorio Nazianzeno Patriarcha, & Theodoſio ſeniore Imperatore; in ea præter cætera illud quoque decernitur, Triſagii Hymnum inter Miſſarum ſolemnia decantari. Et, ante Conſtantinopolitanam annis quinquaginta ſex, hoc idem a Patribus in Nicæna

E prima conſtabilitur. Tradit id Aſclepiades Epiſcopus Trallium, Epiſtola ad Petrum Cnapheum. Audiamus verba: μὴ σὺ πρῶτος εἶ τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων, ἵνα ἄρξῃ ὁ ὅρος σου ὑπὲρ αὐτοὺς; ἀλλὰ φησίν, ἐγὼ διὰ Νεστόριον προσέθηκα ἐν τῷ τρισαγίῳ τ' σταυρὸν, διὰ τὸ αὐτὸν παραξοδιάζειν ἐν τούτῳ τὸν Θεότητα ἐν τῷ σταυρῶσθαι αὐτόν. ἢ τί; μὴ νεώτερον Νεστορίου τὸ φρόνημα; ἦρξε γὰρ τοῦτο ἀπὸ τοῦ μεταμορφώσεως φωτεινοῦ, ὃν οἱ ἅγιοι πατέρες οἱ ἐν Νικαίᾳ, ἐν ζωῇ μὲν ὁ κατέθεσαν, τὸ δὲ δόγμα αὐτοῦ κατέκριναν, οὐ διὰ τοῦ σταυ-

ααι αὐτοῖς τὸ τρισάγιον, ἐσταυρωμένον. ἐπειδὴ τοῦτο ἐν γνώσει αὐτοῖς λίαν δύσφορον, φωτεινῷ δὲ ἐράσμιον. ὅθεν τὸ μὲν τρισάγιον ἐν μυστηρίοις μόνοις ἀπεδέοντο φωνεῖσθαι, καθὼς τὰ Σεραφεὶμ φασὶ μηδεμίαν ἐν τούτῳ προσθήκην, ἢ ὑφαίρεσιν ποιήσαντες. πάλιν δὲ τοῦτο τὸ ἀσεβὲς ἀνανεωθὲν ἐπὶ τοῦ Σαμοσατέως, πάλιν ἰσχυσε, καὶ ἐπὶ συναχθέντες οἱ ἁγιώτατοι τῆς μνήμης πατέρες ἐν κωνσταντινουπόλει εἰ καὶ αὐτὸς οὐ περιέθησαν, ἀλλὰ τὸ δόγμα αὐτοῦ κατέκριναν, τὸ μὴ φρονεῖν δύο υἱούς. διὸ ἕνα καθωμολόγησαν ἐν τῷ ὅρῳ αὐτῶν υἱὸν, μὴ τὸ τρισάγιον. ἔφησαν δὲ αὐτὸν ἐσταυρωμένον, ὅτι τῷ ὅρῳ τῶν πρὸ αὐτῶν πατέρων ἐξηκολούθησαν, ἐξ ὧν τοῖς δόγμασιν αὐτῶν ἔκριναν, τοῦ τὸ τρισάγιον ἐν τοῖς μυστηρίοις μόνοις ἐξακούεσθαι ἀπαθῶς ὡς τὰ Σεραφεὶμ, καὶ μὴ ἐσταυρωμένον. *Num tu primus es Patrum in Nicæna Synodo, ut definitio tua ſuper ipſos dominetur? Sed dicis: Ego propter Neſtorium addidi in Triſagio Crucem, ex ea quod repellatur ab eo Deitas, dum ipſum crucifixum credibat. Et quid? Num eſt intellectus iſte junior Neſtorio? Incepit enim hoc a Photino ſententiis vano, quem ſancti Patres, qui in Nicæa convenerunt, in vita quidem non invenerunt, dogma autem ipſius condemnaverunt. Non tamen propterea deprehendunt ipſi Triſagium crucifixum, quoniam hoc ipſis erat in notitia valde grave, Photino autem amabile. Unde Triſagion in ſolis myſteriis pronunciari permiſerant, ſicut Seraphim dicunt, nullam in iſto additionem vel detractionem facientes. Rurſus autem hæc impietas renovata in tempore Samoſateni, iterum invaluit; & ſanctæ memoriæ Patres, Conſtantinopoli congregati, licet ipſum non invenerint, tamen dogma ipſius condemnarunt: hoc eſt non ſapere duos filios. Ideo unum filium in ſua definitione confeſſi ſunt, non Triſagium. Dixerunt autem ipſum crucifixum, quoniam definitionem Patrum, ipſos præcedentium, ſequuti ſunt, & ipſorum dogmata ſequi judicaverunt, audire videlicet in ſolis myſteriis Triſagium impaſſibiliter, ſicut Seraphim, & non crucifixum.* Et poſt Nicænum, ante tamen Conſtantinopolitanum, Athanaſius uſum hujuſce hymni in ſacris miſteriis commemorat, lib. de fide ſua, ad finem: *Sit ergo nobis ſecundum ſalutaris Baptiſmi confeſſionem fides integra Trinitatis, ſit una devotio pietatis, nec, more gentilium, poteſtatum diverſitatem opinemur, ſed potius perfectam Trinitatem adorantes & magnificantes, ſicut in myſteriis ore noſtro dicimus, ita conſcientia teneamus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus omnipotens.* Habes jam Triſagii per annos fere centum viginti ante Felicis Papæ tempora uſum in Miſſa. Non placet? Audi reliqua. Joſephus Bryennius, Orat. XVI. de ſancta Triade, hymnum hunc Ignatio Theophoro, qui Apoſtolos audierat &, ſi aliis credimus, Chriſtum ipſum, acceptum refert. τὰ γὰρ τῷ Ἠσαΐᾳ ὀφθέντα Σεραφεὶμ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος ἀνακράζει. ὃ τε θεοφόρος Ἰγνάτιος τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀγγέλων ἀδόντων ἐν ἐκστάσει ἀκήκοεν. ἀφ' οὗπερ ἡ ἐκκλησία τοῦτον λαβοῦσα κατὰ παράδοσιν μέχρι τῆς σήμερον ᾄδουσι. *Namque viſa Eſaiæ Seraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, clamant. Et Deifer Ignatius Triſagion hymnum Angelis concinentibus extra ſe factus audiit, ea quo Eccleſia illam accipiens ſibi traditione conſignatum ad hæc uſque tempora recitat.* Nec longe eſt Nicephorus Calliſtus, ſcribens libro XVIII. cap. LI. Hymnum hunc traditum ab Apoſtolis Eccleſiæ fuiſſe. ὡς μὲν γὰρ ὁ τρισάγιος οὗτος ὕμνος, ἀϊδίως, ἄνωθεν, ἐκ τῶν Ἀποστόλων, ὥσγε δόγμα, τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένος Χριστοῦ, καθὰ δὴ καὶ τὸ, φῶς ἱλαρὸν, ὠνόμασεν. *Terſanctum porro carmen id, ut apparet & ego exiſtimo, jam inde ab Apoſtolis per manus Eccleſiæ Chriſti traditum eſt, quemadmodum & illud. Lux hilaris.* Aſſentitur Nicephoro Iſaacus, Armeniæ Catholicus, adverſus Armenios: τῶν ἁγίων πατέρων συμφώνως τὸν τρισάγιον ὕμνον εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα ἀναφέρειν καὶ ἀγγελικῶς ὑποτυπούντων, καὶ παντων τῶν ἀρχιερέων τῆς μεγάλης πόλεως ῥώμης εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀπὸ τῶν κορυφαίων Ἀποστόλων ὑποτίθεσθαι παρειληφέναι μαρτυρούντων, καὶ μεγίστοις ἀναθέμασι καὶ κα-

A θαιρέσεσι Πέτρον τὸν κναφέα καθυποβαλλόντων διὰ τὴν ἐν τρισαγίῳ προσθήκην, τίς οὐ τούτους τοὺς μισεῖν ὡς ἀσεβεῖς ἀποστρεφοῦνται ὡς ἀσεβεῖς; *Cum S. Patres hymnum Triſagium in ſanctam Trinitatem, Seraphice & Evangelice, conſone reducant, omneſque magnæ urbis Romæ Antiſtites a Principibus Apoſtolorum accepiſſe teſtentur, reducendum in ſanctam Trinitatem, ſententiiſque diris ac depoſitionibus Petrum Cnapheum ob ejus in eo hymno auctarium ſubjecerint; quis non omnino iſtos oderit ac averſetur, tanquam impios?* Et confirmari videtur ex Epiſtola Felicis III. ad Petrum Cnapheum: ἐπειδὴ δὲ ὑπ' ἀγγέλων ὁ τρισάγιος αἶνος οὗτος ἡμῖν ἐξεδόθη, ὅντινα πρὸ μὲν τοῦ σταυροῦ ἔλεγον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ὡς ἔξωθεν Ἠσαΐας δεικνυσθαι, μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν ὑμνολόγουν, ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ὥσπερ κομιδῇ σείσμου παιδί. καὶ τὰ ἑξῆς. *Quoniam vero ab Angelis nobis laus iſta profluxit, qui ante*
B *Crucem dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus; ſicut reſpicere Eſaias meruit; poſt Crucem vero cum laude clamabant, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis: denique cum terræ motibus, &c.* Quamvis enim reſpiciat Hymnum, ab Angelis, tempore Procli, puero dictatum, nihilominus cum illum Eſaiæ ante crucem, hunc Proclianum, ut ita dicam, poſt crucem, videtur innuere; quemadmodum ante crucem Angeli ſemper ad ipſum Deum clamabant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; ita poſt crucem eo obliterato, ſtatim per Angelos hic alius Eccleſiæ traditus eſt, qui poſtmodum in peſſima terræ motus calamitate, tanquam opportunum ἱλαστήριον, per puerum ab Angelis, ſimplex & ſine ulla additione, revelatus eſt, & poſtea lutami illa additione a Cnapheo corruptus. Imperite itaque Rivetus originem Triſagii
C refert ad tempus Felicis III. cum, teſtimoniis aliorum, antiquius ſit, & ipſis Apoſtolorum temporibus natum. Quare potuit illum uſurpare Jacobus in propria Liturgia.

XIX. Meminit præterea Monachorum, Confeſſorum, quæ eo tempore conſtituta non ſunt, & non niſi longum poſt tempus in uſu fuere, teſte eodem Bellarmino, qui lib. II. de Miſſa, cap. XX. Canonis Romani antiquitatem ex eo evincere conatur, quod Confeſſorum non meminit. Nam *certum eſt, Martyres cœpiſſe publice coli ab initio Eccleſiæ, Confeſſores autem multo ſerius hunc honorem in Eccleſia meruiſſe.* Et Innocentius III. de myſteriis Miſſæ, lib. III. cap. X. *Eccleſia poſt tempus beati Silveſtri cœpit ſanctorum Confeſſorum memoriam celebrare.* De Monachis eorumque inſtituto antiquiſſimo, ſuſius alibi dixi. De
D Confeſſoribus ſatis fuerit, ſi dixero, Confeſſores non ſolum eos eſſe, quos Græci ὁσίους vocant, & qui vita ſua pie functique perfuncti ſunt, ſed eos etiam qui martyrio vitam finierunt, & ſua confeſſione, in tormentis vitam ponendo, Chriſtum conteſtati ſunt; nec non eos, qui, Chriſtum confitendo, manifeſto diſcrimini vitam ſuppoſuerunt, licet eum poſtmodum non amiſerint. Joannes Antiochenus, & Synodus Orientalis, Epiſtola ad Cyrillum, apud Facundum Hermionenſem, lib. VIII. *Quis autem deceptorum hominum de iſtis occaſionem aſſumens, non Confeſſorem vocaverit, veluti propter illum paſſum, qui paſſus eſt ea, quæ etiam illi, qui in Eccleſia fulſerunt, paſſi ſunt?* Confeſſor hic eſt, qui, fidem Chriſti confitens, ſupplicia atrocia ſubit, & mortem obit: ſicut & ille, qui pro eadem fide
E tormentis ſubjicitur, nec vitam in illis amittit. Eo ſenſu, Græcorum Eccleſia Æmylianum Epiſcopum Cyzicenum, Andream Presbyterum, Baſilium Monachum, Evareſtum Monachum, Euthymium Epiſcopum Sardenſem, Heſychium Monachum, Georgium Piſtidiæ Epiſcopum, Maximum Monachum, Procopium Decapolitem, Stephanum Trigliæ Abbatem, Charitonem Iconienſem, Nicetam Medicii Abbatem, Baſilium Epiſcopum Parii, Theodorum Scytham, diſcipulum ſancti Theodori Studitæ, Joannem Abba-

tem Monaſterii Catharorum, Stephanum Aſcetam, Theophilum Monachum, Theophylactum Nicomedienſem Epiſcopum, Jacobum Epiſcopum, Paulum Pluſiadis, Dunale, qui mutato nomine dictus eſt Stephanus, Hypatium Epiſcopum, Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum, Georgium Metropolitam Mitylenæum, Martinum Papam Romanum, Joannem Pſychaitam, Michaelem Synadenſem Epiſcopum, Iſaacium Dalmatarum Abbatem, Nicephorum Patriarcham Conſtantinopolitanum, & pleroſque alios, Homologetas, ad aliorum Sanctorum differentiam, vocat. Quemadmodum itaque Martyrum memoria tempore Apoſtolorum in Liturgiis eſſe potuit, ita & Confeſſorum, non tantum eorum, qui iidem & Martyres erant, ſed eorum etiam, quorum numerum immanem fuiſſe, certiſſimum eſt, qui pro Chriſto ſupplicia pertulerant. Demus etiam, Apoſtolorum ævo Confeſſores non iniiſſe; concedamus, nomen hoc poſtea, cum illud in Eccleſia innotuit, & in veneratione haberi cœpit, ab Epiſcopis in Liturgiis additum: an propterea tota machina ruet, aliaſque Liturgiæ autor quærendus, & γνίσως rejicienda? ſi quis Pontifex in Baſilicis Conſtantinianis, ut clarius lumen legentibus occurrat, feneſtram in angulo aperiat, ideone eas non exædificavit Conſtantinus, & ſtructuras tam celebres vel negligemus vel ad alios amandabimus? Nugæ.

XX. Quæ præterea addunt de viſione Dei animarum, & aliis ritibus ac cerimoniis ſacris, miror referri ab homine ſano. Nos Catholici ea amplectimur, & exoſculamur, non nunc nata, ſed ab ipſis Apoſtolis eorumque diſcipulis profecta, Hæretici deteſtantur. Hinc, deſumpta inde argumenta nihil officiunt. Ipſi negant; nos aſſerimus. Ipſi dictum non probant; nos antiquorum teſtimoniis nitimur. Noſtra fides nova non eſt; & ea quæ fidem conſequuntur, traditiones ac ritus, habemus a Patribus noſtris, ſervamuſque inviolabilia. De viſione beatifica ex Græcorum ſententia, alibi egimus; ubi & loca ſimilia, quæ in Liturgiis ſunt, examinavimus. quare hic plura dicere ſuperſedeamus. Vale.

LEONIS ALLATII EPISTOLA SECUNDA PRO

GRÆCORUM COMMUNIONE

ſub ſpecie unica.

LEgi relegique, non ſine magna animi oblectatione, Notas præſtantiſſimi viri in Græcorum Euchologium, nunc demum ab eodem Græce & Latine vulgatum. Γηράσκω δ' ἀεὶ διδασκόμενος, ajebat ille: ipſe verius dixerim, dum librum revolvo, & poſt lectionem claudo, ſemper abiiſſe, τὰ πολλὰ quæque διδαχθέντα. Ita novis eruditionibus, & veteris ac reconditæ antiquitatis Eccleſiaſticæ, recentioribus tamen Græcorum moribus quam ſimillimæ, notitiis abundant. Nunc eandem exercitationem plerique alii ſuſcipient, ſed quibus amicus ille noſter viam ſtraverit, & ea laborioſiſſima faciliorem reddiderit. Hi forſan inventis res alias ſubaggerent, quibus non incommode caruerimus. Nil minus ab eo ingenio viri eruditi expectabant. Quare non mirum, ſi earum me lectione delecto, & continua meditatione reficio; indoleoque non paululum, cum eas de manibus deponere cogor. Dum tamen Præſanctificatorum Officii Notam xxxsr. pertracto, animadverti, ea eorum opinione, qui Euchariſtiæ ſumptionem ſub utraque ſpecie ambiunt, intinctionem illam panis cum vino ſummopere probari, quaſi vero exſiccato vino illo adhuc remaneant in pane ſpecies vini, &, qui panem abſumunt, eodem tempore & corporis & ſanguinis ſpecies abſumere dicendi ſint.

II. Ajunt ſiquidem, vini ſubſtantiam fluiditate & humore cuncto ſublato conſervari æque facile ac panis naturam, ſi liquore reſolvatur & reddatur fluida; qui eſt communis Eccleſiæ Theologorumque ſenſus: panem ita reſolutum in eo humore a priſtina panis natura non recedere; & ſic pari ratione in pane, eo ſanguine intincto, vini ſpecierumque naturam conſiſtere, quamvis partibus ejus ſubtilioribus, calore appoſito, exhalantibus, denſiores & craſſiores, conſpiſſante eas ſiccitate, ſolæ permaneant, quæ deinde, in vinum injectæ, reſolutæ, exſuſcitatæ, & de novo emergentes, priorique retenta natura, Chriſti ſanguinem æque ac prius contineant, & ſumentibus exhibeant. Non enim minor eſt minima quæcunque ad integritatem vini ſuſtentandam pars hæc condenſata, quam contemplamur, nec magis a vini natura, quam coagulum, quod lac immutatum eſt, a lacte aliena eſt, a quo perinde lac deſadat, niſi melius dicat, in lac ipſum reſolvitur. Inficiunt porro panem, at & conſuetum communionis ritum, quoad elementorum, in quibus ſumitur, natura permittit, obſervent, & hac intinctione non ſanguinem ſolum e corpore effuſum, ſed & corpus ipſum ſuo ſanguine tinctum & infectum, expreſſius ſignificent. Et hæc quidem illi apud Goarem.

III. Examinemus ſingula. & ante omnia no- A temus, Græcos non adeo utramque illam Sacramenti ſpeciem ambiiſſe, neque adeo ea alterutrius inopia inſaniiſſe, ut, pro ea comparanda, non agenda peragerent, & in abſurdas minimeque laudatas ſententias prolaberentur. Mos enim illius Eccleſiæ fuit, ſæpius unius tantum ſpecie, panis potiſſimum, ſibi ſatisfacere; qua ſe integrum Euchariſtiæ Sacramentum aſſumpſiſſe profitebatur. Ne, quæ alibi diximus, denuo repetamus, videatur Arcudius in Concordia lib. ter. qui multis ſanctorum Patrum teſtimoniis & rationibus probat, in Eccleſia Græca, antiquo tempore, fideles una tantum ſpecie communicaſſe: quam & domum deferebant, & ad loca ſolitaria in quibus degebant, neque tantum in itinere terreſtri ſed & per mare, ſuo tempore ea uſuros, aſportaſſe, firmiſſimeque tenuiſſe, ſub corporis unius ſpecie ſanguinem quoque Chriſti la- B tere, quemadmodum, ſub ſanguinis, corpus. Quare fruſtra nobis oggerunt, panem ideo intingere, ut in illius abſumptione, utriuſque ſpeciei participes fiant. Parum enim refert, ſub qua ſpecie Chriſtus ſumatur, dummodo integer habeatur, & corpus una ſimul & ſanguis uno bolo comedatur. Cur ergo panem illum intingunt? Non aliam ob cauſam, quam Latini ipſi hoſtiæ partem ſanguini immergunt, licet in corpore ſolo, & in ſanguine ſolo, integrum Chriſti corpus agnoſcant. Neque denegandum eſt, eum, cum recens panis ille ſanguine adhuc fluido tingitur, utramque ſpeciem & eſſe & conſpici: attamen cum vinum exſiccatur, & vini quidquid ſerie deperditur, non amplius utraque ſed tantummodo una ſpecies eſt; & qui panem abſumit, Sacramentum Euchariſtiæ, ſub una tantum ſpecie, C corporis ſcilicet, abſumpſit, cum ibi nulla vini ſubſtantia remaneat.

IV. Namque, ut vini ſubſtantia ſit, non tantum odor, color, & ſapor, ſed neceſſario etiam requiritur humor, & fluiditas ipſa, ut per modum potus, non autem eſus, hauriatur: neque enim vinum editur, ſed bibitur; & conſumpta fluiditate, non amplius potus eſt, cum ceſſet eſſe ſuccus, qui ad vini ſubſtantiam requiritur: immo nec eſus, cum tantilla ea vini pars nihil in pane de ſuo reliquerit; & odor ac ſapor, ſi quis fuerit, (nam hæc quoque tempore evaneſcunt,) non comeduntur. Dices, *tantillam vini partem*: neque enim panis ille in vino immergitur, neque vinum, quod in calice eſt, ſuperinfunditur; ſed cochleari leviter in vino madefacto panem ipſum tangentes, cruce ſignant Græci ita, ut ſæpius, an vinum ſuperimpoſitum fuerit, intin- D gentes ipſi non bene agnoſcant. Euchologium: *εἶτα λαβὼν τὴν ἁγίαν λαβίδα μετὰ τῆς δεξιᾶς χειρὸς, βάψας αὐτὴν ἐν τῷ ἁγίῳ αἵματι τῇ δὲ ἀριστερᾷ χειρὶ λαμβάνει ἕκαστον ἄρτον, καὶ ἐπιφέρει τὴν ἁγίαν λαβί-*

δα, μετὰ τοῦ ἁγίου αἵματος βεβαμμένην, καὶ ἐγγίζει αὐτὴν ἐν τῷ ἁγίῳ ἄρτῳ σταυροειδῶς ἐν τῷ μέρει, ἐν ᾧ ἐχαράχθη ὁ σταυρὸς ὑπὸ τὴν ψίχαν, καὶ ἀποτίθησιν τοῦτον ἐν τῷ ἀρτοφορίῳ, εἶτα λαμβάνει καὶ τοὺς ἑτέρους, καὶ ποιεῖ ὡσαύτως εἰς ἕνα ἕκαστον, καὶ συντίθησιν αὐτοὺς πάντας ἐν τῷ ἀρτοφορίῳ. *Tum demum accepto ſancto Cochleari manu dextera, intingit illud in ſancto ſanguine; manu vero ſiniſtra unumquemque panem accipit, & confert ſanctum cochlear, ſacroſancto ſanguine intinctam, & tangit cum eo ſanctum panem ad modum Crucis in parte molli, in qua expreſſa fuerat Crux; & reponit in Artophorio. Sic reliquos accipit, & in unumquemque ſimilia peragit, & conſervat eos omnes in Artophorio.* Notanda verba illa, βάψη & βεβαμμένην, & ἐγγίζει, ſuperficiem nempe *immergit*, *inficit*, *intingit*, non haurit, nec illud implet ſanguine, poſtmodum ſic intincto non calcat panem, ſed tangit, leviter approximando. Paucitatem materiæ definivit numero doctiſſimus Goar, epiſtola ad te ſcripta, & per te edita, Annot. II. de Communione Orientalium ſub ſpecie unica: *Evenit etiam non raro, ut ægrotantibus ſub una ſpecie impertiantur; quamvis panem conſecratum conſecrato vino intingant, & panem illum tinctum in uſum laborantium aſſervent. qui panis cum ſit hoſtia ſpiſſa ſatis & ſolida, non omnino diluitur, & interius vino conſecrato non ſe inſinuante, madida redditur, ſed leviter admodum expreſſione Crucis, quam μετ' ἐ λαβίδι adhibent, quo vinum conſecratum apponant, cujus ad ſummum quatuor guttulas in modum Crucis applicant, quam cum convexa & anteriori parte cochlearis, in vinum conſecratum immiſſi, ſic efformant ⁖, quæ quidem intinctio cum ſit tantum quatuor guttularum, non poteſt totam maſſam panis ſubire, pervadere, ac penetrare: quippe quia non eſt tanta vini quantitas, quæ ſe poſſit ad integram panis portionem extendere, quandoquidem ex tempore curant vinum exſiccari. Si vero decumbentibus miniſtraverint, craſſam illam hoſtiam in plures & plures partes dividant, quas vocant Margaritas: inter quas pauca ſunt, quæ vino conſecrato fuerunt intinctæ.* Vino poſtea exſiccato, & vapore abeunte, quod reliquum fuerit, quid erit? Quinam inde humor, quæ vini fæx ex tinctura illa inſectuque cochlearis, & tactu ſive tractu, in pane, etiam ſi ad ſummum quatuor guttulæ exhauſtæ fuerint, reſidebunt, ut poſtea novi humidi acceſſione ſubſtantiam vini recuperetur?

V. Præterea, fæx illa doliis adhærens, poſt diu aſſervatum in eis vinum, nullo modo vinum eſt, quemadmodum omnia viſcoſa, lutoſa, mucilaginoſa, & arenoſa, quibus aqua abundat communis, quibuſve aliorum vegetabilium ſucci & eſſentiæ, quæ proceſſu temporis vel natura vel artificio ſeparata, reponunt ſedimenta, calculus item renum & veſicæ, aliaque argilloſa & coagulata, non ſolum in ureteribus & renibus, verum etiam in cavitatibus & venis hepatis, lienis, pulmonum, aliiſque humani corporis perpetuo perviis meatibus, extremiſque manuum ac pedum articulis hærentia, communi nomine *Tartara* vocata, non ſunt amplius illæ, a quibus nata ſunt, materiæ, ſed in aliam atque aliam degenerantia; tantundem a primis illis & virtute ac facultate recedunt, ut ad habenda eorum prima principia ſæpius diſputetur, & in illis diſcernendis ſapientes viri adhuc hæreant, neque certi quippiam ſtatuant. Et quid certi ſtatueretur, in tanta Tartarorum ac fæcum diverſitate? Quædam enim ſaporis aciduſculi, ut optime a nonnullis obſervatum eſt, qualitatis maxime penetrativæ & aperitivæ, in aquam calidam projecta, aqua refrigerata, ſeparata, ab ipſis relicta ſine ſapore aqua, fundum ſub priori forma petunt; alia, omni ferme ſapore carentia, qualitate aliquo modo exſiccativa, abſque ulla acrimonia aſtrictiva, in nulla aqua, ſive calida ea ſit ſive frigida, diſſolvi poſſunt, ſed eandem ſemper ſervant faciem. Ideoque hæc quidem indiſſolubilia, illa ſolubilia nuncupantur. Et ut reliqua prætereamus, vini tartarum, quoad ſubtilem aciduſculam & penetrativam, quæ in ipſo latet, ſubſtantiam, non multum diſſimile eſt, ut etiam alii animadverterunt, frigidæ & ſiccæ qualitati, ut & ſubtilitati optimi & puriſſimi aceti, qua linguam aridam recreat, ſitim a cauſa calida excitatam reſtinguit, fervorem ac ebullitionem bilis reprimit, appetitum revocat, dolores ventriculi ſedat, viſcidos, tenaces, ac mucilaginoſos humores attenuat & reſolvit, interiorum viſcerum obſtructiones reſerat, alioſque producit effectus, aceto familiares. Et nos dicemus, vinum eſſe, & ſubſtantiam vini in ſe continere? Non negaverim tamen, tartarum, & fæces a ſuccis vegetabilium expreſſas, nec non a vino ſegregatas atque ſecretas, continere in ſe tanquam ſingularem aliquam ſubſtantiam elementarem, quæ ad illorum ſuccorum eſſentiam pertineat, qua ſine nullus vegetabilium ſuccus, vel corporalis eſſentia conſiſtere diu ac perdurare poſſit: & ex vini fæcibus illis tenuibus, nondum humiditate earundem omnimode abſumpta, bona, immo major pro menſurarum proportione ſpiritus vini portio, quam in ipſo vino reperiri, elicique poſſe ex illis, diſtillatione, vini ſpiritum. Sed hæc nihil ad integram ſuccorum ſubſtantiam habendam confert: & fæces illæ, ex quibus ſpiritus vini elicitur, adhuc humiditate illa conſiſtente naturam vini conſervant; quod in exſiccatis, quemadmodum in tartaro, doliorum fundo adhærente, aliter evenit, ex quo quidvis aliud, quam vini ſpiritum, diſtillatione extorquebis. Et fæces vini, quas in pane comminiſcimur, ſi quæ ſunt, cum, humido evaneſcente, obduruerint, ſpiritum quoque vini exhalarunt.

VI. Fæces itaque illæ non poſſunt eſſe materia conſecrationis. Idque eſſe longe certius, non nemo contendit, quam quod aqua, conglaciata, non ſit Baptiſmi materia, quamdiu riget, perſtatque concretio. Quamvis enim valida materia Baptiſmi non eſt, quia tamen ſua ſubſtantia atque natura aqua manet, ac ceſſante concretione recte poteſt ad baptizandum adhiberi, comminiſcetur aliquis majori cum improbabilitate, quod aqua illa, manens aſtricta, ſit valida materia Baptiſmi. At de fæce vini, plane ſiccata, non poteſt vere dici, quod maneat ſubſtantialiter vinum. Aliud tamen eſſet, ſi ea fæx vini eſſet vinum concretum cum fæculentia admixta, non tamen tanta, quæ rationem veri liquoris per ſe potabilis ac fluidi excluderet. Sic etiam aqua turbida, vel alienum liquorem in modica quantitate admixtum habens, conveniens eſt Baptiſmi materia; ſecus, ſi immodica admixtio ſit, ut potius alia ſubſtantia cenſeatur. Lutum enim magis eſt terra quam aqua, & vinum lymphatum magis vinum quam aqua, ut ait ſanctus Thomas III. parte, Quæſt. LXVI. Art. IV. Et hæc quidem de fæcibus vini.

VII. At de vino frigoribus conglaciato non eadem ratio eſt. Nam vinum, ſic concretum, ex ſe & natura ſua potabile eſt, & eſt vinum merum, vinique veri effectus poſſidet, ſicut, dum reſolutum fuerit, innoteſcit. Nec obſtat, ſi potari non poteſt; id enim eſt per accidens, quum ſua natura potabile ſit, & ejus concretio non obſtet potabilitati, nec tollat naturam vini. Et ſimilitudo, afferri ſolita, de aqua congelata, quæ non eſt idonea materia Baptiſmi, nihil concludit: quod ea neceſſario conſiſtat in ablutione, quæ per glaciem excluditur; Euchariſtia vero non conſiſtit in ſumptione ſeu potatione, nec poſtulat de facto materiam potabilem aut comeſtibilem: perficitur enim ante uſum. Adde, & videtur eſſe efficaciſſimum. Vinum conſecratum, ſi congelatur, & in glaciem induruerit, adhuc conſecratum perdurat; ergo concretum illud vi-

ni in ſe naturam complectitur, quam ſi amiſiſſet, neceſſario quoque conſecratio illa deſiiſſet, & ſanguis Domini in eo eſſe ceſſaſſet; at non ceſſat, cum, eo liquefacto, adhuc ſanguis perduret. Miſſale Romanum in defectibus Miſſæ, tit. x. num xi. monet, ſi contingat vinum conſecratum in calice congelari, debere liquefieri, & ſumi. Ergo vinum congelatum aptiſſima eſt conſecrationis materia. Non enim ſolum talis materia requiritur dum conſecratur, ſed neceſſe eſt ut talis permaneat, ut conſecratio perduret; quæ ſi in aliam abierit, quæ non fuerit apta conſecrationi, conſecratio quoque deſinit: &, licet poſtea illa in priſtinum ſtatum redierit, conſecratio tamen non redit. Quemadmodum vinum conſecratum, ſi aceſcat, conſecratio etiam evaneſcit; ſi aliquo poſtmodum artificio, acetum illud, quod antea erat conſecratum, in vinum, illudque perfectiſſimum, reſtitutum fuerit, non propterea tum illud vinum remaneret conſecratum. & ſane eſſet dubium, an nova conſecratione poſſet ſubigi, cum illud non eſſet e vite, ſed ex aceto, & vinum conſecrationi aptum non eſt niſi quod ex vite eſt. Quare certiſſimum fuerit, vinum concretum aptiſſimum eſſe ad conſecrationem, dum conſecratio in eo concreto perdurat, eoque diſſoluto adhuc permanet. Conſultius tamen nonnulli arbitrantur, ſi ante conſecrationem poſt ejus oblationem congelarit, illud mutare, & denuo aliud offerre: alioquin ſi facile reſolvi poſſit, nullaque accidentium mutatio appareat, conſultius conſecrabitur, quam mutabitur. Hinc elicitur, quam recte dixerit Alanus, ſi vinum conſecratum congeletur, deſinere eſſe Chriſtum ſub ſpeciebus, quare aliud vinum conſecrandum foret.

VIII. Et ut magis urgeam; communi Theologorum ſententia muſtum valide conſecratur, licet non admodum decenter. Nam, etſi muſtum ſubſtantia vinum ſit, nondum tamen decretum & defæcatum, imperfectum eſt. ideoque tanti ſacramenti dignitatem dedecet; quare exiſtimant, ſi præter neceſſitatem id fiat, eſſe gravem & mortalem irreverentiam, ſi in eo conſecretur. quidquid tamen ſit, conſecratio eſſet valida. Tum ſic, pannum lineum, muſto intinctum, per tempus aliquod reſervatum exſiccatumque, aqua communi madefiat; quod ex eo expreſſum fuerit, ſi muſtum eſt & ſubſtantiam vini habet, utique conſecratio in eo eſſet valida, quum materia accommoda huic Sacramento vinum ſit. Sed hoc eſt falſum, & improbatum a Julio Pontifice, Diſtinct. II. de Conſecr. apud Gratianum. Cum enim Julius audiſſet, nonnullos, *pannum lineum, muſto intinctum, per totum annum reſervare, & in tempore ſacrificii partem ejus aqua lavare, & ſic offerre*, rem improbans ait, Non poſſe eſſe calicem Domini aquam ſolam, aut vinum ſolum, niſi utrumque ſibi miſceatur; ſicque nulli licitum eſſe, aliud in ſacrificiis offerre, niſi panem tantum, & calicem vino & aqua permixtum. Nulla alia de cauſa, quam ſicuti, qui botrum expreſſum in calice offerebant, ſolum vinum offerre videbantur, ita, qui pannum intinctum lavabant, aquam ſolam, contra Dominicam inſtitutionem; ideoque non conficiebant. Subdunt Interpretes: *Quid autem ſi aqua ſaporem vini admittat ex panno? Non tamen eſt vinum; quia aliquando aliunde, non ex vino, talem admittit ſaporem. ideoque non conſecrabitur in ſanguinem*. Ex panno illo itaque, muſto intincto & aqua abluto, quod eruitur, vinum non erit ſed aqua, ideoque conſecrationem reſpuit. Quanam porro ratione ex pane, paululum ſanguine Dominico intincto, aquæ vel vini ablutione ſanguis elicietur, & de novo emerget, cum pura aqua ſanguis eſſe non poſſit, & vinum novum additum conſecratum non ſit; & etiamſi guttula vini conſecrati, ex pane vi aliqua expreſſa, in vini vel aquæ majori quantitate diſſoluta atque immerſa, penitus evaneſcit, & aliena ſubſtantia induta, deperditis propriis accidentibus, ſanguis amplius non fit?

IX. Quare concludendum videtur, nullum in pane, hoc modo intincto, remanere vinum, & multo minus ſanguinem, quo, cum hoc eodem vino, abeunte, utriuſque ſpeciei conſumptio evaneſcet. Quod additur de pane in liquore reſoluto, adhuc conſervare ſubſtantiam panis, viri docti non probabunt. Nam vel ea reſolutio leviter facta adhuc conſervat ſpecies panis, & tum dicent, verum adhuc Chriſti corpus continere: vel maceratus ſubactuſque in liquorem, ſuccum, & quaſi chylum abiit, ut nullatenus diſcernatur ſubſtantia panis ſolida, nec panis eſſe agnoſcatur, & tum, cum ceſſat eſſe panis, ceſſare eſſe Chriſti corpus, quemadmodum exſiccato vino ceſſat eſſe ſanguis. Deperditis namque ſpeciebus, & in aliam naturam immutatis, non amplius ſunt, quæ ſub eis continebantur, corpus & ſanguis. Quare, qui ea ita diſſoluta abſumeret, neque corpus neque ſanguinem abſumeret.

X. Craſſiores tamen partes, quæ, exhalato humore, conſpiſſatæ in pane permanſerunt, in vinum injectæ reſolvuntur, exſuſcitantur, & de novo emergunt. Multo minus. In vino tria conſiderantur, ſpiritus, aqua, ſive mavis phlegma, & fæx. Spiritus pars nobilior eſt, & quaſi vini anima; quo dempto vinum ipſum exanimatur, & veluti emortuum languet, cadaver & pondus inutile, quidvis aliud præter vinum, aqua ſcilicet, quæ nulla vini ſubſtantia corroboratur, & fæx ſive tartarum; materia nempe, ut Medici, Chymici, Pharmacopœi, aliique artifices tradunt, ex lutoſa, mucilaginoſa, ac ſalſa, ex iis, quæ a vino ſeparantur, fæcibus coagulata. Pars illa vini ſubtilior, jam exſiccato vino, evanuit; &, licet poſtea concreſceret, ad ſtatum priſtinum non redit; ita affirmante Ariſtotele, Problem. Sect. XIII. 6. ὅσα συγκρινόμενα ἐκ τῆς ἀτμίδος εἰς τὸ ἀρχαῖον ἔρχεται. οἷον οἶνος ἐξ οἴνου, ἀλλ' οὐχ ὕδωρ. *Si vapor vini exhalarit, non poſtmodum in vinum concreſcit, ſed non aqua*. Idque expreſſius aſſeruit Meteor. lib. II. cap. III. καὶ γὰρ οἶνος καὶ πάντες οἱ χυμοί, ὅσοι δὲ ἀτμίσαντες πάλιν εἰς ὑγρὸν συνίστανται, ὕδωρ γίνονται. *Nam & vinum & cætera ſuccorum genera, quotquot in vaporem mutati, in humorem rurſum concreſcere ſolent, aqua fiunt*. Et quamvis is, qui ex Meteorologicis eſt, planus ſit apertuſque, & ſententiam noſtram ad amuſſim exprimat, prior tamen ex Problematibus conſiderationem meretur; licet expoſitores, verba detorquentes, id elicere conati ſint, nec verba tamen nec ſententiam expreſſerunt, commentique ſunt quæ nec Ariſtoteles ipſe eo in loco ſomniavit. Pendamus verba: ὅσα συγκρινόμενα ἐκ τῆς ἀτμίδος εἰς τὸ ἀρχαῖον ἔρχεται, οἷον οἶνος ἐξ οἴνου, ἀλλ' οὐχ ὕδωρ. Vetus reddiderat: *Amplius congregata ex vapore, non in antiquum veniunt, ut vinum ex vino, ſed aqua*. Novus, Theodorus Gaza ſcilicet, *Ad hæc vapor, qui poſtea concreſcit, ad ſtatum priſtinum non redit; verbi cauſa, ſi vapor vini exhalarit, non poſtmodum in vinum concreſcit, ſed in aquam*. Ludovicus Septalius; *Ad hæc, congregata ex vapore in priſtinum non redeunt, ut vinum ex vino, ſed aqua*. Hic, ut vides, affirmative enuntiatur, quod ab Ariſtotele plane negatur, *ſed aqua*, *ſed in aquam*; quod Ariſtotelis eſt, ἀλλ' οὐχ ὕδωρ, *ſed non aqua*. Quare Ariſtotelis verba ita reddere oportuerat: *Præterea, quæ ex vapore concreſcunt, non in priſtinum redeunt, ut vinum ex vino; ſed non aqua*. Sic enim omnia cohærent, & Ariſtotelis menti conſonant. Sectatores Heracliti dicebant, ſicut in Univerſo, ita & in corpore cibos, evaporare, qui demum concreti conſiſtunt; utque in eo humorem, ita in corpore urinam fieri. Hinc qui allia edit, urinam redolentem allium reddit. Eos ſecutus eſt Aſclepiades Medicus, affirmans, ut

re-

refert Galenus de natural. facult. lib. I. cap. XIII. eum qui bibitur humorem in halitus & vapores reſolvi, atque in veſicam tranſmitti, inibi vero denuo concretos priorem recipere formam, ſicque ex halitibus plane humorem: ex quo etiam ſequi videbatur, exhalationem ex alimentis, & cæteris ingeſtis, ubi reverſa fuerint unde prodierant, eandem odorem recipere & conſervare. Sententiam Aſclepiadis optime exagitavit refutavitque Galenus. Ariſtoteles adverſus Heraclitina ait, eos falſum aſſumere: neque enim, quod exhalat, ſi denuo concreſcat, illius, ex quo exhalavit, naturam recuperat, ſed in aliam atque aliam ſubſtantiam tranſmutatur: probatque exemplo vini, cujus exhalationes coercitæ vinum amplius non ſunt, ut ipſa experientia docet; quod nunquam dicit converti in aquam; de quo eſſet alia quæſtio. Satis enim erat Ariſtoteli, ſi probaſſet adverſus Heraclitios, quæ ſemel exhalarunt concreveruntque, priſtinum ſtatum non recuperare, quiſquis eſſet humor, in quem abierint. Quod in rebus aliis reliquis verum eſſe ſtatuens, in aqua tamen pernegat. aqua enim, ſi exhalarit & denuo concreſcat, non amittit priſtinum ſuum ſtatum, ſed, eum denuo induens, aqua fit. Ex vaporibus enim aquæ elevatis concretiſque, aqua rurſum gignitur, proprietates omnes aquæ præ ſe ferens, &, æque ac primum, ſolum irrigat, ſitim extinguit, reliquaque omnia aquæ munia ſupplet. Sententia itaque Ariſtotelis eſt, una excepta aqua, reliqua omnia, quæ exhalarint, denuoque concreverint, priſtinum ſtatum, alio novo ſuperinduto, deperdere. Quod veriſſimum eſt; eſſet vero falſum, ſi cum reliquis aliis aquam accenſeremus: illius namque vapores & halitus denuo concreti in humorem, aqua ſunt. Et hæc quidem obiter de verbis Ariſtotelis; quibus, quidquid ſit de Interpretum vacillatione, apertiſſime colligitur, ſi vinum exhaletur, quod poſtea per exhalationes illas concreſcit, vinum non eſſe. Reliqua proſequamur. Aqua, quæ in vino, ſubtiliore vini parte abeunte, remanet, jam exſiccata, nulla eſt. Fæces in minima quantitate, ſi quæ fuerint, vinum omnino non ſunt, ſed excrementum, ut ita dicam, vini. Omnia namque vina, poſt abſolutam fermentationem, in doliis duplex deponunt & a ſe rejiciunt tartarum. primum eſt vini ipſius fæces; ſecundum, quod vaſorum fundo & lateribus, lapidis inſtar, adhæret. Hæc ut tradunt rerum harum periti, adeo ſunt commixta, ut tartarum fæculenti ſemper quippiam de vero tartaro in ſe contineat, tartarum vero terræ fæcum ſit particeps.

XI. Propterea que Alexander Tertius, Epiſtola ad Archiepiſcopum Upſalienſem ejuſque Suffraganeos, damnat abuſum, quem non ſine cordis amaritudine ſe reſerre teſtatur, quorundam ſacerdotum, contra Apoſtolicas inſtitutiones cum ſicca fæce vini, vel cum micis panis, vino intinctis, Miſſam celebrantium. Audiatur. *Præterea non ſine cordis amaritudine quoſdam ſacerdotes contra Apoſtolicas inſtitutiones cum ſicca fæce vini, vel cum micis panis, vino intinctis, Miſſam celebrare audivimus. Sane cum omne crimen, atque omne peccatum, oblatis Deo ſacrificiis, deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipſa Sacrificii oblatione erratur? Cum enim Magiſter veritatis diſcipulis ſuis ſacramentum commendaret noſtræ ſalutis; non ſiccam fæcem vini, non micas panis, vino intinctas, accepit, ſed panem & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis. Quia igitur ſecus agere, Evangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini Eccleſiaſticæ penitus eſt adverſum, Apoſtolica prohibemus auctoritate, ut cum ſicca fæce vini, vel cum micis panis, vino intinctis, vel alio modo quam Dominus inſtituit, nullus de cætero ſacrificare attentet: ſed ſecundum formam ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, quam nos in omnibus imitari oportet, ſolum panem & vinum, aqua mixtum, in ſacrificio corporis & ſanguinis Domini offeratis.* Cum enim inſtitutione divina non in micis, vino intinctis, neque in fæce ſicca, corpus & ſanguis Chriſti, ſed in pane, & vino puro ac fluido, tradita ſint, contra illius inſtitutionem agunt, qui in micis, vino intinctis, & in fæcibus vini ſiccis, quæ vinum non ſunt, nec rationem vini habent, conficiunt.

XII. Et quomodo ſanguis Chriſti fuerit in pane, in quo vinum non eſt? Et, etiamſi alio vino reſolvatur, vinum illud etiamſi fuerit, majori illa vini quantitate ſuperinfuſa, diluetur & abſumetur; & ſic ſanguis etiam, ſi quis fuerit, deperdetur. & quod de novo adfunditur vinum, ſanguis non eſt, cum nulla inſigniatur conſecratione. Et partes illæ craſſiores exſuſcitari quidem & de novo emergere ſine novo miraculo aſſerendæ non ſunt. Immo ſi ſpiritus vini, vi ignis extinctus, in phlegma fæceſque propriis denuo infundatur, agitatuſque ſimul immiſceatur ut unum fiant, neque tum fluidum illud, priſtina recuperata ſubſtantia, vinum fuerit. Abſit ut dicam, ſi extractio illa ſpirituum ex vino conſecrato facta ſit, & poſtea maſſæ illi demortuæ reddatur, vinum illud etiamſi eſſet, in priſtinam conſecrationem redire, & ſub illis ſpeciebus ſanguinem Chriſti exſuſcitari, & de novo emergere. qua enim vi, quod ſemel deſiit eſſe, reddetur, & a privatione ad habitum regrediatur, vel quo nixi fundamento id aſſeremus? Sic vinum, conſecratum, ut ſupra diximus, ſi in acetum degeneraverit, ſanguis Chriſti non eſt, & licet poſtea variis modis inſtauratum, ut in aliis vinis artifices conati ſolent, priſtinam ſubſtantiam induerit, an etiam conſecrationem recuperabit, & ſanguis Chriſti, ob primam illam conſecrationem, in eo reſtituetur? & tu mihi exſiccatum illud vinum, in quo vel calore vel tempore ſpiritus, &, ut dicam, anima evanuit, ac deperdita fuit, novi alius humoris acceſſione, quo panis diluatur, priorem retinere naturam, & Chriſti ſanguinem, æque ac prius, continere, & ſub utraque ſpecie communionem ſomnias, & aliis conaris oſtendere?

XIII. Ipſe nunquam dixerim, coagulum e lacte, a lacte alienum non eſſe, &, qui inde humor deſudat, lac: quemadmodum neque aſſererem, herbam, ſi areſcat, nihil de ſubſtantia ſua deperdere, &, ſi vireſcat, nihil acquirere: multo minus, carnis, ignibus aſſatæ, ſubſtantiam nihil a carne cruda differre. Quo enim lucro herbarii in illis exſiccandis tantum ſtudium adhibent, ne nimium, ne parum, ne in ſole, ne inter ſe conſtipatæ, areſcant? Didici ipſe ex Ariſtotele, flores, quibus odores conficimus, ut roſas, violas albas, & ſimiles, contuſas & calefactas, vel exſiccatas, exoleſcere, ſicque naturam mutare. Poſſem hic inquirere, an mortuum & vivum ejuſdem ſubſtantiæ ſit? Audivi ſæpius, accidentia quoque, quæ ſunt in cadavere, non eſſe ea ipſa, quæ erant in eodem corpore, ante quam vitam poneret. Quid moras necto? Quæſtioni finem impoſuit Ariſtoteles, de partibus animalium lib. I. cap. I. καί τοι καὶ ὁ τεθνεὼς ἔχει τὴν αὐτὴν τοῦ σχήματος μορφὴν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. ἔτι δὲ ἀδύνατον εἶναι χεῖρα ὁπωσοῦν διακειμένην, οἷον χαλκῆν ἢ ξυλίνην, πλὴν ὁμωνύμως, ὥσπερ τὸν γεγραμμένον ἰατρόν. οὐ γὰρ δυνήσεται ποιεῖν τὸ ἑαυτῆς ἔργον, ὥσπερ οὐδ' αὐλοὶ λίθινοι τὸ ἑαυτῶν ἔργον, οὐδ' ὁ γεγραμμένος ἰατρός. ὁμοίως δὲ τούτοις οὐδὲ τῶν τοῦ τεθνεῶτος μορίων οὐδὲν ἔτι τῶν τοιούτων ἐστὶ, λέγω δὲ οἷον ὀφθαλμὸς, χείρ. *Atqui mortuus homo, quamquam figuræ formam habet eandem, tamen homo non eſt. at fieri non poteſt, ut manus ſit quocunque modo conſtans, ut ænea aut lignea, niſi æquivoca nominis communione; ſicut quæ picta eſt; utpote quæ ſuo fungi officio nequeat. Quomodo nec lapideæ tibiæ ſuum*

aſſequi munus poſſunt : neque medicus pictus artem medicinalem exercere poteſt . pari ratione membrorum quoque hominis , vita functi , nullum id eſſe inſuper poteſt , quod erat cum viveret , ut oculus , manus , &c.

XIV. Cum vero videam , nonnullos , ob verba Alexandri III. Gothos damnantis , quod in micis , vino intinctis , conſecrarent , Græcos quoque reprehendere , quod præſanctificata , quæ diebus magni jejunii celebrant , vino intingunt ; non abſonum fuerit , ſi quædam huc afferamus , quæ diſcrimen inter Græcos & Gothos , in ea conſuetudine , explanent . Quæ ut melius habeantur , Humberti contra Græcorum calumnias dicta advertenda ſunt , qui Græcarum conſuetudinum , licet apud Græcos commoratus , neſcio an ſtudens , ut magis in eos inveheretur , an negligentia , nimium ſibi placentibus conſueta , plane ignarus , multa in illis improbavit , quæ rectiſſima eſſe , experimento ipſo didicimus . Et , ne ab hoc intincto pane longius recedamus , opponit : *Sanctum panem vitæ æternæ , in calice immiſſum , cum cochleari ſumere conſueſtis . Quid opponitis? Neque enim ipſe Dominus panem in calice vini intinxit , & ſic Apoſtolis dedit , dicens , Accipite , & cum cochleari comedite , hoc eſt enim corpus meum ; ſed ſicut Romana Eccleſia* , &c. Et infra : *Quandoquidem nemini diſcipulorum , niſi Judæ proditori , intinctum panem a Domino porrectum invenimus , ſignificante , quod eſſet eum traditurus* . Græci plane , ſub utraque ſpecie communicantes , ante quam Euchariſtiam Chriſti fidelibus diſtribuant , inter Miſſarum ſolemnia , ut Latini etiam faciunt , diviſa hoſtia , unam illius partem in calicem immittunt ; partem panis conſecrati , & alias particulas item conſecratas , in conſecratum ſanguinem immergunt : & prope finem Miſſæ ſacerdos in foribus ſanctuarii , tenens ſiniſtra calicem , manu dextera cochlear parvum , qualem nobis in ſuo Euchalogio expreſſit noſter Goar , & e calice aſſumens cum eo micam panis & paululum ſanguinis , advenientibus Chriſtianis ori imponit aſſumendum : & , ne aliquid in terram minus reverenter decidat , (quod rariſſime occurrit ,) Aer , (eſt velum ingens , ſacra ambiens & contegens ,) in pede calicis circumvolutus detentuſque per ſacerdotem ſub mentum ad fauces communicantis extenditur . Tantumne hic ritus malum continet , ut dignus Humbertina ira videatur ? Verum eſt , Græcos antiquioribus temporibus , in aſſumptione corporis Chriſti , non ſemper eundem modum tenuiſſe . Namque fuit , cum prius panem , manu propria a ſacerdote acceptum , abſumerent ſeparatim , poſtmodum & vinum ſeparatim biberent . adeat lib III. noſtrum de Conſenſione perpetua utriuſque Eccleſiæ , qui plura volet . Nunc ut cautius res agatur , ita micas immiſcent ſanguini , & cochleari in os injiciunt . Quod poſtmodum comparat veri corporis & veri ſanguinis Chriſti exhibitionem , exhibitioni panis intincti , a Domino Judæ porrecti ; hoc vero in res geſtas Chriſti injurium , & temerarium facinus Humberti agnoſcitur . & ut magis audeat , ideo ſic porrexiſſe aſſerit , *quod eſſet eum traditurus* . Ita ne? Græci ita communicant , ut Chriſtum prodant ? An Sacerdos etiam Latinus , cum bibit calicem in quo hoſtiæ pars injecta innatat , ideo ſic bibit ut Chriſtum tradat ? Audacem calumniantium faſtum !

XV. Alius eſt panis , quo corpus ſuum Apoſtolis Chriſtus exhibuit ; alius quem intinctum Judæ porrexit . Chriſtus etenim poſt cœnam legalem celebratam , & agni paſchalis eſum , quem ſtans ipſe peregerat , recubuit cum Diſcipulis , ut cœnam vulgarem cœnaret ; a qua ſive nondum ſive per aliquod tempus inchoata , (quod parum refert , dummodo non intelligatur , ut ait Auguſtinus , conſummata atque tranſacta , cum adhuc cœnaretur ,) ſurrexit , & pedes lavit Apoſtolorum , & terſit : lotis pedibus rurſus ad ordinalem menſam accedit , & teſtamentum condit ; nempe , ut Damaſcenus aliique interpretantur , ſacramentum Euchariſtiæ inſtituit . Sed adhuc illis recumbentibus , & Juda præſente , Judam ipſum , ut reliquos Apoſtolos , ſui corporis & ſanguinis participatione refecit ; quidquid alii dicant ; ne hæreſeos eos damnem , quod fecerunt Fridericus Staphilus , Gabriel Prateolus , & Thomas Beauxamis . Colligit id evidentiſſima Auguſtinus , Tract. LXII. in Joannem , ex Luca , qui poſt inſtitutum Euchariſtiæ Sacramentum ſubdit : *Veruntamen ecce , manus tradentis mecum eſt in menſa* . Neque reliqui Evangeliſtæ refragantur . Inſtituta ergo Euchariſtia , & omnibus , etiam Judæ , exhibita , ſequitur Chriſti turbatio , quam poſt traditum conſecratum contigiſſe refert Lucas , eoque expreſſius Joannes : nec minus , pro verbis Chriſti , de proditore , Apoſtolorum anxietas , dum proditorem avent ſcire , & de ſe quilibet timet . Chriſtus continuavit cœnam illam communem , itidemque aliquid eſitavit , porrexitque bucellam intinctam , ſive partem , quod idem eſt , quidquid alii de offa carnea argutantur , non Judæ tantum , ſed , ut nonnulli volunt , reliquis Apoſtolis , in ſignum amoris . Tum Judas continuo exivit , ut ſcribit Joannes ; & Chriſtus prolixum illum ſermonem , pluribus Joannis capitibus comprehenſum , habuit . Quo abſoluto , & gratiis Deo actis , ad montem Oliveti proficiſcitur . Panem hunc intinctum , Judæ a Chriſto datum , longe diverſum fuiſſe ab Euchariſtia , ſatis alii probarunt . Et Auguſtinus in Joannem apertiſſime : *Non autem , ut putant quidam , negligenter legentes , tunc Judas corpus Chriſti accepit . Intelligendum eſt enim , quod jam eis omnibus diſtribuerat Dominus ſacramentum corporis & ſanguinis ſui ; ubi & ipſe Judas erat , ſicut ſanctus Lucas evidentiſſime narrat : & deinde ad hoc ventum eſt , ubi , ſecundum narrationem Joannis , apertiſſime Dominus per bucellam tinctam atque porrectam ſuum exprimit traditorem ; fortaſſis per panis tinctionem illius ſignificans fictionem* . Namque bucella in initio menſæ ſecundæ intingebatur in pultem ſeu embamma ex lactucis agreſtibus & intybis factum , aliiſque rebus conditum , in quod primus paterfamilias intingebat offam azymam , mox ceteri , ſicque conſumebatur , ut ex Rituali antiquo Hebræorum probat Baronius Annal. Eccleſiaſt. Anno Chriſti XXXIV. num CXXXIX. An non ergo ineptit Humbertus , qui bucellam hanc tinctam cum corpore Chriſti confundit , & Græcos , quod Chriſti corpus , illius ſanguine intinctum , cum cochleari abſumunt , in crimen vocat , & Judæ proditori comparat ?

XVI. Non juvat illud Decretum Julii , quod ex ejus epiſtola ad epiſcopos Ægypti refert Gratianus , cap. *Cum omne* . de Conſecrat. Diſtinct. II. Nam Græci errore , impugnato a Julio , nunquam laborarunt , nec nunc quoque laborant ; qui firmiter tenent , ſub una ſpecie integram eſſe communionem , totumque Chriſtum contineri . Sic Romana Eccleſia , ſæpius cum ipſis Græcis , ratione panis azymi & fermentati , de hoc ſacramento diſputans , nunquam illis ſimilia oppoſuit , nec talem intinctionem reprobavit . Quemadmodum enim ipſa ; ad deſignandam corporis & ſanguinis redintegrationem per Chriſti reſurrectionem jubet fieri a ſacerdote commixtionem & intinctionem , partis hoſtiæ , quam poſtea ſic intinctam conſumit , ita & ipſi panem intingunt ſanguini , ut eandem redintegrationem deſignent . Alios itaque reſpicit Decretum Julii , qui ex intinctione complementum communionis quærebant ; qui erat manifeſtus error . Verba Julii ſunt ; *Audivimus , alios quoque intinctam Euchariſtiam populis pro complemento communionis porrigere* . Recte ergo ſubjungit : *Illud vero , quod pro complemento communionis intinctam tradunt Euchariſtiam*

populis, nec hoc prolatum ex Evangelio teſtimonium recipit: ubi Apoſtolis corpus ſuum & ſanguinem commendavit. Seorſim enim panis, & ſeorſim calicis commendatio memoratur. Nam, intinctum panem aliis Chriſtum præbuiſſe, non legimus, excepto illo tantum Diſcipulo, quem intincta bucella Magiſtri proditorem oſtenderet, non quæ ſacramenti hujus inſtitutionem ſignificaret. Quid ſi Humberto opponerem Concilii Turonenſis verba apud Ivonem Carnotenſem Epiſcopum, & Buchardum, quibus Sacerdotibus Latinis hæc intinctio panis, pro ſecularibus ipſis, præcipitur: *Sacra oblatio, quæ ad viaticum recedentibus de ſeculo reſervatur, intincta debet eſſe ſanguine Chriſti, ut veraciter Presbyter dicere poſſit, Corpus & ſanguis Jeſu Chriſti proficiat tibi in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam. Amen.* An & hoc Concilium, Humberte, ita vult, panem pro infirmis fidelibus, jamjam morituris, præparari, ut eos, æque ac Judam, proditores deſignet? Scio, hunc uſum hoc ævi inoleviſſe. Verum, cum aliquando laudabiliter fuerit admiſſus, non debet nunc in Græcis reprobari; qui non eo fine id peragunt, ut complementum communionis habeant. tam enim recte in eos dictitaretur, Judæ non diſſimiles, panem intinctum ſuſcipere. Neque idem fuerit, panem, intinctum ſanguine, aliis diſtribuere, & micas vino intinctas conſecrare. Illud enim potuit abſque errore & ſacrilegio uſurpari, ut doctiſſime notat Theophilus Raynaldus; potuitque habere pro celu e fructum majorem ex ſumptione duplicis ſpeciei. At conſecratio micarum intinctarum, quam uſurpabant Gothi, & reprobat Alexander, ſpectans ſolos ſacerdotes, quibus æque communicandum eſſet ſub utraque ſpecie, ſacrilegium irreparabiliter adjunctum habet, ob excluſam rationem ſacrificationis & immolationis Chriſti, ſitam in conſtitutione corporis ſeorſim, & ſanguinis quoque ſeorſim, tanquam effuſi; atque adeo cum morali inter utramque ſpeciem propinquitate, quamvis cum abunctione; qua de re perpulchre diſputat Algerus lib. II. cap. VII. Hoc itaque Gothorum modo conſecrationem peragere, eſt omnino & contra uſum Eccleſiæ, quæ in ſeparatis materiis, primum corpus, deinde ſanguinem, ſeparatim conficit; & contra Chriſti factum, qui ita Sacramentum conſtituit; qui rerum horum norma unica eſt. Et quamvis utraſque formas ſuper illas micas intinctas vino pronunciarint, non tamen videntur peragere ſacrificium, ſine quo conſecrare piaculum fuerit; & ſacrificium fit cum duplex acceſſerit conſecratio, hinc corpus, inde ſanguinem ſeorſim ſtatuens; ut notant Doctores. Unde fit, ut Chriſtus exhibeatur tanquam mactatus, & violenter nec ſua morte peremptus, contra atque Gothi faciebant. Sed quid hoc ad Græcos?

XVII. Opponet Humbertus, hanc intinctionem eſſe contra Chriſti inſtitutionem, qui alio modo hoc Sacramentum peregit, diſtribuitque diſcipulis; & Chriſti factum in re graviſſima obſervandum omnino eſſe, &, qui aliter facere præſumpſerit, præter temeritatis notam, ſacrilegii quoque crimen incurreret, ut in hac eadem materia ſanctus Cyprianus Epiſt. LXIII. præſcripſit. *Quod ſi nec minima de mandatis Dominicis licet ſolvere, quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipſum Dominicæ paſſionis & noſtræ redemptionis ſacramentum pertinentia, fas non eſt infringere, aut in illud, quam quod divinitus inſtitutum ſit, humana traditione mutare? Nam ſi Jeſus Chriſtus, Dominus & Deus noſter, ipſe eſt ſummus Sacerdos Dei Patris, & ſacrificium Patri ſe ipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit; utique ille Sacerdos vice Chriſti vere fungitur, qui id, quod Chriſtus fecit, imitatur; & ſacrificium verum & plenum tunc offert in Eccleſia Deo Patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundum quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe. Cæterum omnis religionis & veritatis diſciplina ſubvertitur, niſi id, quod ſpecialiter præcipitur, fideliter reſervetur.* Nihil hæc adverſus Græcos Cypriani verba faciunt, qui materias, a Chriſto pro hoc Sacramento inſtitutas, non innovant, neque immutant, ut Aquarii illi, qui in ſola aqua, quod non fecerat Chriſtus, conſecrare volebant; in quibus rebus, ne minima quidem ſolvenda ſunt. Ad conſecrationem vero nihil refert, ſi, poſtquam conſecratus fuerit panis, conſecrato calici intingatur. Ex uſu enim Eccleſiæ Græcæ id fit, quod aliquando etiam Eccleſia Latina admiſit; ut ex Turonenſi Concilio patet. Et vera Cypriani ſententia ex eadem Epiſtola habetur. Cum enim ſcripſiſſet, *At enim non mane, ſed poſt cœnam, mixtum calicem obtulit Dominus. Nunquid ergo Dominicum poſt cœnam celebrare debemus? Ut ſic mixtum calicem frequentandis Dominicis offeremus; Chriſtum offerre oportebat circa veſperam diei, ut hora ipſa ſacrificii oſtenderet occaſum & veſperam mundi, ſicut in Exodo ſcriptum eſt, Et occidet illum omne vulgus Synagogæ filiorum Iſrael ad veſperam. Et iterum in Pſalmis, Allevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. nos autem celebrationem Domini mane celebramus.* nihilominus infra ſcribit: *Utique lex Evangelica & traditio Dominica ſervetur, & ab eo, quod Chriſtus & docuit & fecit, non recedatur.* Dubitationem tollit Auguſtus epiſt. CXVIII. ad Januariam; cujus equidem verba attentius conſideranda ſunt: *Liquido apparet, quando primum acceperunt Diſcipuli corpus & ſanguinem Domini, non eos accepiſſe jejunos. Nunquid tamen propterea calumniandum eſt univerſæ Eccleſiæ, quod a jejunis ſemper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui ſancto, ut in honorem tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quam exteri cibi. Nam ideo per univerſam orbem mos iſte ſervatur. Neque enim, quia poſt cibos dedit Dominus, propterea pranſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum convenire debent, aut, ſicut faciebant quos Apoſtolus arguit & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Namque Salvator, quo vehementius commendaret myſterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, a quibus ad paſſionem digreſſurus erat. Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine ſumeretur, ut Apoſtolis, per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſervaret hunc locum. Nam ſi hoc ille monuiſſet, ut poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quod eum morem nemo variaſſet.* Sed de præceptis factiſque Domini, modoque in illis obſervandis, fuſe ex ſanctis Patribus contra eundem Humbertum in Diſſertatione ad te noſtra de Miſſa Præſanctificatorum, Num. IV. egimus.

XVIII. Quid alii ſint aliter, neſcio. Ego de iis, quæ in uſu ſunt, & ab omnibus commendantur, non de iis quæ rara, raroque contingunt, ſermonem habui. Scio, facultatem & potentiam divinam immenſam eſſe & infinitam, & Chriſtum non ſic alligaſſe virtutem ſuam Sacramentis, ut non poſſit abſque illis cauſare & conferre effectus Sacramentorum; quemadmodum neque obſtrinxit virtutem ſuam Eccleſiæ miniſtris, ut non poſſit Angelos aſſumere ad illa miniſtranda: & cum Angeli boni ſint nuncii veritatis, ſi aliquod Sacramentum vel Sacramentale, Angelorum bonorum miniſterio, perficeretur, eſſe ratum habendum; quia deberet præſumi, id perfici voluntate divina; ſicut quædam templa narrantur miniſterio Angelorum conſecrata, & ſanctus Amphilochius conſecratus eſt ab Angelis Iconienſium Epiſcopus; illiuſque conſecrationem approbantes alii Epiſcopi, de novo conſecrare noluerunt, ut legitur in ejus vita. Hinc Gregorii Protoſyncelli Chii, in Synopſi Dogmatum Eccleſiaſticorum, turpis error depre-

Digitized by Google

henditur, dum aſſerere non eſt veritus, Angelos poſſe eſſe miniſtros Sacramentorum, licet Hebræorum v. dicat; *Omnis pontifex, ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum*. Quem ſi alii ſequerentur, multa quoque de materiis Sacramentorum ſatis imprudenter aſſererent. Nos communes Doctorum ſententias & recta Eccleſiæ monita ſecuti, hæc pronunciavimus; quæ ſane & doctiſſimus A amicus noſter iis, qui intincto illo pane utriuſque ſpeciei participes fieri præſumunt, ideoque tam multa ad eruendum vinum & ſanguinem ex fæcibus reliquiis, ut ipſi autumant, & vino quod multo ante evanuit, comminiſcuntur; & multo meliora, ſciens volenſque repoſuiſſet; & utinam reponeret. Interim tu vale, mi Nihuſi; & Leonem tuum, ut facis, ama. Romæ, XVII. Kal. Maii CIↃ ID CXLI.

Digitized by Google

LEONIS ALLATII EPISTOLA TERTIA, DE LIGNIS SANCTÆ CRUCIS.

QUintus dies eſt, quum una ſimul familiariſſimi hominos in bibliotheca mea congredimur, & in variis, ut aſſoler, ſermonibus verſamur. Unus poſtmodum ex illis, τ̃ ἄνω προδηλωμένων, compellans alacre: At morem geſſeris, inquit. E libnm, qui præ manibus meis erar, inexpectatus arripit. Is erat Bartoldi Nibuſii Epiſtola de Cruce ad Thomam Bartholinum. Ex complicatum, neſcio a quo, folium ſedulus percurrens, vidit illa: *pro monſtro eſſe, lignum Crucis Chriſti ad noſtra uſque tempora ſervatum duraſſe: ex cedro & cypreſſo, quæ ligna cariem & ſenectutem non ſentiunt, fabricatam eam finxerunt*. ubi poſt Nicolai Metropolitæ Corcyræ verſiculos additur: *Pudeat miſeros tandem Chriſtianos tam ſtultæ credulitatis*. Et in ſermonem hunc ira incenſus: Quæ res? ait; unumne hominem, nullius prope dignationis, tot antiquis & ſanctiſſimis, & Eccleſiæ Doctoribus, Chryſoſtomo, Bedæ, Anaſtaſio Sinaitæ, Alexandro Monacho, Nicolao Corcyrenſi, Michaeli Pſello, univerſæ denique Eccleſiæ Græcæ, male loqui? Prætereo, primum a te, ante alios, Corcyrenſis illos verſiculos cum aliis carminibus editos in variis Excerptis. An pudendum eſt, cum Eccleſia Græca, & tot aliis non infimi nominis autoribus una ſentire, quos ſtultæ credulitatis non veretur iſte arguere? Sed æſtum hominis optime repreſſit Nihuſius. Nos certe ferulas iſtiuſmodi non pertimeſcimus. Et conſidera argumenta. Finxerunt ea ligna, quia cariem & ſenectutem non ſentiunt, ut, lignum Crucis ad hæc uſque tempora perdurare potuiſſe, commonſtrarent. Ubi unum abundeeſt, fruſtra plura convocantur. Si cedrus tineis obnoxia non eſt, ſuffeciſſet dicere, Crucem ex cedro aut ex cypreſſo factam fuiſſe. An ſimul juncta perenniora ſunt, ætatemque magis producunt? Et licet verum eſſet, cedrum & cypreſſum tineas non tangere; de pinu equidem falſum eſt. Cur vero id Chryſoſtomi tempore fingendum fuerit, cauſam nullam video: neque enim miraculo opus erat ad conſervandum lignum ad ea uſque tempora; cum longioris ævi ligna his noſtris temporibus paſſim Romæ aliiſque in locis, quæ nec cedrus ſunt nec cupreſſus, conſpiciantur. Si de poſterioribus dixiſſet & noſtri temporis ſcriptoribus qui tantum a Chriſto abſunt, non ſine ratione ſibi providiſſe videretur: arguiſſent eum tamen falſitatis, quæ referantur & de lignis Arcæ & de carbonibus; & nos pleraque videmus, licet fragilioris conditionis ſint, tantundem ac lignum Crucis perduraſſe, perennaturaque eſſe in poſterum. Sed Hæretici negant. Quid ad nos? negant verbum Dei, negant ſanctorum Patrum dicta, negant traditiones Eccleſiæ. ideone & illa neganda nobis ſunt? quis eos judices noſtræ fidei fecit? quis eos religionis noſtræ regulam conſtituit? Apage ineptias. Ideo credenda, quia ipſi negant. Nam ipſi ſi

A crederent, non eſſent Hæretici. Stulta eſt noſtra credulitas, quia credimus quod ipſi inficiantur? certe eorum ἄνοια multo ſtultior atque veſanior fuerit, ſanguine & ignibus expianda. Sed, inſaniant licet Hæretici, nobis modo quærendum eſt, quomodo ex his tribus lignis Crux illa confecta fuerit. Et multa ex ſententia Patrum Doctorumque Eccleſiæ, partim ex Gretſero de Cruce, partim ex aliis, in medium attulerunt, quibus quæſtioni ſatisfactum fuiſſe viſum eſt. Enimvero, ut plenior notitia rei habeatur, concinnavi & ipſe ex variis ſcriptoribus hiſtoriolam; alii dicent, fabulam; parum hoc refert, dummodo ſciamus, quid alii autores de hac eadem re commentati ſint. Eam, cum non obvia cuicumque ſit, ad te mitto, in hunc fere modum digeſtam. Adamus, perendie ex hac vita exceſſurus, quum multis afflictaretur doloribus, Se-

B tho: Proficiſcere, ait, ad Paradiſum, & pete ab Angelo qui ibi eſt, uno ex Cherubinis, ut tibi oleum miſericordiæ, quod mihi Deus, cum e Paradiſo ejiceret, ſe daturum promiſerat, antequam e vita migrarem. Promptus iter ingrediar, reſpondit Sethus; tantum viam mihi ignotam edicito, verbaque da, quibus Angelum compellabo. Vallis Hebronis petenda eſt; ibi viam invenies; quam ex veſtigiis parentum agnoſces; illis etenim calcata terra, propter peccata, nullam unquam herbam reddidit, nec reddet: illa te recta conducet ad locum. dicito, imminere mihi mortem, ideo mittat miſericordiæ oleum. Obedit Sethus; & in Hebrone veſtigiis patris agnitis, odore, qui e Paradiſo efflabat, repletus, concitus ad portam pervenit. petentique Angelo, quid quæreret; reſpondit:

C Pater meus Adamus, vitam faſtidiens, me miſit, ut miſericordiæ oleum, quod Deus, illum ejiciens ex hoc loco, promiſerat, exhibeas. Tum Angelus: Ingerito caput huc, notatoque, quæ videris. Ingeſto capite, videt in medio Paradiſo fontem ingentem, ex quo emanabant quatuor ingentia flumina, Geon, Phiſon, Tigres, & Euphrates; quæ replebant aquis univerſam terram. prope fontem arbor magna excreverat, ramis ſurculiſque obſita, direptis foliis & decerpto cortice nuda, nudum lignum. quod aſpiciens, animum alloquitur ſuum: Arbor hæc propter parentum meorum peccata foliis & cortice denudatur! Et, quod viderat, Angelo indicat. Jubente Angelo, ut rurſus, quemadmodum antea, caput foramini inderet, obedit; intueturque arboris illius verticem, per aerem protenſum, cæ-

D lum tangere, in eoque ſedere puerulum, in lacrymas, ut videbatur, effuſum. Sethus demiſit oculos, pudore affectus; videtque, ramos arboris retortos, terræque infixos, in infernum penetrare: agnovitque Caini animam. Quæ cum narraſſet Angelo, audit, puerulum illum eſſe Dei Filium, deploraſſeque peccatum Adami, quod eſſet tempore opportuno amoliturus; eumque eſſe oleum miſericordiæ, a Deo promiſſum

Adamo. Redeunti Angelus donavit ex ſemente illius arboris, ex quo manducaverat Adamus, tria grana; & dixit: Poſtquam ad patrem redieris, tribus diebus præter lapſis examinabitur. humato, ingeritoque grana in os ſub lingua. Sethus, quæ vidit, audiitque ab Angelo, patri narrat. Adamus, nuncium mortis præſentiſcens, gaudio geſtiens riſit; quod nunquam ante fecerat; extenſiſque in cælum manibus, Deo gratias egit; & poſt tres dies quievit. Sethus, uti præceperat Angelus, ingeſtis in os granis, eum ſepelivit. Non diu poſt, grana enata ſurculos tres ediderunt, cubito non amplius uno: unuſque ex iis erat cedrus, arbor arborum omnium proceriſſima; alter cupreſſus, arborum fragrantiſſima, ramiſque ſpiſſis ditiſſima; tertius, pinus, foliis denſiſſima, fructum alues producens. Tres hi ſurculi, ad ævum uſque Noe, in ore Adami vixere. Godefridus Viterbienſis, Chron. part. xiv. refert ad Hiontum, filium Noe, *qui in Paradiſum intromiſſus, ſurculos palmæ, abietis, & cupreſſi decerpſerit, variiſque in locis plantaverit; ex quibus, mirabili modo in unum concretis, exorierit arbor, trium illarum naturam referens; ex qua poſtea Crux Domini ſit compacta*. Diſſentit etiam ab aliis, cum non cedrum, ſed palmam vult fuiſſe unam ex illis tribus arboribus. Anno poſt diluvium ducenteſimo naſcitur Noe filius, cui nomen fuit Lerico; hic mole corporis gigantes exæquavit; cum vero ſermo de Adamo incidiſſet, arſit cupiditate ſepulchri illius inviſendi; & ſic petiit Hebronis vallem; & locum attente conſiderans, tres illos ſurculos, ex ore Adami emanantes, conſpexit, & prævaticinatus eſt: Surculos hos ipſe in ſolitudinem deferam; & producent fructum in mundo. Sic ex ore eradicatos, in ſolitudine plantavit, prope Hieruſalem, ubi nunc eſt Iberorum monaſterium, vocanrque Crucem: plantavitque ſeparatim diverſis ac variis locis. illi poſtmodum, ita procurante Numine, in unam coaluerunt arborem, nullo ſigno diviſam, eamque ingentem effecerunt: ſingulis tantum varietas diſcernebatur, cum hæc cedrinis, alia pineis, alia cupreſſinis, aſſimilarentur. Inde poſtea translata eſt a Moyſe in montem Thabor, &, ad tempora uſque Davidis, eo in loco conſtitit. Autor Hiſtoriæ de Inventione ſanctiſſimæ Crucis, e Bibliotheca Auguſtana erutus, edituſque a Gretſero de Cruce, Tom. II. Abraamo plantationem lignorum tribuit; refertque, ſe Beryti, dum de hoc ligno inter Chriſtianos quæſtio haberetur, traditam ſibi Epiſtolam antiqui cujuſdam Hebræi, in qua hæc habebantur: δύο ποταμοὶ ἐν παλαιστίνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἑνούμενοι, ὅ τε ἰὸρ, καὶ ὁ δάνος, ἕνα ποταμὸν τὸν ἰορδάνην ἀποτελοῦσιν, ἀπό τε τῆς ἑνώσεως τῶν ὑδάτων, ἀπό τε τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων τὴν ὀνομασίαν κληρωσαμένου τοῦ ποταμοῦ. μεταξὺ δὲ τῆς ἑνώσεως τῶν ποταμῶν, πλησίον δηλαδὴ τῶν δύο μίξεων διερχόμενος τῷ τότε χρόνῳ τοῦ μεγάλου Ἀβραάμ, ἐγένετο εὑρεῖν αὐτὸν τινὰ σκηνίτην, κτηνοτρόφον ὀδυρόμενόν τε καὶ κλαίοντα ἐπὶ ἀτόπῳ ἁμαρτήματι. πρὸς ὃν ὁ μέγας Ἀβραάμ, εἰ βούλει, φησὶν, ἀδελφὲ, τὸ θεῖον ἐξιλεώσασθαι τρεῖς δαλοὺς ἔνεγκαί μοι. τούτου δὲ γενομένου, καὶ ὡς ἀπὸ ἡμίσεως σταδίου τῶν ἀμφοτέρων ποταμῶν ὑποχωρήσαντος τοῦ Ἀβραάμ, θεὶς αὐτοὺς κατὰ τρίγωνον σχῆμα, ὡς διεστάναι ἀπ' ἀλλήλων ὀργυιὰν μίαν, φησὶν, ἐφ' ἑκάστην ἡμέραν ἕκαστον τῶν δαλῶν ποτίζων ὑδρίαις ἀνὰ τεσσαράκοντα, ἄχρις οὗ ῥιζωθέντες οἱ δαλοὶ ζωωθῶσι, γνώσῃ ἐσομένως, ὡς ἱλάσατό σοι Θεὸς σου ἐστίν. εἰ δὲ μὴ, αὖθις πάλιν ὄψομαί σε, καὶ τὰ προσήκοντα διδάξω. ὁ δὲ τὸ προσταττόμενον ἐποίει, καὶ τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν πληρωθεισῶν οἱ δαλοὶ ἀνέφυον, καὶ αὐτὸς ζωοπυρηθεὶς πρὸς τὸν μέγαν Ἀβραὰμ ἐπὶ τὴν δρῦν ἀπῄει. τούτους τοὺς τρεῖς δαλοὺς βλαστήσαντας εἰς ἀμφότερον ἑνωθῆναι λέγουσι, καὶ τὰς μὲν ῥίζας διακεχωρισμένας ἔχειν, καὶ τὰς κορυφὰς ὁμοίως ἀπ' ἀλλήλων διατείνειν, τὸ δὲ τῆς μέσον ἅπαξ ἓν εἶναι καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, μὴ δ' ὁπωσοῦν ἔν τινι τέχνῃ χωρισθῆναι δυνάμενον. *Duo fluvii apud Palæſtinos in unum coeuntes, Jor nempe & Danes, unum fluvium efficiunt, tum a collione aquarum, tum a compoſitione nominum nuncupatum. In ſpacio itaque illo, in quo flumina uniuntur, cum et ævi prætergrederetur magnus Abrahamus, invenit quendam, in tentoriis habitantem, & jumenta paſcentem, pro magno crimine ac ſcelere illacrymantem ejulantemque. cui magnus Abrahamus: Si vis, ait, frater, Deum ſibi propitium reddere, affer mihi tres titiones. Ubi ille attulerat, medium ſtadium ab utriſque fluminibus ſecedens, triangulari figura digeſſit, ita ut unus ab alio ulna diſtaret ulna, jubetque ſingulis diebus ſingulos titiones quadraginta aquæ hydriis irrigari, donec radicibus in terram immiſſis titiones vivere inciperent. Tum ſcito tibi Deum propitium redditum. Si id non ſucceſſerit, rurſum reviſam, inſtruamque quod opus fuerit. Juſſa ille exequitur; completiſque diebus quadraginta, titiones nati ſunt. unde ille reſumptis animis, ad magnum Abrahamum, in quercu commorantem, profectus eſt. Tres hoſce titiones, productis ſurculis, in unam arborem coaluiſſe fama eſt, radicibus quidem diſtinctis ac ſeparatis, verticibus a ſeſe longe diffuſis, medio unico, eoque indiviſibili, nulla arte, nulla machina ſeparabili*. David porro cum ligna ingentia ac longa ad extruendum Templum cædi juſſiſſet, inter alias arbores hæc quoque cæſa eſt. Sed ubi vident artifices, eam triplex arborum genus referre, in minutiores partes noluerunt diffindere: &, re nunciata, David ad montem appellit, & trinam arboris ſubſtantiam admiratus, dixit; Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum per ea ligna ſignificari. conſervavitque lignum, maximoque in honore habuit: ex illo enim victoriam mundo, & univerſæ domui ſuæ, præſagiebat. Conductam itaque cum aliis lignis, dum ab artificibus fabricæ applicaretur, admirationem omnibus movit. Aptandum ſiquidem operi, dum menſurabatur, reſpondebat ſpacio; ct collocatum, infra menſuram erat, nec ſpacium explebat: & quum variis modis æquaretur, ſemper tamen loco, cui exæquatum fuerat, ineptiſſimum reperiebatur. Cum præterea nec dolabris nec aſciis nec ſecuribus cederet, &, quidquid artifices molirentur, infectum redderet, renunciatur Davidi. qui, precibus ad Deum effuſis, lignum Jeruſalem deferri jubet. ſtatimque per omnes divulgatur, in eo Filium Dei mortem oppetiturum. Hinc ſuper ſtylobate marmoreo, in medio templi, erectum colebatur adorabaturque a Davide, & juſſu illius ab univerſis Sacerdotibus & Judæis, maximo cultu & veneratione. Demortuo Davide, Salomon iiſdem honoribus lignum proſequitur. Joannicius Cartanus in Flore cap. CXLII. ἀκούω ὅτι τὸ αὐτὸ ξύλον μετὰ ἐκεῖ ὅπου τὸ ἀφῆκεν ὁ Δαυίδ. καὶ ἔκαμεν ὁ Σολομῶν μεγάλην ἑορτὴν καθ' ἓν χρόνον. ἔτζε ὥσπερ ἔκαμε καὶ ὁ πατήρ του ὁ Δαυίδ, καὶ ἐτίμησε καὶ ἔχυσε το μὲ μεγάλα χαρίσματα, καὶ τοῦτο ἐδιάβηκε πολὺν καιρὸν, καὶ μίαν ἡμέραν, ἔρχεται μία γυναῖκα, καὶ ἐπέρνα ἀπὸ τὸν ναὸν, ἀμὴ ἀπὸ τοῦτο τὸ ξύλον, καὶ παρευθὺς ἀνάψαν, καὶ ἐπήγεσαν τὰ ῥοῦχά της, καὶ βλέποντας ἐκεῖνοι ὅπου ἦσαν εἰς τὸν ναὸν, παρευθὺς ἀρχίνησαν, καὶ ἐλιθοβόλησάν την, καὶ δαρμὸν τὴν ἐτρόπιασαν, ὅτι τὴν ἐθανάτωσαν. καὶ ταῦτα εἶναι ἡ πρώτη γυναῖκα, ὅπου ἐμαρτύρησεν διὰ τὸν Θεὸν καὶ ἐδάρθη. *Ad hæc erat lignum hoc, ubi collocaverat illud David, & Salomon ſingulis annis magna cum ſolemnitate, quemadmodum & pater illius David, celebrabat & honorabat, maximiſque donariis afficiebat. Idque multos annos perduravit. Aliquando poſtea adveniens mulier, & templum prætergrediens, ligno proximior facta, illico exarſit, & veſtimenta illius exurebantur. Id cum vidiſſent qui in templo erant, ſtatim lapides in eam jecerunt, & verberibus ita acceperunt, ut animam exhalarit. Et hæc fuit prima mulier, quæ, propter Deum, & martyrium ſubiit & virgis mactata eſt*. Autor Hiſtoriæ de inventione Crucis, quod Cartanus Davidi, Salomoni tribuit: Τοῦτο τὸ ξύλον ὡραῖον πάνυ γενόμενον, καὶ ἐν τῇ τοῦ ναοῦ τοῦ Σολομῶντος κατασκευῇ τοῖς τεχνίταις ἀρεστικὸν, καὶ

ἐκ τὸν ναὸν εἰσελθεῖν, οὕτω μὲν κάμινον τῷ μήκει ἀνέφερον ὄν, ἐν δὲ τῷ τείχῃ ἀναβιβαζόμενον κατὰ πολὺ τῶν τειχῶν ἐλείπετο. διὸ καὶ κατεβιβάζετο. τῆς οὖν ὡραιότητος τοῦ ξύλου ἀντεχομένης λίαν ὁ Σολομὼν καὶ μὴ θέλων αὐτὸ ἀνέργητον καταλειφθῆναι, πάλιν μετρεῖ, καὶ αὐτὸ τῷ μήκει ὑπερέχον ἦν, ὡς δὲ ἀναβιβασθὲν πάλιν κολοβὸν ἐφάνη. ἔγνω δὲ ὁ Σολομὼν θείας προνοίας ἔργον εἶναι τὸ γινόμενον. ὅθεν καὶ εἴσω τοῦ ναοῦ ἀντὶ καθίσματος κατατίθησιν εἰς τὴν τῶν παρατυγχανόντων ἀνάπαυσιν. ἀπαρτισθέντος δὲ τοῦ τοιούτου ναοῦ, καὶ τοῦ βασιλέως Σολομῶντος τὰ τούτου κάλλη τῇ Ἐρυθραίᾳ Σιβύλλῃ πρὸς θαῦμα ὑποδεικνύντος, καὶ ἐν τῷ εἰρημένῳ ξύλῳ καθεσθῆναι σὺν αὐτῷ παρακαλουμένη, αὕτη προφητικοῦ χαρίσματος ἔμπλεως οὖσα, τὴν μὲν καθέδραν ἀπείπατο, πρὸς δὲ τὸ ξύλον ἔφησεν. ὦ τρισμακάριστον ξύλον, ἐν ᾧ κρεμασθήσεται Χριστὸς ὁ βασιλεὺς καὶ Κύριος. τούτων τῶν ῥημάτων κατήκοος γεγονὼς ὁ βασιλεὺς, εὐθὺς ἔστησεν αὐτὸ ὄρθιον κατὰ ἀνατολὰς, καὶ περιβάλλει αὐτῷ τριάκοντα στεφάνους ἐξ ἀργύρου καθαροῦ. ἵστατο οὖν τὸ ξύλον, μέχρι τοῦ καιροῦ τῆς Ἰησοῦ σταυρώσεως. καὶ τούτους φασὶ τοὺς στεφάνους αἰτῆσαι τὸν τούτου μαθητὴν, ὃς καὶ προδέδωκεν αὐτὸν τοῖς πατράσιν ἡμῶν. οἱ λοιποὶ τούτων ἀφαιρεθέντων πάλιν γυμνὸν κεῖσθαι τὸ ξύλον, καὶ ἀνενέργητον. ἕως καὶ μετὰ τὸ ἄχρηστον αὐτοῦ οἱ τὸν σταυρὸν ὀφείλοντες κατασκευάσαι τέκτονες, τοῦτο αἰτησάμενοι τὸ μετὰ τῆς Σιβύλλης προῤῥηθὲν ἐβεβαίωσαν. *Lignum hoc cum pulchrum admodum excreviſſet, perplacuiſſetque artificibus in extructione templi Salomonici, exciſum eſt, introductumque in templum. quod cum infra jaceret, longitudinem exæquabat; tecto admodum contractius curtiuſque reperiebatur, nec muros amplectens; propterea dimittebatur. De hujus pulchritudine mire complacitus Salomon, & in tanto opere locum illi exoptans, denuo menſurat, & menſura longius invenit; appoſitum poſtea, loco minus fuit. Cognovit Salomon, opus hoc divinæ eſſe providentiæ; unde illud intra templum reponit, ut advenientibus ſedilis vicem præbeat. Perfecto templo, & Salomone Rege illius ornatum Erythreæ Sybillæ commonſtrante, jubenteque ut una ſecum eodem in ligno ſederet, illa, divino ſpiritu plena, ſedere quidem recuſavit, ad lignum vero reverſa, dixit: O ter beatum lignum, in quo mactabitur Chriſtus Rex & Dominus. His auditis, Rex, ſtatim illud verſus orientem ſolem erexit, & triginta corollis ex puro argento cinxit. Illudque ita perſtitit ad paſſionem Dominicam. Has corollas deinceps petiit illius diſcipulus, qui eum tradiderat patribus noſtris, obtinuitque: & ſic demptis illis, lignum nudum, nulli uſui permanens, ab illis, qui Crucem exædificaturi erant, petitum obtentumque eſt, &, quod Sybilla fuerat prævaticinata, conſtabilitum.* Sed Joannicius non poſt multas paginas, ſui oblitus, alia de Salomone nobis obtrudit, cap. CXLIV. Ipſum audiamus: ἕως καιροῦ ἦλθεν ἡ βασίλισσα αὐτοῦ ἡ Σαβά, ἤγουν ἡ Σιβύλλα εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὸ ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν τοῦ Σολομῶντος. καὶ αὐτὴ βλέπουσα τοῦτο τὸ ξύλον ἐκεῖ ἐν τῷ ναῷ ἐῤῥιμμένον, ὅπου τὸ ἐπατοῦσαν ὅλοι, καὶ ἐκάθηντο ἐπάνω το, ἐπροφήτευσε διὰ αὐτὸ καὶ εἶπε τὸ Σολομῶντι, πολλὰ σημεῖα θέλει κάμνει, καὶ ἔτζι ὥσπερ εἶπεν ἔτζι καὶ ἔγινε. καθὼς καὶ ὁ Σολομὼν δὲν ἔζησε νὰ τὰ ἰδῇ. πλὴν δὲ αὐτὸς ἠθέλησε νὰ τὸ κρύψῃ, μετὰ νὰ μὴ κάμῃ τὰ θαύματα, καὶ τὰ σημεῖα ὅπερ προεφήτευσεν αὐτὸ ἡ θαυμαστὴ Σιβύλλα. ἀλλὰ καὶ ἂν τὸ ἐκρύψῃ, ἐφάνη τὸν καιρὸν ὅπου ἤθελαν νὰ γενοῦν. καὶ λέγει το, ὦ σοφώτατε βασιλεῦ, ἴξευρε, ὅτι εἰς τοῦτο τὸ ξύλον θέλουσι ἰδῇ μεγάλα θαύματα. καὶ μηδὲν τὸ παραπῇς ἐδῶ. λέγει ὁ Σολομών. ὁ πατήρ μου τὸ ἔφερεν, καὶ

A ἐκράτει μεγάλην τιμὴν, καὶ ἐγνώριζεν καλήτερα παρ' ἐμέ. ἀμὴ εἶχεν μοι εἰπῇ, ὅτι ἤθελεν νὰ τὸ κάμῃ δουλεία, καὶ ποτὲ δὲν ἐμπόρει νὰ τὸ πάρῃ τὸ μέτρον, ὅπου νὰ γένῃ καλὸ, ἢ νὰ βαλθῇ εἰς κάμμιαν δουλείαν. καὶ πολλαῖς φοραῖς τὸ ἐμετροῦσαν οἱ μαστόροι, καὶ ἀπέμενον γελασμένοι. *Cum veniſſet Regina Saba, Sybilla nempe, Hieruſalem, ut audiret ſapientiam Salomonis; videns, lignum hoc in templo temere neglectum, adeo ut ab omnibus conculcaretur omneſque, in eo conſiderent, de eo prævaticinata eſt multa, quæ ita acciderunt ut ipſa dixerat, licet Salomon, vita functus, ea non viderit. attamen ante quam ipſe diem obiret, illud occultare voluit, ne mira perficeret, ſignaque compleret, quæ prædixerat admirabilis illa Sybilla. Et licet ille obtexerit, tempore tamen, quo illa eventura erant, apparuit. Et dixit illa: Sapientiſſime Rex, ne te fugiat, multa ingentia eaque mira in hoc ligno eſſe perpetranda.*

B *ne itaque illud hic tenens. Reſpondit Salomon: Pater meus huc detulit, & maximo honore proſequebatur, & me multo melius cognoſcebat: qui mihi aliquando retulit, voluiſſe ſe operi adaptare, nec unquam potuiſſe menſuram illius ad amuſſim deprehendere, ut poſſet accommodari aut operi inſervire. & licet ſæpius id artifices commenſurarent, in opere tamen ipſo luſiſſe operam viſi ſunt.* Cum abiiſſet Sybilla, ſermones illius Salomon in memoriam revocatus, falſique eos prehendi procurans, altum puteum pro viribus effodit, in eumque projecit lignum, os putei calce cæmentiſque aliis ingenioſiſſime obſtruens, ne in poſterum ligno reperto vaticinium compleretur. Poſt multos annos aqua excreſcens, pelluſque partem putei, alias etiam ævo confecti, disjecit; & lignum apparuit, aquis innatans: quas ſingulis an-

C nis Angelus adveniens conturbabat, &, qui ex infirmis prius ſe laviſſet, tanti ligni virtute, a quacunque ægritudine liber ad ſanitatem redibat: & nuncupabatur locus Porticus Salomonis. Non multum poſt tempus, extractum inde lignum, iis, qui templum petebant, foſſæ tranſitum, velut ponticulus, conjungebat. Puteum vero vocabant Natatoriam Siloe. Et tandem, cum Judæi lignum ingens quærerent ad Cruci Chriſtum figendum, illud aſſumpſerunt. Hæc paulo aliter narrant Hiſtoria ſcholaſtica & Carthuſianus. Ajunt, *de ligno, quod tranſeuntibus per torrentem Cedron pontis loco erat, a Regina Saba ad Salomonem veniente prædictum, fore tempus, ut in eo ſuſpenderetur, qui Salomonem ſapientia & intelligendi acumine longe antecederet, & cujus mors exitium Judæorum regno adferret: hocque vaticinio*

D *motum Salomonem, lignum eo in loco defodiſſe, ubi poſtmodum facta ſit Probatica piſcina; & ſub ipſum paſſionis Dominicæ tempus lignum illud, tot annorum centuriis ſepultum, ex profundo emerſiſſe, & a Judæis in Crucem Chriſto efformatum & concinnatum eſſe.* Et hæc quidem de terno Crucis ligno e variis ſcriptoribus per me tum recollecta hiſtoriola eſt. quæ licet non approbata, non diſplicuit tamen: videbatur enim neſcio quid reconditi & peregrinitatis in ſe continere. Hæc volebam, neſcius ne eſſes. Tuum fuerit poſthac, cum per tempus licuerit, ea commodius examinata, vera a falſis, & probabiliora ab improbabilioribus ſecernere, ſimiliſque traditionis originem excutere. Vale, vir optime. Romæ xx. Julii CIↃ IↃC XXXXVII.

LECTORI
BARTOLDUS NIHUSIUS.

Occaſione diſſertatiunculæ hujus quaſi ænigmaticæ de lignis ſanctiſſimæ Crucis, cui affixus mortem oppetere voluit Salvator mundi, ſubdere lubet paucula. Quid in Apoſtolico Symbolo ſit Eccleſia Catholica Chriſtianis iis, ad quos ego me pertinere profiteor, neminem fugit. Atqui hæc ipſa Eccleſia, per ſuos Exorciſtas, pellit Genios infernales: de quo nec minus conſtat publice. Cœtuum autem, ab ea averſorum, neutiquam id ullus ita præſtat. quid ergo faciunt? noſtrum in Diabolos imperium iſtuc divinitus eſſe nobis conceſſum, inficiantur tantum; & calumniis hic, lividorum ritu, proſcindunt, quam dixi, Eccleſiam; rationibus equidem nihilo ſanioribus nixi, quam olim Judæi & Ethnici, quoties cernebant ſuis oculis, Chriſti ipſiuſmet ope Apoſtolorumque miniſterio liberari a monſtris illis Energumenos. Eccui ergo non fiat hic multum & vero ſimile & credibile, ſolam eam Eccleſiam Catholicam noſtram eſſe domum Dei, unde tranſitus detur in cælos? Quam rem quum nec raro nec fruſtra quibuſdam inculcaverim in tempore & loco; ſciſcitatus denique animi cauſa fui ex Leone Allatio meo, numquid non & Græci, ſaltem qui Catholici ſint, profligent æque ſpiritus Tartareos, ac Latini noſtri. Et reſpondit mihi vir humaniſſimus piiſſimuſque, familiaribus ut ſolet verbis, de Cruce quadam referentibus id, quod memoratu cenſemus haud inopportunum, hodie certe, dum nunciatur victoria de Turcie, quam conſequuta, Numinis beneficio, duobus abhinc menſibus, claſſis Veneta, propugnatrix Candiæ Dabam X. *Septembris* CIↃ IↃCLI.

EX

EX LEONIS ALLATII

Literis.

FErme oblitus fuiſſem, quod primo loco ſignificandum erat. Græci omnes in ſacris, ritu qui præſcribitur in Euchologio, ſuper obſeſſis a Dæmone legunt exorciſmos. Et hac tempeſtate, prius divino officio & Miſſæ ſacrificio abſoluto, ſi Sacerdos eſt qui rem peragit, ſtola, ſi Præſul, humerali ornatus, ſuper ægros Evangelia quatuor legit; tum demum exorciſmos per plures dies continuat. Sed liberatne? De meo nihil hic adſeram, cum non viderim ſimile. Interrogavi ergo Præſules Græcos. illi, etiam interpoſita jurisjurandi fide, aſſeruerunt, modo jam dicto plures vexatos, & ab aliis & a ſe liberatos; nunquam in poſterum ſimili peſte afflictos. Addebat non nemo, Cretæ ſe inter exorciſmos quæſiiſſe ex Dæmone, an eſſet abiturus; reſpondiſſeque eum: Abibo omnino, ſed non a te compulſus; namque tu prius alio recedes. Quod & factum eſt: etenim poſtero die, negotiis ita poſtulantibus, alio migrare coactus, rem Sacerdoti alteri reliquit; qui, proſequens preces, Dæmonem expulit. Ac ſimilia plurima indies paſſim & ubique per totam Græciam ajebat conſpici; eſſeque in Creta inſula oppidum prope Rhethymnam urbem, (*Saituræ oppido ei nomen eſt*,) in cujus pervetuſta eccleſia conſervetur Crux ferrea, mediocri magnitudine, male comta impolitaque, & ferrugine ſua male exeſa, ſed maximi cultus apud indigenas externoſque; illiuſque ope innumeros, poſt abſolutas preces atque exorciſmos, liberari. Addebat præterea quod admiratione non caret, comperta ſe narrare aſſeverans, conatos hanc Crucem pios homines in meliorem formam redigere, extrinſecus inaurare, auro argentoque includere, gemmis aliiſque precioſis lapidibus adornare, mira fortunarum ſuarum profuſione, adeoque etiam in celebriorem urbem & locum deferre, & conatos quidem ſæpius, at fruſtra; quicquid enim ei apponebatur vel appendebatur, poſt non multas horas projectum id in terram, ipſamque Crucem, delatam, ſequente alio die deprehenſam repetiiſſe locum priſtinum; & indigenas tenere traditione, aliquid ex clavis Salvatoris noſtri fuiſſe additum a fabro. Seduloque ingemiſcebat Præſul iſte, ex imo pectore ſuſpiria ducens, anxiuſque, quid de Cruce ea miraculoſa factum hodie in tanta illius inſulæ mutatione, præſertim quum oppidum iſtud in poteſtatem Turcarum veniſſet. Sed quid? an Domino deerit modus hunc theſaurum conſervandi? Et hæc de iſta Cruce hic obiter narraſſe me, non tibi diſplicebit, puto. Ego bene valeo, ut ſenes ſolent & ſenectus permittit; ſi in ſenectute, quæ ipſa morbus eſt, bene valere quis poteſt. Vale & tu, φίλη κεφαλή. Romæ, XXVIII. Aprilis CIↃ IↃC LI.

R I T U A L E
ECCLESIÆ ÆGYPTIACÆ
SIVE COPHTITARUM,

Q U O D

Juſſu Cardinalium

S. Congregationis de propaganda fide,

ex lingua Copta & Arabica in Latinam tranſtulit

ATHANASIUS KIRCHERIUS

e Societate Jeſu minimus Presbyter, Anno CIↃ IↃCXLVII.

A D

Clariſſimum, & zelo orthodoxæ fidei inſignem,

BARTOLDUM NIHUSIUM.

Digitized by Google

CLARISSIME
VIR.

MIſſum eſt nou ita pridem ex Ægypto, ad Sacram Congregat. de propaganda fide, Rituale quoddam Monachorum Cophtitarum. quod cum Oedipum requireret, qui & linguam, ignotam hucuſque, interpretari, & characteres exoticos legere poſſet, uec inveniretur; ego, Oedipi loco, manus operi admovere juſſus, id, Dei bonitate, exiguo temporis ſpacio interpretatus, Latini juris feci. Et liber quidem cum ſit vetuſtiſſimus, vetuſtiſſimoſque Ægyptiacæ Eccleſiæ ritus iu conferendis Ordinibus exhibeat; dignus; omnium opinione, viſus eſt, qui mox, in Eccleſiæ bonum, & ad Hæreticorum noſtri temporis confuſionem, prodiret. At vereor, ue is, ut pleraque alia, blattis & tineis conſecratus, dum nullus ſit qui hujus rei curam ſuſcipiat, æternum lateat. Cum itaque ex aliis tuis ad me datis literis jam dudum intellexerim, te circa veteris Eccleſiaſticæ diſciplinæ argumentum ſummo zelo verſari, & jam alias, a me ſimilis argumenti materiam tibi communicari, inſtanter poſtulaveris; promiſſis meis ſtandum cenſui. Mitto itaque, hiſce incluſam, dicti Ritualis ex Copta, ſive Ægyptiaca lingua, in Latinam, tranſlationem; ut ſi eam ad honorem Dei, Eccleſiæ Orthodoxæ bonum, Hæreticorumque confutationem, aliquid poſſe judices, reliquis tuis inſertam, publicæ luci committas. Atque ſi hæc non tibi diſplicuiſſe, intellexero, dabo operam, ut multa alia hujus argumenti, veluti Liturgias Cophtitarum, ſimili intentione tranſmittam. Rituale totum Copta lingua conſcriptum eſt, præter Exhortationes, quas ex Arabico tranſtuli. Rubricas facile ex contextu ſermonis colliges. Adjunxi hiſce parvulam ſchedulam, ab Abyſſinis Sacerdotibus, de ritibus in Eucharistia adminiſtranda apud ipſos uſitatis, propria manu conſcriptam; ut, ſi tibi ſervire poſſit, videas. Nihil porro reſtat, niſi ut me gratiæ & favori tuo unice commendem. Romæ, IX Novembr. CIↃ IↃC XLVII.

Tuus, quem noſti, ſervus,

ATHANASIUS KIRCHERIUS,
e Soc. Jeſu.

In Nomine

Patris & Filii & Spiritus Sancti

DEI unius.

LIBER RITUUM CONSECRATIONIS SIVE ORDINATIONIS AD SACERDOTIUM, TANTUM.

ORDINATIO ANAGNOSTÆ SIVE LECTORIS.

Stet Ordinandus ſine tunica ante Altare, capite obvelato, profunda cervicis inclinatione. Epiſcopus autem ſtet ſupra gradus Altaris. &, qui præſentant eum, detrahant ei operimentum.

Epiſcopus vero dicit eis: Vosne teſtamini, quod hic in veritate dignus ſit hujus Ordinationis? *Et teſtantur, dicentes*: Immo, o Pater noſter, dignus eſt. *Epiſcopus autem accipit novaculam, & tondet caput ejus in quinque Cruces; in medio unam, & quatuor in lateribus; dicendo*: In nomine Trinitatis ſanctæ. *Deinde dicit gratias; & acceptum thymiama benedicit; & converſo vultu verſus Occidentem, hanc orationem dicit*: Supplices te rogamus & obſecramus, o Domine, Domine Deus, accipe ſervum tuum (*talem*) Anagnoſtem in Eccleſiam tuam: ſit intellectus ejus ſuper juſtitiis & æquitate tua: da ei timorem ſervitutis tuæ: pone eum dignum, qui contrectet vaſa ſacra; ut ſit Anagnoſtes ſive Lector venerabilis ante te; & in hoc conſequatur gratiam tuam, cum omnibus, in quibus tibi complacuiſti ab æterno. Quia miſericordia, exiſtens in voluntate tua, eſt tibi incrementum honoris & venerationis ab unoquoque eum cultu & adoratione; o Pater & Fili & Spiritus ſancte.

Hoc peracto, dicit Archidiaconus: Orate.

Epiſcopus autem, converſa facie in Orientem, hanc orationem dicit: O Deus, dives in donis tuis; qui benignum te præbes ſuper Eccleſiam tuam in Ordinatione, & ſtatuis eos ante te in ea per hoc myſterium: en ſervus tuus (*talis*) cum omni puritate & munditia, ſervus tuus (*talis*) quem vocaſti ad officium Lectoris: dignum eum fac, & imple eum omni ſapientia & intellectu. C ut meditetur in eloquiis tuis divinis, & in officio *Lectoris*. Conſerva eum in dignitate ejus ſine defectu. Perfice eum in donis tuis ſine moleſtia & difficultate, in miſericordia tua, una cum Filio tuo unigenito & Spiritu ſancto. Amen.

Converſus ad Occidentem, tenet tempora ejus, dicens: Deus magnus amator hominum, qui tenes omnia manu tua, & fundis Spiritum tuum ſuper unumquemque; cujus poteſtate omnia continentur; manifeſta faciem tuam ſuper ſervum tuum hunc, in conſpectu tuo ſtantem, quem tuo aſpectui ſiſtimus (*ſive* præſentamus) ut prædicet eloquia tua ſancta, tam veteris quam novi teſtamenti, populo tuo, & doceat eos hunc ſanctum verbum tuum, in quo eſt ſalus & ſa- A nitas animarum. Benignum te fac, o Domine, oſtendendo ei pulchritudinem ſplendoris tui: perſpicax fac cor ejus in lumine & ſplendore tuo: da ei cor humile, ut legat, & inquirat in eo intelligentiam & prudentiam: qui vero audiunt eum, gloriam & honorem dent regno tuo; o Pater & Fili & Spiritus ſancte.

Converſus ad Occidentem, tenet tempora Ordinandi, dicens: O Domine Deus, cujus Filius omnipotens: tu qui præceſſiſti tempore, ut cognoſceres gradum (*ſive* numerum) electorum tuorum in mundo, & incepiſti ut hominem vocares: ſuccurre inopiæ ſervi tui: da ei ſapientiam, ut prælegat legem tuam populo tuo: tu nunc etiam ſuccurre ſervo tuo (*tali*) qui ſignatus eſt in Anagnoſten: concede ei ſapientiam & ſpiritum propheticum, ut operetur verba tua B in meditatione ſancta, populo tuo in bonitate, ſine exacerbatione, per gratiam & charitatem hominis, qui eſt Filius tuus unigenitus, Dominus noſter & Salvator noſter Jeſus Chriſtus.

Poſt hæc dabit librum, ut portet Evangelium ſupra pectus; & oſculetur altare. manus autem Epiſcopi, & præſentes cum eo. Tunc declarant ei Sacramenta ſancta. Ille vero (ſcil. Epiſcopus) non ponit ſuper eum manum, ſed tantum legit ſupra eum hanc exhortationem.

Exhortatio ad Anagnoſten, poſt ritus peractos.

O Fili. hæc eſt prima manſio Ordinatorum: vocaturque ingreſſus ad eam. Stude igitur, ut ſcias eam unicam. Una hæc ex rivulis Eccleſiæ ſanctæ, quæ eſt ex ipſo Deo, liberaliter diffundente ſuper eam gratias ſuas; ut & tu præbeas populo ex iis. Et quia hoc opus arduum eſt, neceſſe eſt, ut erigas teipſum, & præpareris, ut ſis inſtar lucernæ fulgentis ſupra candelabrum ſuum, & repleas auditum auſcultantium te, iis quæ legiſti, & quæ de iis prælegeſ eis. Sis ſollicitus, ut omni tempore recorderis verbi Domini, juxta id quod dicitur: Qui legit, intelligat: ut, qui ad hanc Ordinationem conſtituerunt te, videant bonam converſationem tuam, ædificenturque exemplo tuo, & tandem promoveatis ad gradum majorem hoc; qui vero præſentarunt te, glorientur in te, & teſtimonium præbeant bonitatis tuæ in omni tempore, in veritate, in Domino noſtro Jeſu Chriſto: quem decet laus, honor & adoratio, cum Patre ſuo & Spiritu ſancto, nunc & in o-

Digitized by Google

A mni tempore in ſecula ſeculorum, Amen. Laus datori intellectus.

C T N Θ E O N.

ORDINATIO SUBDIACONI.

Cum vocatur Subdiaconus, ſtabit is ante altare, ſine tunica, profunda inclinatione capitis; & adorabit ille, & qui producunt eum in medium, ante Epiſcopum. &, ipſo ſtante ſupra gradus altaris, dicit Epiſcopus benedictionem; & accipit thymiama, & benedicit illud: deinde dicit hanc Orationem, converſa facie ſua in Orientem:

Domine Deus virtutum, qui duxiſti & feciſti nos portionem hujus miniſterii, qui eligis intellectum hominis, & ſcrutaris corda & renes: exaudi nos in multitudine gratiæ & benignitatis tuæ: B purifica nos ab omni iniquitate corporis & ſpiritus: diſſipa in amore peccata noſtra & iniquitates noſtras, caliginis & nebulæ inſtar: imple nos virtute tua divina, & benignitata Filii tui unigeniti, & operatione Spiritus ſancti, ut condigni ſimus miniſterii hujus teſtamenti novi, ut locupletemur in meritis, & exaltemus nomen tuum ſanctum, & ut ſtemus & miniſtremus miniſterium beneplaciti tui divini: ne computes nos inter eos, qui communicant peccatis alienigenarum, ſed concede nobis, o Domine, ne operemur quod non licet; ſed da nobis cognitionem, ut loquamur quod expedit, & accedamus ad altare tuum ſanctum. Ecce accedit ad te Subdiaconus ſervus tuus (*talis*) ſtans hic perfectus, exſpectans dona tua cæleſtia. quia tu bonus es, multæ miſericordiæ omnibus qui invocant nomen C ſanctum tuum; quod potens eſt, & poteſtas tua cum unigenito Filio tuo Jeſu Chriſto Domino noſtro, & Spiritu ſancto. Amen.

Dicit Archidiaconus. Gratia complente defectus noſtros, venit ad me frater, quem ſtipamus, ei applaudentes, ut tollamus nomen ejus ſuper hunc gradum & hanc Ordinationem, quæ eſt Subdiaconatus in Eccleſia Dei ſancta: hæc eſt, quæ liberavit nos a maximis periculis & laboribus. Orate omnes hic præſentes, ut veniat ſuper eum Spiritus ſanctus in verbis noſtris.

Omnes dicant tribus vicibus, O Domine, miſerere.

Epiſcopus autem, converſa facie ſua ad altare, hanc Orationem dicit: Quæſo, o Domine, pone eum dignum vocatione Subdiaconatus, ut pro meritis a charitate tua, homini conceſſa, glorificet nomen tuum ſanctum, & ſerviat tibi, & D adminiſtret ſanctum altare tuum, & accipiat miſericordiam in conſpectu tuo: quia miſericordia & benignitas gratiæ tuæ ante te, & gloria & honor te decet, cum Filio unigenito, & Spiritu ſancto. Amen.

Hic converſus Epiſcopus ad Occidentem, tenens tempora Subdiaconi, dicit hanc Orationem: O Domine Deus omnipotens, qui purificaſti, in tabernaculo teſtimonii, decorem templi, eoſque qui ſervant vaſa ſacra: ta nunc etiam, o Rex noſter, manifeſta faciem tuam ſuper ſervum tuum (*talem*,) qui datus eſt, ut ſit in judicium juſtificationis omnibus, qui præſentant eum. Reple eum Spiritu ſancto, ut dignus ſit, qui contrectat vaſa miniſterii hujus, & ſtet ad portas templi (*Oſtiarius ſit*) & accendat lucernam fulgidam domui orationis tuæ. Planta eum in E Eccleſia tua, ſicut arborem olivam, proferentem fructum ſanctificantem omni tempore; ſpeculum juſtitiæ in jucunditate.

Deinde, converſa facie ſua ad altare, dicit: Reſpice, o Domine Deus, ſupra miniſterium noſtrum: mundifica nos ab omni iniquitate: & mitte gratiam tuam ſuper ſervum tuum (*talem*) ut dignus efficiatur ante te, qui perficiat miniſterium Subdiaconatus indeclinabiliter; ut abundet in gratia tua, cum omnibus, in quibus tibi complacuiſti ab æterno. jam vero miſericordia in beneplacito tuo eſt; teque decet honor & gloria & adoratio ab omnibus, o Deus & Fili & Spiritus Sancte. Amen.

Converſus ad Occidentem, ſignat frontem ejus pollice ſuo, dicens: Vocamus te in Eccleſiam Dei ſanctam. Amen.

Dicit Archidiaconus: Hic Subdiaconus in Eccleſia ſancta Dei. Amen.

Epiſcopus vero alta voce dicit: Vocamus te (*o talis*) Subdiaconum in Eccleſia (*tali*) in civitate (*tali*) nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.

Epiſcopus facit duas Cruces ſupra faciem ejus, invocando Trinitatem. deinde converſus ad Orientem, dicit: Gratias agimus tibi, o Rex noſter omnipotens, per omnia & in omnibus; laudamus & glorificamus nomen tuum ſanctum, qui feciſti nobiſcum magna, & audiviſti in juſtificationibus tuis ſervum tuum (*talem*.) Supplices te deprecamur, o Rex noſter; exaudi nos propter multitudinem gratiæ tuæ; & complaceat tibi, ut ſit benedictio in Subdiacono ſervo tuo (*tali*.) conceda ipſi veritatem, & munda eum, & perfice eum in omni re miniſterii hujus; ut ſervetur in ſpe tua bona per gratiam Filii tui unigeniti, Jeſu Chriſti Domini noſtri. hic qui, &c.

Poſtea Epiſcopus converſus ponit veſtem ſuper humeros ejus, dicens: Gloria & honor nomini ſancto tuo, o Pater, Fili, & Spiritus ſancte, conſubſtantialis. Pax ejus & intelligentia ſupra Eccleſiam ſanctam. Amen.

Atque hæc ex Cophto originali.

Qualitas Subdiaconi. ex Arabico.

Sint ipſi virtutes Diaconi. ne imponatur ei manus; neque juret; una contentus uxore, cui fidem præbeat, alterius uxorem relinquat; ab uſu & conſuetudine mulierum remotus ſit, utpote mundatus ex lavacro. Laus Deo ſemper.

Exhortatio ad Subdiaconum, peracta Conſecratione. ex Arabico.

O Fili, cum jam ſupra te collatus ſit gradus Subdiaconatus, ad quem conſecratus es; propone tibi eum. hic enim conſiſtit in eo, ut ſequaris Diaconum, & mutuam ipſi operam præſtes in operibus miniſterii: quemadmodum Diaconus quoque imitari debet Sacerdotem. Obligatus igitur es, ut cuſtodias portas domus Dei, quæ eſt Eccleſia; & non ſuſtineas, ut ingrediatur in eam Judæus, neque canis, neque perverſus, hora miniſterii ſancti: &, cum clamaverit Diaconus, non ſtabit detrectans diſciplinam in loco illo, & nemo, cui non ſint explanata Sacramenta ſancta. tu ſollicite cura, ut ſummo ſtudio obſerves portas Eccleſiæ. quia jam tibi collata eſt gratia, ut tractare poſſis vaſa ſacra miniſterii ſancti & impolluti: propterea cognoſce præceptum venerandum, & dona, quæ data ſunt tibi, ſicut ſervus prudens & fidelis, ſciens voluntatem Domini ſui cum omni diligentia; ut conſequaris fructum vocationis tuæ altiſſimæ in Chriſto Jeſu Domino noſtro: cui honor & gloria & adoratio cum Patre ſuo bono, & Spiritu ſancto vivificante, nunc & in omni tempore, & in ſecula ſeculorum. Amen. Laus datori intellectus.

DE ORDINATIONE DIACONI.

Poſtquam præſentator Diaconi ex Sacerdotibus intellexit, eum hoc miniſterio dignum eſſe; præſentabunt eum Epiſcopo, teſtificantes de eo. ſtabit autem præſentatus ante altare coram Epiſcopo, genu dextro flexus ſupra gradus altaris: dicitque Epiſcopus Orationem benedictionis, accipiendo thymiama: & poſtquam benedixit id, hanc Orationem dicit: O Domine Deus virtutum, qui induxiſti nos in ſortem hujus miniſterii, qui conſtituis intellectum homini, & ſcrutaris corda & renes: exaudi nos in multitudine gratiæ & be-

nignitatis tuæ, & eripe nos ab omni coinquinatione corporis & animæ: dele per amorem tuum peccata noſtra & iniquitates noſtras ſicuti nebulam: reple nos virtute divina, & gratia Filii tui unigeniti, & operatione Spiritus ſancti, & ſiamus digni hoc miniſterio novi teſtamenti; ut illud aequamur cum dignitate portantes nomen ſanctum tuum, & ſtemus miniſtrantes juxta beneplacitum tuum divinum. Et ne annumeres nos inter eos, qui communicant peccatis infidelium; ſed concede quod nobis expedit: concede nobis, o Rex noſter, ut operemur quod deceat, & aſſiſtamus altari tuo ſancto. Ecce præſentat ſe tibi Diaconus (*talis*) ſtans ſive exſpectans dona tua cœleſtia; quia tu bonus & multæ miſericordiæ in omnibus, qui invocant te: valida enim eſt fortitudo tua, cum Filio tuo unigenito, & Spiritu ſancto. Amen.

Dicit Archidiaconus has preces: Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, perficiens noſtrum defectum in Evangelium Dei Patris & Spiritus ſancti, veniat ſupra hunc (*talem*) qui ingreſſus eſt ad hoc altare, cum timore & tremore adorans, & elevans oculos cordis ſui ſurſum ad te, o habitans in cælis; expectans dona tua cæleſtia, ut transferatur ex Ordinatione Subdiaconatus ad Ordinem Diaconatus in Eccleſia tua ſancta. Oremus omnes, ut veniat ſuper eum donum Spiritus ſancti. O Domine miſerere.

Epiſcopus dicit hanc Orationem, converſus facie ſua ad altare: Quæſo, o Domine, pone eum conſortem vocationis ad Diaconatum, ut per merita dilectionis tuæ, qua dilexiſti homines, portet nomen tuum ſanctum, & ſerviat tibi, adminiſtrando ſanctum altare tuum, & inveniat miſericordiam in conſpectu tuo: quoniam miſericordia & pietas ante te ſunt; & te decet laus, o Pater & Fili & Spiritus ſancte, qui a ſeculo es, ex nunc & uſque in ſeculum.

Converſus ad Occidentem, ponit manum ſuam dexteram ſupra caput ejus, & orat hanc Orationem ſecreto: O Domine Deus omnipotens, verus ſine falſitate in promiſſione tua, dives in omnes qui invocant te, audi nos: petimus enim a te, ut reveles faciem tuam ſuper ſervum tuum (*talem*) præſentatum ad Diaconatum per judicium & juſtificationem eorum, qui eum hic tibi ſiſtunt in medium. Reple eum Spiritu ſancto & ſapientia & virtute, qua repleviſti Stephanum Archidiaconum & Protomartyrem, conformatum doloribus Chriſti. fac eum creſcere in gratia tua: conſtitue eum miniſtrum altaris tui ſancti, ut miniſtret tibi ſecundum beneplacitum tuum, in gradu, quem contuliſti ei; non declinando ad dexteram neque ad ſiniſtram, & ſine ullo peccato; ut dignus ſit alterius gradus, majoris iſto: neque enim gratiam concedis per noſtras manus peccatrices, ſed in viſitatione miſericordiæ tuæ divitis, quæ data eſt ſoli ei, quem tu dignum feceris. Et ecce ego etiam, purifica me a peccatis meis alienis: & redime nos ab omni malo, per mediatorem Filium tuum, Dominum noſtrum & Deum noſtrum & Salvatorem noſtrum, Jeſum Chriſtum, ille qui tecum, &c.

Converſus ad Orientem contra altare, dicit hanc Orationem: Reſpice, o Domine, ſuper nos & ſuper miniſterium noſtrum: & purifica nos ab omni coinquinamento: & mitte deſuper ad nos gratiam tuam ſupra ſervum tuum (*talem*) ut dignus ſit coram te, qui compleat miniſterium tuum ſine defectu; ut abundet in gratia tua cum omnibus in quibus tibi complacuiſti ab æterno. quia miſericordia exiſtit in voluntate tua, & te decet honor ab unoquoque & adoratio, o Pater & Fili & Spiritus ſancte. Amen.

Converſus ad Occidentem, ſignat ejus frontem pollice ſuo, dicens: Vocamus te in Eccleſiam Dei ſanctam, Amen.

Archidiaconus autem dicit: (*Talis*) Diaconus eſt in Eccleſia ſancta, Eccleſia Apoſtolica, Eccleſia Dei. Amen.

Epiſcopus autem dicit: Ordinamus (*talem*) Diaconum ſupra altare, id eſt, ſupra Eccleſiam orthodoxam (*talem*) in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Amen.

Deinde facit Epiſcopus tres Cruces ſupra faciem ejus, in invocatione Trinitatis ſanctæ. Deinde converſus ad Orientem, ita deprecatur: Gratias tibi agimus, o Domine Deus omnipotens: per omnia & in omnibus benedicatur & laudetur ſanctum nomen tuum: quoniam feciſti nobiſcum mirabilia, & dilataſti dona tua ſuper ſervum tuum (*talem*:) te ſupplices exoramus propter charitatem, qua dilexiſti hominem; exaudi nos per gratiam & benignitatem tuam, & complace tibi in ſervo tuo (*tali*) per gloriam Spiritus tui ſancti, & complace tibi in eo, & in populo, poſtulante Ordinationem ejus in puritate & gratia bonitatis tuæ; & voca nos cum eo ad bonum, ut mereamur invenire lucrum talenti; ut ſumamus cum omnibus, qui faciunt voluntatem tuam a ſeculo, mercedem diſpenſationis veri & prudentis œconomi in apparitione Domini noſtri, Dei noſtri, & Salvatoris noſtri, Jeſu Chriſti. ille qui tecum, &c.

Poſt hæc converſus Epiſcopus, ponit baltheum ſupra humerum ejus ſiniſtrum, dicens: Gloria & honor ſanctæ Trinitati, coæquali Patri & Filio & Spiritui ſancto. Pax Eccleſiæ fabricæ uni & ſoli ſanctæ, Apoſtolicæ Eccleſiæ Dei. Amen.

Deinde accedit altare, & manus Epiſcopi cum eo, & omnes qui cum eo præſentes fuerint.

Finis ordinationis Diaconi. Salus a Domino. Amen.

Præcepta ſive Exhortatio ad Diaconum. Ex Arabico.

Scias, o fili benedicte, hunc gradum, quem tibi Deus contulit, eſſe gradum magnum, & miniſterium majeſtate plenum. eſt enim gradus S. Stephani Archidiaconi. ut viſites populum Dei, viduas, pupillos & afflictos, ac conſoleris eos, & juxta poſſe tuum adjuves eos, & ores pro iis. ſis iis in exemplum, ut, videntes opera tua bona, ædificentur viis tuis. Sequaris Epiſcopum & Sacerdotes; & doceas hoſpites & advenas; & viſites eos ſecundum Canonem meum: & honorabis altiorem te in Ordinatione. Qui ſunt Sacerdotes, ſint apud te loco patrum. Sis dignus qui beatificeris in verbo Domini, dicentis: Qui mihi miniſtrat, honorificabit eum Pater meus. & ſicuti dicit Apoſtolus Paulus: Quoniam qui miniſtrant bene, bonus gradus fiet eis & revelatio magna in fide Domini noſtri Jeſu Chriſti. Intellige igitur menſuram & gradum dignitatis, quem contulimus tibi. qui eſt, portare Sanguinem verum qui datus eſt in ſalutem mundi, qui commiſſus eſt manibus tuis. Et laus Deo noſtro, & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto, Domino noſtro. Amen, Amen, Amen.

Tunc Epiſcopus benedicit eum iterum, exponendo illi Sacramenta: & ponit ſuper eum manum tribus vicibus. & omnes Sacerdotes dicunt tribus vicibus, Dignus eſt. *Quibus peractis, dicit Epiſcopus.* (*Talis*) Diaconus conſtitutus eſt ſupra Eccleſiam Dei ſanctam. Amen.

ORDINATIO SACERDOTIS.

Cum volunt præſentare Ordinandum Sacerdotem, teſtificantur primo Sacerdotes de operibus ejus bonis, & de ſcientia ejus in verbo doctrinæ bonæ; & quod ſit manſuetus, conſolator, benignus, & quod uxor ejus talis ſit qualem lex requirit, & ſecundum Canonem; & quod acceperit gradum Diaconatus; & quod ſeparatim gradus, Anagnoſtæ, Subdiaconi, & Diaconi, acceperit. & benedicetur altero die.

Deinde prodit foras, veſtitus veſte Diaconi; & baltheus ſuper humerum ejus ſiniſtrum, coram altari. Stat autem Epiſcopus cum Sacerdotibus. & qui ſeparatus eſt, incurvat genua ſua ante altare. Epiſcopus vero iterum dicit gratiarum actionem, & accipit ſimul thymiama, & orat ſuper illud: converſuſque facie ſua ad altare, dicit hanc Orationem: O Domine Deus, qui venire nos feciſti in ſortem miniſterii hujus; qui conſtituis homini intellectum, & ſcrutaris corda & renes: exaudi nos virtute divina, & gratia Filii tui unigeniti, & operatione Spiritus ſancti; ut ſimus digni miniſterio hoc teſtamenti novi; ut proficiamus in meritis, & nomen ſanctum tuum glorificemus, & miniſtremus Sacerdotium beneplaciti tui ſancti; neque participemus in peccatis infidelium; ſed dele iniquitates noſtras: & concede, o Rex noſter, ne faciamus quod non expedit nobis; ſed da nobis cognitionem, ut loquamur quod oportet, & adſiſtamus altari tuo ſancto. Ecce, venit ad te Ordinandus in Sacerdotem: perfice eum in ſervum tuum (*talem*,) ſtantem & exſpectantem dona tua cæleſtia. quia tu bonus es & multæ miſericordiæ in omnes qui invocant te: qui potens es in poteſtate tua, cum Filio tuo unigenito, & Spiritu ſancto. Amen.

Dicit Archidiaconus: Gratia nominis noſtri Jeſu Chriſti, qui perficit defectum noſtrum per voluntatem Dei Patris; & Spiritus ſanctus, veniat ſuper (*talem*) hunc, qui te ſibi ſiſtit in timore & tremore, & humilis corde, ad altare tuum ſanctum, & ipſe incurvatus tollit oculos cordis ſui ad te o habitans cælos, exſpectans dona tua cæleſtia, ut transferatur ex Ordine ſui Diaconatus ad Sacerdotium in Eccleſia (*tali*) & ad altare ſanctum. Orate omnes ut veniat ſuper eum donum Spiritus ſancti.

Dicit populus, Kyrie eleiſon, *tribus vicibus*.

Epiſcopus vero, converſus ad Orientem, hanc Orationem dicit: Quæſo Domine Deus, pone eum dignum vocatione Presbyteratus, ut per merita charitatis tuæ erga homines glorificet nomen tuum ſanctum, & ſerviat tibi, & miniſtret altari tuo ſancto, & inveniat miſericordiam in conſpectu tuo: quoniam miſericordia & gratia ante te eſt, o Deus; quem decet laus, o Pater & Fili & Spiritus ſancte. Amen.

Dicit populus, Kyrie eleiſon, *tribus vicibus*.

Converſus ad Occidentem Epiſcopus, ponit manum ſuam dextram ſupra caput ejus, ſic orando: O Domine Deus omnipotens, qui omnia creaſti in verbo tuo, & curam habes omnium quæ ſunt ante te, ſecundum voluntatem tuam; qui reſpicis ſemper ſuper Eccleſiam tuam ſanctam, ut, qui ponuntur in ea, creſcant & conſortentur, proficiant verbo & opere. Reſpice ſuper hunc ſervum tuum (*talem*) qui tibi præſentatur ad Sacerdotium per approbationem & judicium eorum, qui tibi eum ſtiterunt: reple eum Spiritu ſancto tuo, gratia & beneplacito tuo, ut timeat te, & guberner populum tuum, quem elegiſti, & præcepiſti ſervo tuo Moyſi, ut eligeret ſibi ſeniores, plenos Spiritu ſancto, qui ſine mutatione procedit a te.

Orate. Quæſo, Domine, exaudi nos in iis quæ ſupplices a te poſtulamus: & conſerva in nobis etiam Spiritum ſanctum ſine defectu: concede ſpiritum ſapientiæ tuæ, ut repleatur operibus ſalutis, & eloquio doctrinæ, ut doceat populum tuum in vocatione ſua, ut ſerviat tibi in ſanctificatione & cogitationibus mundis & animo ſincero, & compleat opera Sacerdotii ſupra populum tuum, & ſupra eos, qui præceſſerunt eum, & qui reſtaurati ſunt per lavacrum regenerationis. Et ecce ego quoque: purifica me ab omni peccato occulto. & ſolve me a manifeſtis, per mediatorem Filium tuum unigenitum, Dominum noſtrum & Deum noſtrum & Salvatorem noſtrum, Jeſum Chriſtum: ille qui, &c.

A *Converſus ad altare, ſic orat:* Reſpice, o Domine, ſupra nos & ſupra miniſterium noſtrum; & munda nos ab omni coinquinatione; & mitte cæleſtem gratiam tuam ſupra hunc ſervum tuum, ut dignus inveniatur ante te, qui compleat Sacerdotale munus ſine defectu; ut accipiat gratiam tuam cum iis qui tibi complacuerunt ab æterno. quia miſericordia in voluntate tua; te quoque decet honor & gloria ab omni creatura, & adoratio, o Pater & Fili & Spiritus ſancte. Amen.

Et converſus ad Occidentem, ſignat frontem ejus, pollice ſuo, dicens: Vocamus te in Eccleſiam Dei ſanctam. Amen.

Deinde alta voce dicit Archidiaconus. (*Talis*) Sacerdos eſt altaris ſancti, quod eſt in Eccleſia ſancta Catholica & Apoſtolica, Eccleſia Dei. Amen.

B *Deinde clara voce Epiſcopus dicit;* Vocamus te (*talem*) Sacerdotem altaris ſancti, quod vocatur orthodoxorum, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Amen.

Facit Epiſcopus, ſupra frontem ejus, tres Cruces, ſignificando Trinitatem; deinde veſtit illum ſtola, dicens: Gloria & honor Trinitati ſanctæ conſubſtantiali, Patri & Filio & Spiritui ſancto. Pax & incrementum Eccleſiæ Dei ſanctæ. Amen.

Converſus ad Orientem Epiſcopus, orat ſic: Gratias tibi agimus, o Domine Deus omnipotens, propter omnia & pro omnibus, ut glorificetur nomen tuum ſanctum: quia feciſti nobiſcum mirabilia, & dilataſti dona tua opulentes ſupra ſervum tuum. te ſupplices exoramus, o Rex noſter, exaudi nos per multitudinem gra- C tiæ tuæ, & complaceas tibi ſupra has cærimonias, quæ factæ ſunt ſupra ſervum tuum, qui accepit Spiritum ſanctum tuum ſupra ſe, & ſupra populum circumſtantem vocationis, quem elegiſti in ſanctificationem & gratiam bonitatis tuæ, & elegiſti nos cum eo in bonum, ut operetur, & lucretur cum talento ſuo, & conſequatur cum iis, qui fecerunt voluntatem tuam ab æterno, mercedem œconomi fidelis & prudentis in apparitione Domini noſtri, Dei noſtri, & Salvatoris noſtri, Jeſu Chriſti. Amen.

Monita ad Sacerdotem novum.

Nota tibi ſit, o frater, menſura doni, qua hodie dignus effectus es. qui eſt Presbyteratus, quo conſtituimus te ſupra myſteria magna Teſta- D menti novi, & ſupra gradum Doctorum. Tuum erit, operari, & docere exemplo & converſatione bona; præſtantem verbo. & recordare verbi principis Apoſtolorum Petri, dicentis: Seniores, qui inter vos, obſecro ego, particeps veſtri in Sacerdotio, teſtis paſſionis Chriſti, & conſors gloriæ, quæ revelabitur in nobis; paſcite oves Dei, quarum cura vobis commiſſa eſt; & viſitate eas non in violentia, ſed in voluntate cordis in Deo ædificate; & non ſicut dominantes populis; ſed ſitis ſicut oves; ut, cum apparuerit princeps paſtorum & magnus ille judex, recipiatis coronam gloriæ incorruptibilis. Impendatur igitur opera tua ſecundum talentum traditum tibi, & conducat tibi & duplicetur; accipiaſque mercedem ſervi prudentis & fidelis, & congreges populum ad verbum do- E ctrinæ, eum alimento ſpirituali reficiens; ut ſalveris tu, & qui te audierint. Abi in pace. Dominus ſit tecum. & laus Deo ſemper.

Et juramento præſtito oſculatur altare, Epiſcopum, & præſentes. Deinde explanet aliquid de myſteriis. & Epiſcopus ponet ſuper eum manum ſuam tribus vicibus: & omnes dicunt alta voce. Dignus eſt (*talis*) ut ſit Sacerdos in Eccleſia ſancta Catholica & Apoſtolica, quæ eſt in civitate (*tali*.) Et charitas Chriſti in pace Dei. Amen.

CONSECRATIO PRÆLATI

ſive illius, qui curam habet ſubditorum, dicti Abigumenos animarum.

Cum adductus fuerit conſecrandus in Prælatum, examinetur primum a Sacerdotibus: & ſtet veſtitus, Sacerdotis inſtar, incurvetque genua, cum iis qui præſentant eum, ante Epiſcopum. & ipſe ſtet ante altare ſanctum. Deinde dicit Epiſcopus Orationem gratiarum actionis, & ſumit thymiama, benedicitque illud. deinde populus dicit, Miſerere, *tribus vicibus. dicitque Epiſcopus hanc Orationem:* O Domine Deus virtutum, qui nos venire feciſti in ſortem hujus miniſterii, qui conſtituis intellectum homini, & ſcrutaris corda & renes: exaudi nos per multitudinem gratiæ tuæ, & munda nos ab omni coinquinatione corporis & animæ: & diſſipa nubes peccatorum noſtrorum, & malitiarum noſtrarum caliginem diſperge; imple nos virtute divina & gratia Filii tui unigeniti & operatione Spiritus ſancti, ut ſimus digni hoc miniſterio novi teſtamenti, ut creſcamus in meritis, exaltemuſque nomen tuum Sanctum, & miniſtremus Sacerdotium beneplaciti tui ſancti: neque imputes nobis participationem peccatorum alienorum, ſed propria noſtra dele: & concede nobis, o Domine, ne committamus defectus; ſed te nobis benignum præbe in ſcientia, ut loquamur quod expedit, & appropinquemus altari tuo mundo. Ecce, accedit ad te, intentione perfecta, ſervus tuus (*talis*,) qui ſtat exſpectans dona tua cœleſtia. Quoniam tu bonus & multæ miſericordiæ omnibus qui invocant te; & poteſtas tua fortis cum Filio tuo unigenito & Spiritu ſancto, Amen.

Dicit Archidiaconus hanc Orationem: Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, defectus noſtros complens in beneplacito Dei Patris, & Spiritus ſanctus, veniat ſupra (*talem*) qui cum timore & tremore intrat altare tuum ſanctum, elevatque oculos cordis ſui ad te qui habitas cælos, exſpectans dona tua cæleſtia, ut transferatur ex Ordine Sacerdotii ad ordinem Prælaturæ in Eccleſia (*tali*,) in civitate (*tali*.) Orate omnes, ut veniat ſuper eum gratia Spiritus ſancti.

Populus dicit, O Domine, miſerere, *tribus vicibus.*

Epiſcopus vero dicit hanc Orationem, converſus facie ſua ad Orientem: Quæſo, o Domine, pone dignum vocatione Prælaturæ, ut per merita & propter gratiam tuam exaltet nomen tuum ſanctum, & ſerviat tibi, adminiſtretque altare tuum, inveniatque miſericordiam in conſpecto tuo. quoniam miſericordia & benignitas apud te, o Deus: te enim decet laus, o Pater & Fili & Spiritus ſancte, Amen.

Converſus ad Occidentem, imponit manum ſupra caput ejus, & dicit hanc Orationem ſecreto: O Domine Deus, omnipotens Pater, Dominus noſter & Deus noſter, & Salvator noſter Jeſu Chriſte, cognoſcens omnia antequam exiſtant e tu elegiſti ſervum tuum (*talem*) ut ſit pater, director & præfectus ſervorum tuorum, congregatorum in loco uno propter nomen tuum ſanctum: ideo te deprecamur, o amator hominum, ut reſpicias ſupra eum, benedicas ei, & ſanctifices eum; charitas Spiritus ſancti tui ſit ſuper eum: & diſpone nos cum eo ad omne opus bonum: da ipſi ſapientiam & virtutem, ut ante Spiritum ſanctum tuum exiſtat ſine culpa dies & noctes. Da ei, o Domine, ſpiritum quietum, benignum, plenum fiducia, & Chriſtianum, ut ſit placens tibi in operibus bonis, & ſit præfectus ei qui ei voluerit obedire; ſollicite operetur, & doceat eos præcepta legis tuæ; curam eorum habeat, ac conſervet eos in puritate & amore: ut ſanctificet eos, dirigatque eos ad ſponſum cæleſtem Chriſtum; ſublimitate vitæ

A ſpiritualis accepta, compleat quod ſcriptum eſt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.

Poſtquam hanc Orationem dixit, converſus facie ſua ad Orientem, dicit: Pax vobis. Reſpice, o Domine, ſuper nos, & ſuper miniſterium noſtrum, & munda nos ab omni coinquinatione, & mitte gratiam tuam de cælo ſupra ſervum tuum (*hunc*) ut dignus ſit per te, qui compleat Sacerdotium ſuum ſine defectu, ut creſcat ante te per viſcera miſericordiæ tuæ, cum omnibus qui tibi placuerunt a ſeculo. quoniam miſericordia in voluntate tua eſt; & te decet honor ab omnibus & adoratio, o Pater & Fili & Spiritus ſancte, nunc & omni tempore.

Converſus ad Occidentem, ſignat frontem ejus, pollice ſuo, dicens: Vocamus te (*talem*) Abi-

B gumenon in Eccleſia ſancta Dei. Amen.

Clamat Archidiaconus alta voce, dicens: (*Talis*) Abigumenus ſupra altare mundum, quod eſt in Eccleſia ſancta Catholica & Apoſtolica, id eſt, Dei, Amen.

Clamat alta voce Epiſcopus: (*Talis*) Abigumenus in altari ſancto. præſentamus memorias ejus Orthodoxos & civitatem (*talem*) quæ amat Chriſtum; in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Dei pacis; & fabricam unicam ſanctam & Apoſtolicam, Eccleſiam Dei.

Converſus ad Occidentem, dicit: Gratias tibi agimus, omnipotens, propter omnem gloriam, & in omni gloria, & benedicimus te, & laudamus nomen ſanctum tuum; quia tu feciſti nobiſcum mirabilia; quia venire feciſti a te dona tua ſupra ſervum tuum (*hunc*.) te ſupplices exoramus,

C o Domine, audi nos propter multitudinem gratiæ tuæ; ut complaceat tibi ſupra promotionem hanc in Prælaturam, ſervi tui (*hujus*,) quæ facta eſt ei, per gratiam Spiritus ſancti tui. te ſupplices exoramus, o Rex noſter, propter eum quem vocaſti, & circumſtantes quos elegiſti per ſanctificationem & gratiam bonitatis tuæ, & elegiſti nos cum iis ad bonum, ut conſequi mereamur cum omnibus, qui faciunt voluntatem tuam ab æterno, mercedem præpoſiti fidelis & prudentis in apparitione Domini noſtri & Dei noſtri & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. ille qui, &c.

Oſculetur altare & Epiſcopum & præſentes. Deinde incipiant Miſſam. Et Epiſcopus det ipſi ſacram Synaxin; & monita ſalutaria prælegat.

Monita prælegenda ad Prælaturam aſſumpto.

D Notam tibi facio, o frater, menſuram hujus Ordinis, ad quem aſſumtus es ante Dominum; quæ eſt Prælatura. ſit tibi magna cura in verbo doctrinæ; & manifeſta primus opera bona, quæ & doceas populum hunc, pro quo dabis rationem Deo: quemadmodum præcepit Doctor Apoſtolus: Sis vigilans ſuper animas eorum, & dirige eas ad opera bona, ut faciant ea; increpa peccantes; & incedere facias eos juxta legem Apoſtolicam in omni ſimplicitate & manſuetudine; labora pro iis; ſana membra tua, & ſumma ſollicitudine cura; neque permittas appropinquare lupum gregi, ſed exſcindas eum & diſcrepas in verbo veritatis. Perfice quod ſcriptum eſt: Oportet nos eſſe fortes, ſupportantes infirmos cum omni patientia, ut non deficiamus in nobis ipſis. Ut audias tandem & tu: Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pau-

E ca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui. Laus Deo ſemper.

PRÆSENTATIO ARCHIDIACONI.

Dicit Epiſcopus hanc Orationem: O Domine Deus magnus in donis tuis; & in miſericordia ſummus: in gratia & bonitate, quæ eſt per Filium tuum unigenitum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: tu fundaſti Jeruſalem cæleſtem,

&

Digitized by Google

& tu ſolus caput omnium etiam ſuper terram; & ex ſimilitudine tua creaſti omnes formas eorum; & nominaſti omnem ordinem & omnes virtutes & poteſtates Eccleſiæ tuæ, veluti archetypon quoddam, in quo omne miniſterium Sacerdotale ubique omni contrarietate.

Dicit Diaconus: Orate.

Epiſcopus vero dicit: Tu nunc etiam, o Domine, amator hominum, accipe preces noſtras; peccatores enim ſumus. Mitte gratiam Spiritus ſancti tui ſuper ſervum tuum (*talem*) quem præſentarunt ad Archidiaconatum per judicium & approbationem eorum, qui eum tibi ſtiterunt in medium, & approbatum tibi deſponſarunt eum. Pone eum dignum, ut ſit Archidiaconus ſupra omnia Eccleſiæ tuæ ſanctæ; purifica eum ſicuti unum ex ſeptem Diaconis, quos conſtituebant Apoſtoli ſancti; Stephanum, primum Diaconum & principem Martyrum. Imple eum virtute & timore & intellectu, ſicuti Stephanum primum Archidiaconum, ſupra Eccleſiam tuam ſanctam in miniſterio incruento, & ſublimitate puri eloquii: portetque calicem ſanguinis tremendi Agni immaculati & inculpati, qui eſt Filius tuus unigenitus: miniſtret pupillis, & ſubveniat viduis, indefeſſus in ſervitio Dei. doceat ignorantes, corrigat indiſciplinatos, perverſos increpet, reducat errantes; revereatur Sacerdotes, & ſerviat peregrinis; & jubeat ubi oportuerit; ſitque exemplar omnibus reliquis in Eccleſia; ut faciat ſibi gradum bonum, altum valde, & inveniat authoritatem apud omnes, * & non gratia, quæ datur impoſitione manuum noſtrarum, peccatores enim ſumus, ſed in viſitatione gratiæ tuæ, habentis divitias, quæ datur dignis ab.

Diaconus dicit: Orate. *Epiſcopus vero dicit:* Nunc, o Rex noſter, ſupplices deprecamur bonitatem tuam, o amator hominum, pro oblatione ſervi tui (*talis*) ut dignus ponatur gratia vocationis, qui eſt Archidiaconatus; veniatque ſuper eum Spiritus ſanctus tuus. Et ecce ego etiam; munda me ab omni peccato alieno, & renova me, a peccatis omnibus immunem, per mediatorem Filium tuum unigenitum, Dominum noſtrum & Deum noſtrum Jeſum Chriſtum. ille qui, &c.

Finis Exemplaris Rituum Ordinis Sacerdotii, quod deductum fuit ex Cerimoniis & *ritibus Archipresbyterorum, qui non ſunt deſcripti in hoc volumine. Laus datori intellectus.*

C T N Θ E O N.

RITUS, IN BENEDICTIONIBUS VASORUM SACRORUM ADHIBENDI.

Oratio pro benedictione vaſorum altaris.

Epiſcopus dicit:

O Domine Deus bone & ſancte, quieſcens in ſancto; cujus bonitate & præceptis ſanctis olim accepit Moyſes ſervus tuus ex ſanguine, & ſignavit eo reliqua vaſa miniſterii, quæ in exemplar erant: nunc rogamus & obnixe petimus a te, o amator hominum bone, largire ſanctitatem vaſis hiſce ex parte Spiritus ſancti tui; & aſperſio ſanguinis Chriſti tui affluat ſupra ea, ut ſint vaſa munda in miniſterium mundum & verum beneplaciti tui vivificantis, quod eſt corpus & ſanguis tremendus Chriſti tui; ut ipſa ſanctificentur & repleantur laude nominis tui ſancti in omnibus, Pater & Fili & Spiritus ſancte.

Senſus ſuos quinque ſignat Crucibus, & circumducit manum ſuam in Chriſmate, & ſignando ea, dicit: Benedictus Dominus Jeſus Chriſtus, filius Dei ſancti, & Spiritus ſanctus, Amen.

Oratio benedictionis veſtis, & quando illa lacerata eſt.

A *Dicit Epiſcopus:* O Domine Deus, creator bone, qui ordinaſti veſtem ſanctuarii, & ſanctificationis veſtem ponis refectam, quam præparavit diligentibus nomen ſuum, accumbentibus in cœna mille annorum; quoniam, o Domine, tu amator hominum es; extende manum tuam dexteram ſupra hanc veſtem, benedictam ex rubore corporis tui ſancti. hæc eſt quæ ordinata fuit in templo, quæ eſt Eccleſia ſancta. Laus tibi, & Filio tuo, & Spiritui ſancto, nunc & omni tempore.

Accipit Chriſma, & ſignat eam, dicens: Benedictus Dominus Jeſus Chriſtus filius Dei ſancti, & Spiritus ſanctus. Amen.

Benedictio Calicis.

Oratio pro benedictione Calicis.

Dicit Epiſcopus: O Domine Jeſu Chriſte, ve- B rus in tua perſona Deus & homo, cujus divinitas inſeparabilis eſt ab humanitate tua, qui effudiſti ſanguinem tuum ſolo voluntatis tuæ beneplacito propter nos: pone manum tuam divinam ſuper hunc Calicem; ſanctifica eum, purifica eum; ut portetur in eo Sanguis tuus pretioſus, & ut ſit medela & propitiatio omnibus qui biberint ex eo in veritate. Gloria tibi, & Filio tuo bono, & Spiritui ſancto, Amen.

Accipit Chriſma, & ungit eum intus & extra, dicens: Sanctitas & mundificatio & benedictio & gratia omnibus, qui biberint ex ſanguine tuo pretioſo & vero, Amen.

Benedictio Cochlearis, quo ſumitur corpus Chriſti.

O Deus, qui propoſuiſti ſervum tuum Iſaiam prophetam dignum ut videret Seraphim, & forcipes in manu ejus tenentem, & deferentem his calculum ignitum ſuper altare, & admoventem C ori ſuo: nunc, o Domine Deus omnipotens, extende manum tuam ſupra hoc Cochlear, quo ſumitur corpus ſanctum Filii tui unigeniti, Domini noſtri & Dei noſtri & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: benedic illud, ſanctifica illud; concede illi virtutem & gloriam, ſicut feciſti forcipibus, qui fuerunt in manu dextra Seraphim. Quoniam tibi virtus & honor & fortitudo, cum Filio tuo unigenito Domino noſtro Jeſu Chriſto, & Spiritu ſancto, Amen.

Et ſignans eum: dicit: Virtus & honor & lumen & ſanctificatio Trinitati ſanctæ in hac Eccleſia ſancta (*tali.*) Amen.

Benedictio Corporalis, & cum illud fœdatum fuerit.

Dicit Epiſcopus: O Domine Jeſu Chriſte, præſes theſaurorum miſericordiæ, dans bona omni- D bus qui ſperant in te: qui extendis cælos in ſublimitate ſua, vario colore ornas firmamentum, & nubes cælorum, qui titubant, & non alterantur: nunc, o Domine, amator hominum, ſit virtus tua divina veniens ſupra hæc vaſa, quæ conjungimus ad lavacrum corporis tui ſancti: mitte ſuper ea virtutem velaminis, in quo corpus tuum ſanctum in ſepultura involutum fuit, * iis ſimiles ſint cæleſtibus: quoniam tibi virtus & gloria & poteſtas, cum Filio tuo bono, & Spiritu ſancto, Amen.

Deinde Epiſcopus ſignat ea, dicens: Unus ille Pater ſanctus, & Filius ſanctus, & Spiritus ſanctus. Amen. Laus & virtus & poteſtas a Deo: Amen.

Benedictio imaginum.

Oratio, quam pro benedictione imaginum dicit E *Epiſcopus, hæc eſt:* O Domine Deus omnipotens, Pater Domini noſtri & Dei noſtri & Salvatoris noſtri, Jeſu Chriſti Dei, qui olim per ſervum tuum Moyſen dediſti nobis legem de manu tua, ut faceremus in tabernaculo teſtimonii exemplaria Seraphim & Cherubim, hos videlicet qui tegunt alis ſuis altare; & dediſti Salomoni ſapientiam propter domum quam ædificavit tibi in Jeruſalem; & apparuiſti electis tuis Apoſtolis propter incarnationem Filii tui unigeniti Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ædificare-

mus tibi Eccleſias & loca dedicata nomini Sanctorum tuorum & Martyrum : ideo obſecramur te, te obnixe deprecantes, o amator hominum; mitte Spiritum tuum ſanctum ſupra has imagines , quæ ſunt (*talis aut talis Sancti aut Martyris*) ut ſint portus ſalutis , portus pœnitentium; ut omnes, qui accedant ad eas in fide, conſequantur gratiam a Deo , a quo eſt ſola peccatorum remiſſio; quoniam ipſe benedictus, & plenus gloria nominis tui ſancti, o Pater, & Fili & Spiritus ſancte, qui tecum vivit coæqualis. Amen.

Benedictio ſupra Corpora ſive reliquias SS. Martyrum.

Deus noſter, Rex Sanctorum, qui conceſſiſti nobis tuam gratiam magnam & mirabilem, quod impleveris etiam gratia tua , apud quos ſunt corpora ſanctorum Martyrum . *Dicit Epiſcopus* : O Deus , ecce corpus ſancti Martyris (*talis*) qui glorioſe certavit pro nomine tuo benedicto, & continuavit omnem virtutem excelſi; qui portarunt cruces ſuas in cælum, habitationem viventium, & facta ſunt corpora eorum ſancta ſuper terram in hac habitatione, in gloria & honore. His, qui adorant ea, da gratiam , o Domine , doni ſanitatis ante te ; ut curent omnes infirmitates in populo , ejiciant ſpiritus immundos . Nunc , o Domine, amator hominum bone, te rogamus ſupplices per paſſionem ſanctorum Martyrum, qua affecti ſunt propter nomen tuum ſanctum; da ſanitatem nobis per corpora eorum benedicta, & gratiam nobis conceda per illa, o Salvator , & omnibus qui adorant & reverentur ea in veritate : concede ipſis & partibus noſtris petitiones eorum bonas, & da nobis remiſſionem peccatorum noſtrorum & ſanitatem animarum noſtrarum & corporum noſtrorum & ſpirituum noſtrorum , & da nobis ſalutem propter gloriam tuam , o Chriſte, cum Patre tuo bono, & Spiritu ſancto, vivificante, & coæquali tibi. Amen.

RITUS AC CÆRIMONIÆ BAPTISMI SANCTI.

Cum peracta fuerint omnia , dicit Epiſcopus gratiarum actionem , & ſumit thymiama : deinde legit Epiſtolam S. Pauli Apoſtoli ad Epheſios : Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino , ut digne ambuletis in vocatione ad quam vocati eſtis , in omni humilitate & manſuetudine , cum patientia , ſupportantes invicem in charitate , ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis , ut ſitis unum corpus & unus ſpiritus , ſicuti vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ ; quia unus Dominus , una fides , & unum baptiſma : & ſervate ea : unus enim ille Deus pater omnium , & ipſe ſuper omnia, & omnia in manu ejus . & ipſe in omnibus ; qui dedit unicuique gratiam ſecundum menſuram donationis Chriſti . *&c.*

Deinde dicitur Triſagium , & Pſalmus xxi. Vox Domini ſuper aquas , Deus gloriæ tonuit , Dominus ſuper aquas multas ; vox Domini magni & glorioſi.

Evangelium ex Matthæo : Tunc venit Jeſus in partes Cæſareæ Philippi , & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens : Quid dicunt homines de filio hominis ? Et dixerunt : Quidam , eſſe Joannem Baptiſtam , & alii Eliam , & alii Jeremiam , aut unum ex Prophetis . Et dixit eis : Et vos quem me eſſe dicitis ? Reſpondit Simon Petrus, & dixit : Tu es Chriſtus filius Dei vivi . Reſpondit Jeſus & dixit ei : Beatus es tu Simon filius Jonæ ; quoniam non caro & ſanguis revelarunt tibi hoc , ſed Pater meus qui in cœlis eſt : & ego dico tibi , quia tu es Petra , & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam ; & portæ inferni non valebunt contra eam ; & dabo tibi claves regni cælorum ; & quodcunque

A ligaveris ſuper terram , erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolveris ſuper terram , erit ſolutum etiam in cælis.

Epiſcopus vero dicit hanc Orationem : Domine Jeſu Chriſte , Fili unigenite Dei Patris ; ſplendorem conferens omnibus , qui in cælis ſunt , per ſanctificationem corporis tui ſancti , & liberaſti nos ex tyrannide Diaboli , & manifeſtaſti nobis libertatem hujus Sacramenti divini , & deduxiſti nos in ſanctuarium , quod deſiderant Angeli aſpicere ; conceſſiſti nobis ſanctificationem ad ingreſſum regni tui per lavacrum generationis novæ. tu enim dixiſti : Qui non naſcitur alia vice ex aqua & Spiritu ſancto , non poteſt ingredi in regnum Dei ; & ideo dignatus es baptizari in aqua Jordanis, etſi non opus haberes mundificatione , cum tu ſanctus ſis : ſed mundaſti eos & ſanctificaſti eos , cum deſcenderes ad

B eos ; & confregiſti capita draconis ſupra aquas , & nos qui commoramur cum ipſis in peccato : præſta remiſſionem peccatorum noſtrorum , deleanturque ea in lavacris noſtris.

Dicit Diaconus : Orate.

Dicit Epiſcopus : Nunc etiam , o Domine , te ſupplices deprecamur pro hoc Baptiſmo , qui poſitus eſt inſtar Jordanis ; qui propter ſalutem noſtram baptizatus es a ſervo tuo Joanne in voluntate tua , o Domine ; & ſanctificaſti aquas , ut omnes , qui deſcenderent ad eas , digni fierent remiſſione peccatorum & privatione corruptionis , doniſque cæleſtibus , & ſcriberentur nomina eorum in libro vitæ , in ſimilitudinem Filii tui boni , & Spiritus ſancti , vivificantis aquas tecum . Amen.

Accipit Chriſma , & ſignat eum , dicens : Sancti-

C fica hoc lavacrum per nomen S. Joannis Baptiſtæ , in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti , Amen.

Hanc Orationem dicit Epiſcopus ſecreto.

Oratio , quam dicit Epiſcopus ſupra ſeipſum , ante officium , ſecreto : O Domine Deus omnipotens , Pater Domini noſtri & Dei noſtri & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ; ecce ego ſervus tuus (*talis*) filius Apoſtolorum , & annuntiator Evangelii in orbe ſicuti patres mei (*prædeceſſores*) qui omnes crediderunt cum reverentia & religione adventum unigeniti tui filii Jeſu Chriſti in mundum , & incarnationem ejus ex Virgine munda , ſancta Maria , & quæ toleravit in ſalutem & vitam univerſalem , præterea receptionem paſſionis ejus , & qui factus eſt obediens ſua uſque ad crucem , & reſurrectionem ejus ſan-

D ctam. Atque hæc eſt confeſſio noſtra Chriſtiana , * in cujus fide perfecta ordinationes noſtræ , quamque accepimus ab omnibus patribus noſtris . Ego ille infirmus & impotens peccator (*talis* :) funde ſupra me , quæ ſuper xii. Apoſtolos fudiſti , dona Chriſti tui . Imple me omni intellectu & ſapientia & manſuetudine : conforta dextram meam ſervi tui , quem vocaſti ad Apoſtolicum munus & Sacerdotium , & ad ſortem Sanctorum in Chriſto Jeſu Domino noſtro. ille qui *&c.*

CONSECRATIO SEDIS EPISCOPALIS,

Thymiamatis , & veſtium ſacrarum .

Obſecramus te ſupplices per bonitatem tuam ,

E o amator hominum : accipe manus votumque ſervi tui (*talis*) immune ab omni corruptione , & in cælis a terreſtribus ; fac nos eminentes in ſanctitate , ut & hæc vaſa ſint ſancta in Spiritu ſanctitatis tuæ ; fiantque vaſa honoris , vaſa ſanctitatis , vaſa benedictionis , vaſa ſalutis , mundificantia animas noſtras & ſpiritus noſtros & corpora noſtra : fac nos eminentes , & da nobis dona tua cæleſtia ſine defectu , per Filium tuum , Dominum noſtrum & Deum noſtrum & Salvatorem noſtrum , Jeſum Chriſtum ; ille qui *&c.*

Oratio.

Oſeas, cum dedicaret templum, & manus contrectatione variorum ex omni genere immundorum pollueret, & contingeret excrementa murium & ſimilia hujuſmodi; lavit aqua manus ſuas, & dixit orationes appropriatas, & accepit thymiama, dixitque hanc Orationem, & ſignavit Chriſmate, & adminiſtravit conſecrationem, & ſanctificavit illud in illa die.

Et, poſtquam ablatus eſt, dicit hanc Orationem.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Dei unius.

Exhortatio ad Diaconum poſt Ordinationem.

Scias, o fili benedicte, Chriſtiane dilecta, Sacerdos orthodoxe, devote Deo, & ſapiens, hunc ſanctum germen eſſe ex radice ſancta. qui ſperat in eo, apprehendat per merita orationis ſuæ. Benedixit Deus tibi, & ſublimis in cælis benedictio ejus: quia Pater noſter: ipſi gloria ſemper, nunc, & in omnia ſecula. Amen. Placuit ſibi in te, o fili, tanquam in filio ſuo, virtute & bonitate prædito; & conceſſit tibi de Spiritu ſuo ſancto donum perfectum & gratuitum, quo mereris accipere hanc gratiam, ut ordinareris in gradum Diaconorum cum iis, qui in ſortem venerunt hujus miniſterii: ut ſcires explanare ſignificationes libri Apoſtolici audienti populo, & ut legeres eis Evangelium & Pſalmos in Eccleſia Domini, & ſanctificationem & glorificationem in templo ejus; & portares calicem divinum, in quo cauſa eſt remiſſionis; ut glorificarent eam populi, in conſtitutionibus ſanctis, * primis electis, & præſertim in ſorte miniſterii hujus opulenti, in expiatione & elevatione qua ad gradum S. Stephani Archidiaconi & miniſtri elevarentur, in conceſſione divitiarum ſanctarum & abundantia participationum. Stude igitur, o fili, ſumma cura & ſollicitudine, ut creſcas in bonis, ut ſolvas fidejuſſionem in ſalutem ſanguinis ejus, & incrementum capias bonum, ſicut incrementum ſapientis, in libertate nova permanentis, inſtar pueri parvuli. Incipe in doctrina ejus a prima ætate, ut aſſueſias in miniſterio, ad quod modo elevatus es: menſura illud in paſſionibus: recondе illud pectori tuo: æmulare libros ejus ſpeculativos & practicos, & ſignificationes affectuum doctrinæ ejus; & quodcunque intellectus tuus de notitia ejus aſſequi poteſt juxta menſuram gratiæ, quæ data eſt tibi: & illuminabit intellectum tuum, & ſignabit in eo omnes ſcientias ſpirituales & ſapientiam. Et certum tibi ſit, quod hæc ita ſe habeant: & enitere ſupra comparationem ejus & æſtimationem ejus; & diligentem operam da ei, ut ſervias Deo in illo miniſterio ſancto, recto, ut pervenias in eo ad finem & perfectionem tuam; ut imitentur te noſtri in operibus bonis ſancti, quæ audient de te. Serva quoque jejunium quatuor temporum, & die Veneris, & jejunium jejuniorum, (*id eſt, Quadrageſimam*,) quod populo Chriſtiano præceptum fuit præ cæteris gentibus. Fatigare & allabora in præſenti pro Eccleſia; & ſis ſemper in laudibus ſpiritualibus, in miniſterio & ſacrificio & miſſa: &, cum ad ætatem perveneris, matrimonio aptam, eliges uxorem; & non accipies præter unam, & de qua conſtet, quod ex patre bono ſit & matre ſancta, quæ ſedula ſit & provida in adminiſtratione domus & liberorum, adminiſtratione recta, ſana & integra, ut & teſtis ſit tibi ſupra opera tua in adminiſtratione Eccleſiæ Jeſu Chriſti, & ut ſubdita ſit tibi, adhæſione munda, ſerviatque tibi in brachio virgineo. tu vero ne præcipias ei onera gravia matrimonii, neque jugum imponas operum ſecularium; increpa eam, cum fuerit inventa bilinguis in verbis ejus & converſatione ejus; & ſumma diligentia cura, ne incurrat poſt ſcortationes & publicam infamiam. cave negligentiam in hiſce omnibus; quia tu rationem dabis pro peccatis ejus, reſpondebiſque pro ea coram Domino, tanquam fidejuſſor bonitatis ejus & utilitatis ejus: ne ſinas eam obrui potu vini, quod eſt cauſa malorum, & proprium inſanorum contumacium, qui remoti ſunt a regno beatorum. ſtude quoque, ut gubernes eam mutuis auxiliis, & annuncia ei omnes cogitationes cordis tui: & applica te ei integre, neque præter eam alteri te confidas: & non ſit fama, quod tradas eam ei, qui detrahat operimentum ab ea; & ſalveris ob hanc cuſtodiam; atque exeas ex hoc pacto tuo, quod eſt vadimonium & fidejuſſio. & Dominus Deus adjuvabit te & filios tuos, & remunerabit ſtudentes in virtute ejus divina per opera hujus præcepti, & omnia præcepta Eccleſiæ: creſcas in eis incremento bono, & proficias in ſcientiis ſpiritus & cognitione, quæ ſerviat ſpiritui & confortationi infirmorum; & ponas te obedientem & ſervum: & hoc pacto eleveris ad Sacerdotium de gradu in gradum cum patribus noſtris in pace; & ſors tua cum venerabili martyre S. Stephano Archidiacono & ſeptem Diaconis venerabilibus; & adjuvent in eo ad quod aſſumptus es, & fulciant te in opere quod audiſti ab illis, qui tibi ſuprapoſiti ſunt in hoc, & omnibus aliis in quorum operibus bonis ſibi complacuit Dominus. & ſtatuat te cum xxiv. Senioribus ſpiritualibus, audire te faciens vocem gaudioſam, dicentem, Intra in gaudium Domini tui, ut videas Regem, & quæ præparavit tibi a conſtitutione mundi. Ego animo proſtratus, pauper, humilis, & miſerabilis in ſimplicitate mea & nihilo meo, in die judicii patrocinium Dominæ noſtræ S. Mariæ Virginis puriſſimæ & acceptiſſimæ omni tempore, una cum interceſſione Martyris venerabilis D. Marci, unius ex Evangeliſtis, Apoſtolorum quoque, Patriarcharum, Epiſcoporum, Confeſſorum, omniumque, qui hujus Sacerdotii participes unquam fuerunt, Beatorum, reliquorum denique SS. Martyrum, patrocinium ſupplex imploro.

Ordinatione peracta, dabitur illi hoc præceptum.

Veſtitus & accepturus remiſſionem veniet ad te, confitens peccata ſua, quod ſcilicet prævaricatus ſit cogitatione, verbo & opere. & juxta Canonem ſanctum dicitur, quod Sacerdos, qui non accipiet confitentem, ejiciatur a communicata: & quod S. Jacobus Apoſtolus præcepit confeſſionem his verbis: Confitemini ad invicem peccata veſtra. & dicatur confitentibus: Et oretis pro invicem; hoc eſt, Sacerdos pro grege; quoniam, qui convertit peccatorem ab errore ſuo, ſalvabit animam a morte. Et opus eſt, ut prius rite * inſtituens in hoc miniſterio per labores publicos & procuratione publica, & tandem ponas medicinam & emplaſtrum, quantum convenit dolori & vulneri uniuſcujuſque, ne ponatur medicina oculo viri, cui illa non proderit. Confirmare igitur ſupra membra elata in tempore, & diſcas mores & tempus & naturam & locum, complexionem, converſationem, totum denique ſtatum filiorum tuorum, pietatem, tranquillitatem; & nihil te eorum lateat; ut reducas languidum ab infirmitate ſua ad ſtatum ſanitatis; ut ſis inſtar navis ſpiritualis, portans navem ad portum ſalutis, doctor ſpiritualis, lumen poſitum in tenebris, promovens diſcentes ad gradus proprios, ut digni ſint mercedis duplicatæ. tibi vero Dominus det copiam bonorum cæleſtium per interceſſionem Virginis Mariæ & omnium SS. Martyrum, Amen. Et hoc eſt ut ſtudioſe ſerves diſtributionem Sacramentorum Dei viventis, præſteſque hoc cum ſtudio magno & promptitudine & cura, & cum timore; utpote in quo ipſi Seraphim & Cherubim & ſupremæ Virtutes contremiſcunt. Alte quoque animo tuo inſideat, quod ille, qui pro te immolatus eſt, quemque in altari tractas, eſt

Chriſtus Emanuel, qui tradidit ſemetipſum pro te; & ſcias, quod participes de membris humanitatis ejus incorruptæ, eumque portes in manibus tuis quem Simeon Sacerdos ſumma reverentia & veneratione portavit brachiis ſuis: & quod hic eſt calix ſanguinis ejus, effuſi pro peccatis, & quod in eo redimeris ab omnibus inſemiis; manans e caverna divite, quod eſt latus ejus divinum, poſtquam tradidit ſpiritum in Cruce. atque hoc eſt myſterium tremendum; hoc eſt corpus ſanctum & ſanguis precioſus, in quibus ſalus facta eſt omni creaturæ. hic eſt Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, hic traxit omnes ad lumen verum. Converte igitur animum tuum, o fili benedicte, ad apicem converſionis; magna ſollicitudine intende huic theſauro, inſtar Seraphini vigilis, mercibus & præmio vitæ. Conſerva hæc Sacramenta; ſtude, ut eripias te ab omnibus periculis, non ſolum propter te, ſed propter bonam converſationem directionemque audientis ſancte hæc arcana. Reduc errantem de via mala; ne occidas animam ejus, ſiſque tu cauſa diſſolutionis ejus. Impetra a Deo, ut obtineas viſionem ejus, in cujus comparatione mundus totus nihil eſt. Talis igitur precii eſt miniſterium tuum, ad quod ordinatus es; quodque adminiſtrabis cum ordine eleganti, quiete, tranquillitate, ſumma cura & ſollicitudine, decenti corporis habitu, oculorumque intuitu. Intende ſacris vaſis, ea ſemel, bis, ter perluſtrando, defectus omnes examinando, ut perfectum ſit miniſterium tuum & venerabile, & oratio tua proficua: & gloria Domini ſit copioſa ſuper te: & Dominus Deus, Rex regum & Dominus dominantium, & dator dignitatum, diſponens gradus Sacerdotii ſuper terram, ſicut ipſe iis fungitur in cælo, adjuvet & muniat te, fulciat & dirigat te virtute ſua in ſtatu functionum miniſterii tui, omni tempore vitæ tuæ. Benedicat tibi, & ille ſit benedictus in te.

Exhortatio ad Sacerdotem, poſt peractam conſecrationem.

Scias, o fili benedicte favorabilis Domini, te ad ſe vocantis, & dilecti Dei, cui placuit te eligere: quia Dominus noſter, cujus honor & laus elegit te ad miniſterium ſuum, & fieri te fecit unum ex Sacerdotibus ſuis, dum te ex gradu Diaconatus ad gradum Sacerdotii extulit, æſtimavitque te dignum ſupra Sacramenta vivifica. Obaudito igitur, quantum erit in te, hiſce præceptis. incrementum enim operum, quæ naſcuntur ex hiſce præceptis, remiſſio peccatorum eſt. & cognoſcas, menſuram hujus gratiæ, quem tibi contulimus, eſſe donum perfectum quod tibi modo datum eſt. quia tu factus es per illud dignus diſpenſationis Domini, ut interceſſor fieres in ſanctuario ejus, & abſolveres populum a peccatis eorum. Operare igitur, non ſecundum ſeorſum exteriorem, ſed ſecundum ſenſum interiorem qui ducit ad æternitatem; neque ceſſemus ab acquiſitione virtutum ſpiritualium, quamdiu ſpiritus hos reget artus, ut incumbamus operibus beneplacitis, oriaturque aurora in te ipſo per lucem ejus ſplendidiſſimam; ſiſque exemplum bonum in verbo, & receſſu ab apparenti pul- A chritudine rerum vilium, tam in publico quam privato. Fuge amorem pecuniæ; quia illa radix eſt omnium malorum: cave ſatietatem ebrietatemque; quia illa obtenebrant intellectum, corpuſque ſtrangulant. Fuge quoque diſſidia, violentiam, duritiem, ſubſannationis ſuperbiam. Elongare a murmurationibus & detractionibus, & a ſceleribus peſſimis fornicationis & adulterii, & ab amantibus ea. Cave, ne ſis bilinguis; neque perhibeas falſum teſtimonium: quoniam ſcriptum eſt, * Oportet ut ſic Sacerdos, non eſt inventum in ore ejus mendacium. Tu vero non omittas feſtinare, ut ad dictorum finem pertingas. Sed & ama Deum & omnes creaturas ex tota anima & corde; & amplectere virtutes reliquas, miſericordiam, pietatem, & benignitatem, & humilitatem, contritionem cordis, patientiam, fiduciam, manſuetudinem, & B modeſtiam. Ne diſcedas a fide ſana Domini noſtri Jeſu Chriſti; quia ipſe eſt fundamentum, in quo completur ſalus reliquorum Chriſtianorum. Nitere inquiſitione aſſidua in ea quæ legis, & in doctrinam & ſignificationes librorum eccleſiaſticorum, & in exercitio ſcientiarum, quæ de juribus & legibus traditionibuſque religioſis agunt. Operare pro populo Dei in pietate, & intenta applicatione guberna eos ut imitentur Chriſtum, cum facilitate & manſuetudine in ſecreto, juxta regulam hujus inſtructionis, ut ope harum virtutum pertingas ad habitationem beatorum: inſtrue teipſum præceptis validis & neceſſariis, quæ ſunt fundamentum & ſubſiſtentia doctrinæ Chriſtianæ, quibus, præ omnibus aliis mandatis doctrinæ, magis opus habes.

C

Quæ ſequuntur, ex Arabico verti; continentque tempus quo liber ſcriptus erat.

Prodiit hic liber benedictus, tempore Domini patris Patriarchæ, Patris noſtri GABRIELIS, qui fuit nonageſimus quintus. perennet Deus excelſus dominatum ejus. & hic eſt ex numero Patriarcharum Sedis S. Marci. Tranſlationi vero ejus ſtuduit Pater venerabilis, excellens, ſapiens, vas electum, inveſtigator decori, majeſtate plenus, habens ſcientiam ſpiritualem reliquaſque perfectiones illuminatrices: qui propter merita ſua aſſumptus fuit ad gradum Epiſcopalem; & fulſit memoria meritorum ejus peritiæ & doctrinæ paſtoralis in populo ſuo; & completum ſupra ipſum fuit verbum: Euge ſerve fidelis, inventus fuiſti in pau- D *cis fidelis; ego ſupra multa te conſtituam; intra in regnum Domini tui: Pater noſter Cleonus, ſubſtitutus in ſedem patrum noſtrorum. perennet Deus annos vitæ ſuæ in pace ſine perturbatione, & confirmet eum ſupra ſedem annis multis, nobis vero concedat pacem prolixam. Amen.*

Et ego tranſlator pauper, multis peccatis inquinatus, & plenus iniquitatibus, nudus ab omnibus virtutibus, indignus nominari homo propter peccata & iniquitates: ipſe rogo omnem qui legerit hunc librum, ut ſtet ſuper ipſum cum omni diligentia & decore, & denique felicitate deſiderata paceque perpetua proſperetur.

Laus datori intellectus.

CONRADI
MARPURGICI
S. ELISABETH
VIDUA,
THRIUNGIÆ LANTGRAVIA.

Digitized by Google

EPISTOLA EXAMINATORUM MIRACULORUM, AD DOMNUM PAPAM.

SAnctiſſimo Patri ac Domno Gregorio, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Sifridus miſeratione divina Archiepiſcopus Moguntinus; Reymundus Abbas Ebarbacenſis, Ciſtercienſis Ordinis; & Magiſter Conradus, verbi Dei prædicator; debitæ ſubjectionis cum filiali obedientia & reverentia paratiſſimum famulatum. Paternitatis veſtræ literas accepimus, & mandatum, quatenus, habita præ oculis ſola divinæ reverentia majeſtatis, converſationem & vitam felicis memoriæ Elizabeth, quondam Lantgraviæ, & miracula quæ autore Deo de ſui corporis ſanctitate procedunt, per teſtes idoneos inquiſita, tanta diligentia & ſolicitudine vigilanti in ſcriptis relata fideliter reſervaremus, vobis ea, poſt acceptum ſuper hoc mandatum Apoſtolicum, ſub ſigillis noſtris per fideles & ſolemnes nuncios tranſmiſſuri. Nos autem mandatis veſtris obtemperantes humiliter ut debuimus, converſationem & vitam dictæ Lantgraviæ, & miracula quæ pro ejus corporis ſanctitate Dominus operatur eſt, prout cautius & diligentius potuimus, diſquiſita, Paternitati veſtræ tranſmittimus in hoc ſcripto. De converſatione & vita ipſius tam notos quam etiam familiam ejuſdem religioſam & Deum timentem ſollicite requirentes, prævia juratoria cautione invenimus quæ continet ſeries ſubnotata. quam de verbo ad verbum compilatam ego Conradus humilis Prædicator vobis * proximo deſtinavi: ne quippiam * nunc auditum movit conſcientias noſtrum trium ad variandum ſeu minuendum aliquid circa hanc ſeriem vel ſupplendum.

Epiſtola Magiſtri Conradi de Marburch ad Papam, de vita B. Elizabeth.

VEſtræ innoteſcat Sanctitati, Pater reverende, quod aliquotiens frater noſter primarius mihi ſcripſit, quod de miraculis, quæ operatus eſt Dominus per domnam Elizabeth quondam Thuringiæ Lantgraviam, quam veſtra Paternitas mihi commiſerat procurandam, vos certificarem. Unde nuper in die beati Laurentii, cum domnus Archiepiſcopus Moguntinus propter meam petitionem, quia evidenter hoc acceperat in revelatione, duo altaria in baſilica, ubi corpus præfatæ domnæ eſt ſepultum, dedicaret, & ego illic magnam multitudinem populorum tam ad prædicationem quam ad dedicationem convocaſſem; infra curſum ſermonis, ſine omni conſilio utique præhabito, veſtræ Sanctitatis, in mente concipiens, ſatisfacere deſiderio ſuper certificatione præfatorum miraculorum; omnibus præcepi ibidem præſentibus, qui aliquam curationem propter merita Lantgraviæ ſuſceperant; Domno Moguntino & aliis Prælatis, qui ad dedicationem convenerant, circa horam primam ſequentis diei, cum teſtibus quos poſſent habere, ſe præſentarent, fideliter comprobaturi, quam gratiam ad invocationem ipſius recepiſſent. Unde cum non modica turba convaniſſent, qui omnes aſſerebant, aliquas per ipſam recepiſſe curationes; Domnus Moguntinus, quia ad alia quædam feſtinabat ardua negotia, magis evidentia fecit conſcribi, tam ſigillo ſuo quam aliorum Prælatorum & magnorum virorum, qui ibi aderant, teſtimoniis obmiſſis, quia ibi ſua ſigilla non habebant. Ut autem non ſolum de miraculis ſed de converſatione plenius inſtruamini; ſummam vitæ ejus vobis tranſcribo.

Duobus annis antequam mihi commendaretur, adhuc vivente marito ſuo, Confeſſor ejus exiſtens, ipſam querulantem reperi, quod aliquando fuerit conjugio copulata, & quod in virginali flore vitam præſentem non poterat terminare. Eodem tempore marito ſuo in Apuliam ad Imperatorem proficiſcente, per univerſam Alemanniam cariſtia gravis eſt ſuborta; ita ut multi fame morerentur. Jam ſoror Elizabeth pollere cœpit virtutibus; quoniam, ſicut in omni vita ſua pauperum fuit conſolatrix, ita tunc plene cœpit eſſe famelicorum reparatrix; præcipiens, ſibi, juxta quoddam caſtrum ſuum, Hoſpitale fieri, in quo plurimos infirmos & debiles collegit; omnibus etiam, eleemoſynam ibi requirentibus, caritatis beneficium large diſtribuit; & non ſolum ibi, ſed in omnibus finibus viri ſui juriſdictionis, omnes ſuos proventus taliter evacuans, ut tandem omnem cultum & omnes veſtes pretioſas in uſus pauperum faceret venundari: hoc habens in conſuetudine, quod bis in die, mane & veſpere, omnes infirmos ſuos perſonaliter viſitavit; ita quod illorum, qui erant inter alios magis abominabiles, curam perſonaliter gerens, quoſdam pavit, quibuſdam ſervivit, quoſdam in humeris ſuſtulit, & multa alia officia humanitatis impendit: & hæc voluntas viri ſui non contradixit. Tandem ipſo marito ſuo defuncto, dum veſtra Paternitas eam mihi duxiſſet committendam, ipſa ad ſummam tendens perfectionem, utrum in Recluſorio vel etiam aliquo alio ſtatu magis poſſet mereri, me conſultans; hoc tandem in animo ſuo reſedit, quod cum multis lacrimis a me popoſcit, ut eam permitterem oſtiatim mendicare. Quod cum proterve ei negarem, reſpondit: Hoc faciam, hoc faciam, quod me non poteſtis prohibere. Et in ipſo Paraſceve, cum nudata eſſent altaria, poſitis manibus ſuper altare, in quadam Capella ſui oppidi ubi Minores Fratres locaverat (præſentibus quibuſdam Fratribus) præſentibus & præteritis, & propriæ voluntati & omnibus pompis mundi, & iis quæ Salvator mundi in Evangelio conſuluit relinquenda, renunciavit. Et cum poſſeſſionibus renunciare vellet, ipſam retraxi, tum propter reddenda debita mariti ſui, tum propter egenos, quibus nolui de iis, quæ pertinebant ad eam ratione dotis, ſubveniri. Quo facto, ipſa videns, ſe a tumultu ſæculi & gloria mundana illius terræ, in qua, vivente marito ſuo, glorioſe vixerat, poſſe abſorberi; me, licet invitum, ſecuta eſt Marburch, quod fuit in ultimis terminis viri ſui. ibi in

Digitized by Google

A oppido conſtruxit quoddam Hoſpitale; ubi infirmos & debiles recolligens, miſerabiliores & magis deſpectos menſæ ſuæ appoſuit. Super quo dum eam reprehenderem, reſpondit, ſe ab eis ſingularem recipere gratiam & humilitatem. &, quaſi mulier indubitanter prudentiſſima, vitam ſuam anteactam mihi recolligens, dixit, ſibi neceſſe, taliter contraria contrariis curare. Ego autem videns, eam velle proficere, omnem ſuperfluam amputans ei familiam, tribus perſonis volui eam eſſe contentam; quodam Converſo qui negotia ſua peregit; virgine religioſa, valde deſpicabili; & quadam nobili vidua, ſurda & valde auſtera: ut per ancillam humilitas ei augmentaretur, & per viduam auſteram ad patientiam excitaretur. dum enim ancilla olus paravit, domna ſcutellas lavit; & e converſo. Inter cætera collegit ſibi puerum paralyticum, B patre & matre orbatum, continuo fluxu ſanguinis laborantem; & illum noctibus ſtratui ſuo ad majorem exercitationem apponens, multas per eum ſuſtinuit paſſiones. quem aliquando ſex vicibus, quandoque pluribus, ad opus naturæ, propriis brachiis, noctibus deportavit; pannos ſuos ſordidatos, ſicut de talibus ſolet fieri, propriis manibus abluebat. Quo mortuo, virginem ſibi leproſam, me neſciente, aſſumpſit procuraudam, in domo ſua abſcondit, omne humanitatis officium ſibi impendens; ita quod non ſolum ad cibandum & ei ſternendum & lavandum, ſed etiam diſcalceandum, ſe humiliavit; ſapienter ſuæ ſupplicans familiæ, ne ſuper iis offenderetur. Quo percepto, (parcat mihi Dominus) quod verebar, eam inde infici, graviſſime caſtigavi. Tandem leproſa per me rejecta, C & me, ad laborem prædicationis, ad remotas partes recedente, puerum paralyticum, omnino ſcabioſum, ita quod vix unum pilum in capite habuit, a ſcabie curandum aſſumpſit, & tam in lavando quam in medicando (a quo didicerit, neſcio,) curam geſſit. Et iſte puer, ea moriente, ſtratui ſuo aſſedit.

Præter hæc opera activa, coram Deo dico quod raro vidi mulierem magis contemplativam; quia quædam & quidam Religioſi, ipſa a ſecreto orationis veniente, frequentius viderunt faciem ejus mirabiliter fulgentem, & quaſi ſolis radios ex oculis ejus procedentes. Si vero, quod factum eſt ſæpius per aliquot horas, in exceſſum mentis raperetur, de nullo vel de modico cibo poſtea ditiſſime reficiebatur. Tandem cum tempus mortis ejus immineret, & tamen adhuc ſana eſſet, D & ego quadam ſatis gravi torquerer infirmitate; quæſivi, quomodo de ſtatu ſuo, me mortuo, vellet ordinare. Tunc, occaſione hujus quæſtionis, ipſa indubitanter mortem ſuam mihi prædixit. Quarta vero die poſt hanc collationem, ipſa incidit in ægritudinem: in qua dum laboraſſet plus quam duodecim diebus, tertia die ante ejus obitum fecit a ſe excludi omnes ſæculares perſonas, nec etiam nobiles, qui tum eam frequenter venerant viſitare, intromitti permiſit. Illis quærentibus quare ſic excluderentur, ſtratum ſuum circumſedentibus dixit, quod vellet meditari de extremo & diſtricti judicii examine, & judice ſuo omnipotente. Poſtea Dominica, quæ fuit proxima ante Octavam Martini, confeſſionem ejus poſt cantatas Matutinas audivi, ſed ipſa omnino nihil recogitavit quod pluries mihi confeſſa non eſſet. Et E dum quærerem, quid de ſua ſubſtantia & ſupellectile eſſet ordinandum; reſpondit, quod omnia, quæ jam dudum videbatur poſſidere, erant pauperum; & rogavit me, quod omnia illis diſtribuerem, præter vilem tunicam qua erat induta, in qua ipſa vellet ſepeliri. His peractis, circa horam primam accepit Corpus Domini: & poſtea uſque ad horam veſpertinam frequenter loquebatur de optimis, quæ audierat in prædicatione; & maxime de ſuſcitatione Lazari, & quomodo Dominus flevit ſuper ejus ſuſcitatione. Et per hæc verba dum quidam Religioſi & Religioſæ ad fletum excitarentur, dixit: Filiæ Jeruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos flete. Hoc dicto ſubticuit; & voces ſuaviſſimæ, ſine omni motu labiorum, in ejus gutture audiebantur. Et dum circumſedentes ab ea quærerent, quid hoc eſſet; quæſivit ab eis, ſi non audiviſſent cum ea aliquos cantantes. Poſt hæc a crepuſculo jacuit, quaſi exultans, & ſigna eximiæ devotionis oſtendens, uſque ad primum galli cantum, & tunc dixit: Ecce, inſtat hora, in qua Virgo peperit. Deinde omnes, ſibi aſſidentes, Deo devotiſſime commendans, quaſi ſuaviter obdormiendo exſpiravit. Monachi vero Ciſtercienſis Ordinis, & alii multi Religioſi, obitum ejus percipientes, de omni confinio ad Hoſpitale, in quo ſepelienda erat, conveniebant. Unde, poſcenti devotione populi, uſque ad quartam feriam ſequentem intumulata permanſit; nullum indubitanter habens mortis ſignum, niſi quia pallebat, & quia corpus ejus adeo molle extitit, quaſi viveret: & valde bene redolebat. Proxima vero die poſt ejus ſepulturam, ſtatim Dominus incœpit operari per ſuam ancillam. Nam quidam Monachus Ordinis Ciſtercienſis, ad ejus ſepulcbrum, a quodam morbo mentali, quem pluſquam quadraginta annis habuerat, curatus eſt: & hoc juravit, me præſente & Plebano de Marburch.

Incipiunt miracula B. Elizabeth.

Et primo, de cæco nato, illuminato.

Iſentrudis de Slitzenrode, Moguntinæ diœceſis, jurata dixit de filio ſuo Theodorico, puero quinquenni, quod cœcus natus erat, & nullum indicium ſubſtantiæ oculorum perpendi potuit; obductus * a nativitate foraminibus oculorum pelle integra ſicut in alia parte corporis; nec palpebræ apparebant. Requiſita, quando cœpiſſet videre, vel quomodo, reſpondit: In die Cœnæ præſentis anni. Requiſita de loco, dixit: In dextero angulo Chori Hoſpitalis, ubi domnæ Elizabeth, quondam Lantgraviæ, corpus eſt tumulatum. Requiſita, qualiter; reſpondit, quod infra prædicationem, quæ fuit in campo, ſubito apparuit cutis ſciſſa, quaſi cultello inciſa, quæ antea fuit integra in locis oculorum; & oculi parviſſimi & turbulenti, habentes ſimilitudinem ſeminis ranarum quod in aquis invenitur, & ſanguinolenti apparebant. Requiſita, ad cujus invocationem; dixit, quod ad invocationem ſanctæ Elizabeth: adjiciens, quod accepit de terra ſepulchi, & linivit oculos pueri.

Godefridus, Sacerdos de Hoſpitali, juratus dixit, quod vidit eundem puerum cœcum, & cutem integram ſuperductam; & ſubſtantiam oculorum conſiderare non potuit; etiam nullæ palpebræ apparebant. Requiſitus de ipſo, dixit, quod in Cœna Domini vidit eum ſic cœcum, & eadem die vidit etiam eum videntem. Requiſitus de circumſtantiis oculorum, dixit eodem modo ſicut mater pueri dixerat; videlicet quod cutis apparuit inciſa, oculi exiles, turbulenti & ſanguinolenti. Herimannus, Albertus, & Ditmarus, cives de Marburch, requiſiti & jurati ſinguliriter, concordabant cum ſupradicto Sacerdote; ita quod dixerunt, ſe vidiſſe puerum ſic cœcum; concordantes & de loco, de tempore, de circumſtantiis oculorum, tam ante viſum quam poſt. Magiſter Conradus, prædicator verbi Dei, tunc de prædicatione reverſus, eundem puerum vidit, exiles oculos habentem & turbulentos; ſed non viderat eum cœcum; adjiciens, quod pili, quos cilia nominamus, in ſciſſura, in extremitatibus ſcilicet palpebrarum, non erant. Lodovicus de Linſingen, miles, juratus dixit, quod in die Cœnæ præſentis anni, cum eun-

de domo matris ſuæ ad aliam domum vicinam; quod ante illam horam nunquam facere poterat tempore infirmitatis ſuæ. Ex tunc paulatim vires reſumens, priſtinam recepit ſanitatem.

De claudo, ſanato.

Walterus & Ermentrudis uxor ſua de Grunenberc, Maguntinæ diœceſis, requiſiti de infirmitate filii ſui Henrici, jurati dixerunt, quod, cum eſſet duodenus, cœpit ægrotare, ita quod in latere dextro caro magna excrevit, quaſi ſimilitudinem gibbi habens, & corpori valde ſupereminens, deformitatem faciebat; & femur ejuſdem lateris emarcuit & extenuari cœpit. Coxa ejuſdem cruris & genu graviter intumeſcebant, venis & nervis conſtrictis adeo, ut vix pedicis illius cruris terram tangere poſſet, in eundo, crure incurvato. Deinde poſt duos annos manus ejuſdem pueri ſiniſtra arida facta eſt, ita ut ejus uſum non haberet. Unde mater pueri votum fecit pro filio ſuo, quod ipſum cum hoſtiis ad ſepulchrum beatæ Elizabeth deferret. Quod votum in Quadrageſima præſentis anni vovens, in Cœna Domini ad ſepulchrum beatæ Elizabeth veniens, puero propter infirmitatem domi relicto, hoſtias pro ipſo obtulit, & domum rediens, invenit eum aliquantulum melius habentem. Poſtea, in feſto Pentecoſtes proxime ſequenti, parentes cum puero ad ſepulchrum perrexerunt: &, dum irent, ſtatim puer in via cœpit aliquantulum melius habere, & crus ſuum paulatim extendere: &, cum dicerent ei parentes, Fili, ſede, requieſce, (non enim credebant, eum per ſe per tantam viam procedere,) reſpondit puer: Non requieſcam donec videam Marburch. & ſe portari vel jumento reduci non ſinebat. Et dum perveniſſent ad ſepulchrum tertia feria in hebdomade Pentecoſtes, illo die & ſequenti die apud ſepulchrum orabant; in ipſa autem quarta feria puerum ponebant ſuper ſepulchrum; & dixit mater: Fili, mitte manum tuam ſubtus lapidem ſepulchri. erat autem ſovea ibi, unde terram ſepulchri homines extraxerant. Quo cum puer miſiſſet manum, parentibus eum puero, propter preſſuram populi, de eccleſia exeuntibus, cœpit manus illa tremere; & puer extendit eam, dicens matri: Vide mater, quia ſanata eſt manus mea. Unde gratias agentes, redierunt ad propria. Et cum redirent, cœpit puer crus ſuum magis ac magis extendere; & caro, quæ ſuper latus excreverat, cum tumore cruris paulatim deficiebat; donec puer omnino ſanatus eſt.

De ſcholari ſubmerſo, reſuſcitato.

Henricus miles de Colnhuſe, Maguntinæ diœceſis, juratus dixit, quod Burchardus, ſcholaris de Aſchaffenberc, intrans flumen, quod Wedeſe dicitur, ad piſcandum cum famulo ſuo, ſubmerſus eſt ibidem, ipſo præſente & vidente. Homines, interitum ejus aſpicientes, & ſuccurrere non valentes, unco quæſito pro juvene extrahendo non modico tempore in * confluminе quæſierunt. & apprehenſum tandem & extractum depoſuerunt in naviculam; &, cruribus ſurſum erectis, aquam emittere conabantur; ut ſic reviviſceret, ſi eſſet ſpiritus intra eum. Quia autem corpus omnino riguerat, & nullum in eo vitæ veſtigium poterant invenire; alta voce, & cum multo affectu, & cum viginti perſonis, clamavit: Beata Elizabeth, ſi pro te aliquid unquam Dominus Deus fecit, impetra huic ſcholari vitam ſuam. Et ſtatim in eo tenuiſſimum anhelitum perceperunt. & delatus ad eccleſiam, paulatim recuperavit & plenarie ſtatum vitæ. Requiſitus autem ab illis præſentibus, ubi fuerit tempore mortis, & qualites ei fuerit, reſpondit, quod neſcivit. Hoc autem circa Tranſlationem Martini dixit eſſe.

De puero mortuo, reſuſcitato.

Lutrudis de Rudene, Moguntinæ diœceſis, jurata dixit, quod cum filium ſuum Wetzelinum, circiter tres annos & dimidium habentem, circa feſtum ſancti Jacobi hoc anno mortuum inveniſſet, &, quaſi per ſpacium quatuor milliarium Teutonicorum, corpus exanime & rigidum jacuiſſet, ipſa raptam puerum, flens & clamans, in curiam detulit, & vicinas vocavit, ut veſtes, ſepulturæ neceſſarias, & alia puero tumulando juxta morem patriæ neceſſaria, præparent. Vicinis accurrentibus, ipſa vocem elevans exclamavit, dicens: Beata Elizabeth, puerum meum quomodo ſic amiſi? ſuccurre, & fac, quod ſpiritus ejus redeat intra ipſum; & ego de rebus meis, panis, frumenti, thuris, myrrhæ, lini, argenti, ceræ, ad pondus corporis ejus, ad tumulum tuum cum ipſo puero feram. Et his dictis puer revixit poſt modicum tempus; & pulſus arteriarum vitæ redditæ indicium primum fuit. Et ab hora circa crepuſculum puer jacuit, impotens loqui, uſque ad noctis medium; & tunc dixit: Ubi ſum, dilecta? Et adhuc matrem non recognovit; & vires recuperavit paulatim. Requiſita, quot diebus ægrotaſſet, reſpondit quinque.

De puero, in uno oculo, illuminato.

Henricus de Grunenberc, Moguntinæ diœceſis, juratus dixit de filio ſuo Heinrico, quod, cum eſſet natus, infra ſex primas hebdomadas, apoſtema magnum excrevit ſuper oculum ejus ſiniſtrum; quo ceſſante, veſtigium ipſius apoſtematis remanſit ſuper pupillam ipſius oculi in modum pelliculæ, ut penitus oculum illum viſu privaret; & ſic novem annis illo oculo cæcus permanſit. Tunc pater, voto facto, circa feſtum Viti proxime præteritum ad ſepulchrum beatæ Elizabeth præfatum adducens puerum, cum hoſtiis ponebat, ſic orans: Sancta domna, rogo te, ſana oculum filii mei, ut ſemper ſerviat tibi. Et puero jacente ſuper ſepulchrum, pellicula prædicta per medium ſciſſa eſt; & cœpit pupilla evidenter apparere; & macula, magis ac magis ſciſſa, cœpit imminui, & tandem protſus deficere. Ita per octo dies penitus evanuit; & perfecte viſum recuperavit, ut clare videret.

De puella infiſtulata, ſanata.

Guda de Biedentamp, Moguntinæ diœceſis, requiſita de infirmitate & curatione Hadewigis, neptis ſuæ, jurata dixit, quod, cum novem haberet annos, infiſtulata eſt in collo, in dorſo, in latere, & in loco femorum; ita ut ei continue de carne ejus in partibus corporis ſui prædictis multa ſanies emanaret, intantum ut veſtes, quibus tegebatur, ita ſanie perfunderentur, quod canes, veſtes ejus trahentes, ſaniem lambebant. Quatuor autem annis hanc infirmitatem perpeſſa, circa feſtum beati Jacobi ex voto cum oblationibus ſepulchrum beatæ Elizabeth viſitavit, ejus ſuffragia invocando: cenſualem etiam eidem domnæ ſingalis annis ſe conſtituit. Quæ dum rediret ad propria, in ipſo itinere ſanies, quæ defluebat, cœpit minui & ſiccari; ex tunc de die in diem melius habens.

De puero, in fonte ſubmerſo.

Wigardus de Medebeke, Colonienſis diœceſis, requiſitus de morte Godefridi, pueri quatuor annorum, juratus dixit, quod ea improviſo venit ad puteum, haurire aquam; & invenit

puerum ſuhmerſum in puteo jacentem; & territus, feſtinanter deſcendit in puteum; & inde puerum eutraxit; tum porreait ſocio ſuo Rudegero, qui ſecum venerat haurire aquam. Et illia clamaotibus venerunt quidam de villa lila; qui omnes eum mortuum æſtimabaot: jacebat eoim, ora aperto, & oculis horribiliter apertis, & cute undique deoigrata valde & rugoſa, quaſi in aqua bulliente decocta; veotre valde turgente; brachia & erura & omoia membra riguerant. Ex depoſuerunt eum in domum ipſius Wigardi & celabaot a parentibus pueri; quia pater infirmus decubuit, & mater erat in puerpesio. Tunc homines circumſtantes cœperaot invocare ſuffragia beatæ Elizabath, & rogaverunt duas fœminas, ut votum facerent pro puero aam hoſtiis ud ſepulchram ejus deſcrendo. Statim, facta iovocatione tali, viderunt, naturalem coinrem pueri redire, & puiſum veoarum ſentira. Tunc puar deportatus aſt in domam parentum ſuorum.

De puella, a flaxu ſangaiais liberata.

Hermannus de Boeitenbach, Moguntinæ diœceſis, de cura filiæ ſuæ requiſitas, quæ a fluxa ſanguinis liberata fuerat, juratus diait, quod eadem filia ſua, quinque annos habens & amplius, fluxum ſanguinis paſſa eſt anno iotegro, minus ſea ſeptimanas. & cum nullo poſſet remedio liberari, uxor ſua, mater puellæ, ſanctam Elizabeth ſuppliciter invocavit, poſtulans, ut filiam ſuam curaret; & votum vovit, dicens: Si filiam meam, domna ſaocta, liberaveris, ego tuum tumulum viſitabo, & hoſtias illuc deſeram perſonaliter; & eam, cam vires receperit, illuc ducam. Votam exſolvit; &, reveria, invanit filiam plene ſanam. Statim poſt Paſcha proxime prætaritam, dicit, puellam fuiſſe ſanatam.

De contracta, curata.

Geertrudis de Bleitenbach, Moguntinæ diœceſis, requiſita, qualiter curata fuerit, jurata reſpondit, quod, cum fuiſſet quaſi octo annorum, cœpit ægritudine valida laborara, & decumbens in lecto, uni * tantum potuit incumbere, retractis ad nares cruribus & contractis. illo etiam morbo, qui bubo dicitur, iah * arellis arrepta eſt; & intumuit locus ille ad modum panis. Sic afflicta, quatuor annis contioue laboravit. Et admonita in ſomnis, quod ad beatum Nicolanm in villam quæ Giſinch dicitur, proficiſceretur peregre, hoc implevit; &, quo ad anam crus, ibi reſtituta eſt ſanitati, erure altero permaneota ut prias. in hoc ſtatu complavit ſex annos: inſupet quaſi ſpaſmatica, & præterea ita, quod capat terræ propinquaret ſemper inevitabiliter amplius, quam poſterior pars ipſius. In ſtatu iſto flebili, ad tumulam domnæ Elizabeth Lantgraviæ, multo labore pervenit; ubi continue octo diebus remedium non invenit aut gratiam, quanquam ſuppliciter poſtulaſſet, & multos alios eodem tampora ibi curatos audiſſet. Quadam ſeata feria, ut putat, proxima poſt feſtum Michaelis, nunc præteritum, poſita eſt ſuper tumulum dictæ domnæ; &, ejus auxilio poſtulato, cœpit mirabilea in crure languido ſentire dolores; & illud ſtatim emenſum eſt & curatum; & ipſa, præ anguſtia, facta eſt quaſi amens. Mane ſequenti, iterum ad tumulum deportata, in dorſo graviſſimo ſtimulata dolore; & facta iterum qaaſi amens, erecta eſt & curata; & rumor ceſſavit continuo ſub arellis; & omnimodæ ſanitati eam vidimus reſtituiam. Adjecit etiam, quod pes dexter, & crus idem, multum axtenuata fuerunt, & ounc ad ſtatum debitum reſtituta.

De puero mortuo nata, vivificato.

Mechteldis de Langengnus, Treverenſis diœceſis, requiſita de filio ſuo quem dicitur mortuum peperiſſe, jurata reſpondit, quod duos io utero ſimul habuit; filium ſcilicet & filiam. Filia producta io lucem, apparuit brachium filii, progreſſum ax utero; & cum cum parere plene non ſufficeret, cujuſdam domnæ aſſiſtentis, quæ Jatta dicitur, aaailium invocavit. quæ videns brachium pueri penitus denigratum, mortuum æſtimavit; & ſubvenira diſſuſit; immo etiam non audabat, & cum multo periculo gravata, victa tandem precibus patientis, ut juxta mulieris aſſertionem diuimus, corpus illud mortuum ex utero matris aatraait, ex media parta nigrum: & cum jam tempus inſtaret, Miſſarum ſoiamnia audiendi; poſito illo corpuſculo ſuper ſedem, receſſit. Ipſa autem mater, cum multis aliis mulieribus, ad Dominum clamavit; & domnæ Elizabeth gratiam & miſaricordiam poſtulabant, ut vivificaretur a Domino corpus illud; matra vovante, quod ſi ſua petitio compleretur, ipſa oudipes, & in laneia, hoſtias oblatura, ejuſdem tumulum viſitaret. Et ſtatim ore aperto puer ſpirare viſus eſt; & caleſactus eſt in quo non apparuit antea calor. & baptiſatus, continuo eaſpiravit.

De vidua, a polypo liberata, & ab hæreſi converſa.

Guda vidua de Denzenrode, Treverenſis diœceſis, requiſita, quomodo de polypo fuerit liberata, jurata diait, quod aooia duodecim morbo polypi laboravit. Erat autem uliquanto tampora morbi ajuſdem de Infidelitate & ſecta Pauperum de Luduno; &, talis euiſtens, oec in homine adhuc vivo, oec in iis qui euuti corporibus, conſtituti ſunt in gloria, potuit da hoc remedium invenire. Tandem ad cor tediens, ſectam ſuam abominans, ad Confeſſionis beneficium convolavit ſpontanea voluntate; &, accepta a ſuo Sacerdote pœnitentia competente, & eapleta eadem, cœpit ad domnæ Elizabeth Lantgraviæ tumulum properare, & ejus auxilium implorara, ita dicens: Domina ſancta Elizabeth, libera me ab iſta turpitudina naſi mei; & ego tuum ſepulcbrum, cum hoſtiis, annuatim viſitabo, tempore vitæ meæ. Oratione completa, liberara eſt in momento; ita quod nec ipſa ſcire potuit nec alii, quid da ipſa * caolcula factum fuerit, quæ naſam deformavit & materia morbi fuit.

De puero, claudo ex atero, ſanato.

Sophia da Velcbach, Treverenſis diœceſis, requiſita de filio ſuo Conrado, claudo ex utero, qualiter ſit curatus, jurata dixit, quod tibiæ pueri, tredecim annos babenris, ita extenuatæ, ſuræ tibiaram adeo avanuerant; ſimiliter & nates, quod ire non potuit allatenus, nec ſine appodiamento ſedere: maous & brachia ſic habuit tremula, quod ſeipſum via aliquando aibare potuit vel potara; oculos * ita tremulos habuit: & his omnibus premebatur ex utero matris ſuæ. Crebreſcenta ſama de gloria domnæ Elizaberh, mater pueri, oudipes, & in laneis, ad tumulum ejus venit ex voto, militibus multis, eorum axoribus, & aliia viris & mulieribus, ſibi junctis, puerum, in equo & io ſella ligatum, ſecum adduxit; illoque poſito ſuper tumulum domnæ Elizabeth, valde intente ſalutem ei & miſericordiam poſtulavit; & puer ibidem incipiens ambulara, primo tamen innitens baculo & rebus aliis ſe appodiaos, ſic jam curatus aſt, quod oculorum, brachiorum maouum infirmitas ceſſavit, & reſtitutis ſuris in bonum ſta-

Digitized by Google

tum tibiæ redierunt, & in plano puer ambulat abſque appodiamento, & baculus ei in una manu ſufficit, in declivi. Hæc gratia facta eſt puero, Johannis & Pauli.

De muliere furioſa, ſanata.

Adelbeidis de Orſa, Moguntinæ diœceſis, requiſita de ſua infirmitate & modo curæ, jurata dixit, quod duorum annorum ſpacio, & amplius, furioſa & rabida, nocte & die inſomnis, per villas & campos & nemora diſcurrebat, & veſtes ſuas lanians, coram hominibus corporis ſui non erubuit nuditatem, agens in omnibus furioſe. Mater autem ejus, & conſanguinei, domnæ Lantgraviæ ſuper ejus miſeriis attentiſſima gratiam invocabant; ipſam, circa feſtum beati Johannis Baptiſtæ, ad ejus tumulum deducentes. Ibi nihil miſericordiæ tunc invenit, rabida permanens plus quam prius. Poſt nativitatem beatæ Mariæ Virginis proxime præteritam, reducta iterum cum hoſtiis ad ſepulchrum domnæ, & oblatione facta, multum fuit in toto corpore caleſecta; ſomnoque depreſſa, valde ſuaviter obdormivit. & ſurgens de ſomno, plene fuit ſuis ſenſibus reſtituta. Requiſita de ætate ſua, dixit, quod viginti annos habuit.

De muliere calculoſa, curata.

Abs de Ginſeid, Moguntinæ diœceſis, requiſita de ſua infirmitate & modo curæ, jurata dixit, quod morbo calculi duodecim annis laboraverat, ſed poſtremo ſex hebdomadibus tam graviter fuit afflicta, quod ſuper ejus miſeriis tota ſua vicinia movebatur. Circa nativitatem autem beati Johannis Baptiſtæ proxime præteritam, preces fudit ad domnam Lantgraviam, ita dicens: Sancta domna, miſerere mei, & de iſta afflictione miſerabili me abſolve; & ſemper honorare te debeam, ſemperque ſervire. Et eadem nocte, projecto calculo, fuit curata. Et exhibuit nobis calculum, columbini ovi quantitatem habentem.

De furioſa, ſanata.

Engelwif, mulier Moguntinæ diœceſis, requiſita de infirmitate cognatæ ſuæ Mechteldis, & modo curæ, jurata dixit, quod vidit eam rabidam anno fere, in tantum quod veſtes proprias ſcidit, cum canibus nocte per civitatem diſcurrit, & vincula, quibus quandoque erat ligata, dentibus laniavit, aliaque multa faciens abominabiliter & inſolenter. adducta vero tertio, in quodam furiæ intervallo, cum ſuis amicis, domnæ Lantgraviæ gratiam invocavit, dicens, quod perpetuo famulari vellet eidem, ſi, ejus meritis ſuccurrentibus reciperet ſanitatem. Et ſic, infra octo dies, recepit plene ſanitatem. Fuit autem a pluribus dubitatum, ut dicit, an ex Dæmonio, an ex cauſa alia, gravaretur.

De muliere valetudinaria, ſanata.

Ava de Gruenberch, Moguntinæ diœceſis, requiſita de ſua infirmitate & modo curæ, jurata dixit, quod anno & dimidio valetudinaria decubuit, vires non habens recedendi de loco, ſed ab aliis, dum moveri oportuit, portabatur; in hebdomade autem Pentecoſtes, quæ proxime præteriit, votum vovit, dicens: Ad ſepulchrum tuum ibo, hoſtias tibi deferam, ut tuis meritis & precibus recipiam ſanitatem; &, donec votum meum complevero, nunquam Eccleſiam introibo. Et ſtatim bigæ * ſuppoſita eſt; &, profecta dum eſſet, in itinere biga confracta eſt; & ipſa, acceptis duobus baculis, proceſſit, quod nullo modo antea potuiſſet, uſque ad tumulum domnæ memoratæ. ibique gratias agens, & offerens, cum baculis, ambulando reverſa eſt, & ſtatim plene ſanata.

De puella clauda & muta, ſanata.

Henricus, Plebanus de Aldenkirchen, Treverenſis diœceſis, requiſitus de infirmitate Adelheidis, & modo curæ, juratus reſpondit, quod eam quinquennem mater ſua nutrierat mutam, & impotentem penitus ambulare. Mater autem, de conſilio Sacerdotis ipſius, votum vovit, ita dicens: Sancta domna Lantgravia Elizabeth, meam filiam gratiæ tuæ recommendo, tibi perpetuo ſervituram, & ad tuum tumulum deferendam, ut, tuis meritis adjuvantibus, ambulandi potentiam recipiat & loquendi. Puella delata ad ſepulchrum domnæ, mater, oblatione facta, & oratione completa, reduxit puellam; quæ infra tres hebdomadas locuta eſt & ambulavit.

De cæco, illuminato.

Henricus de Marburch, Moguntinæ diœceſis, pluſquam quadraginta annos habens, juratus dixit, quod tempore quodam, maculis ſuper pupillas oculorum creſcentibus, tenuiſſimum viſum habuit; ita ut ſæpe, de via declinans, per media ſata tranſiret: unde & comites itineris ſui ipſum ſæpe deridebant: tandem omnino viſu privatus, per quatuor hebdomadas, per ſe ire non valens, ab alio ducebatur. Tunc, facto voto, ſepulchrum felicis Elizabeth viſitans, duos cereos offerebat. Requiſitus, quibus verbis ipſam invocavit, reſpondit: Cara domna ſancta Elizabeth, ſana oculos meos, & ſemper libenter tibi ſerviam, & ad cenſum duorum denariorum, ſingulis annis vitæ meæ ſolvendum, obligo me tuo Hoſpitali. Et eadem hora apud ſepulchrum, maculis de oculis ejus ablatis, clare videbat. Requiſitus de tempore, dixit, decimo quinto die poſt mortem prædictæ domnæ. Poſtea idem Henricus fluxum ſanguinis tam vehementer patiebatur per quatuor dies, quod tam ipſe, quam familia ſua, ipſum crederet moriturum. Tunc de lecto ſurgens, ſuper baculum ſuum innitendo, de villa Marburch ad ſepulchrum prædictæ felicis Elizabeth cum magno labore pervenit; &, accepta terra ſepulchri ejus, in aqua contrivit. Et cum ter aquam cum terra ſorbuiſſet, in eadem hora fluxus ſanguinis ejus omnino reſtrictus eſt, ita ut ipſum poſtea non ſentiret.

*De puella, debilia membra *, gibboſa, ſtrumoſa, curata.*

Ortwinus de * Wertflaria, Treverenſis diœceſis, requiſitus de ægritudine & modo curationis filiæ ſuæ Mechteldis, & ætate ejuſdem, juratus dixit, quod ipſa quartum annum agit, &, quaſi continue, ſic fuit debilis, quod membra ejus, dum tractabatur, ſonum, quaſi ligna arida ſe tangentia, reddiderunt. Gibbus in dorſo, & in pectore ejus creſcere cœpit ſtruma; nec potuit conſiſtere ſuper pedes ſuos. Mater autem puellulæ votum vovit, dicens: Beata Elizabeth, filiæ meæ ſanitatem impetra; & ego eam faciem cum hoſtiis ad tumulum tuum conduci. Miſſis hoſtiis per quandam fœminam, puella melius cœpit habere; & delata ad ſepulchrum poſtmodum circa feſtum, beati Michaelis perſonaliter, ſtatim & omnimode eſt curata.

*De * epileatico curato.*

Conradus de Palbere, Colonienſis diœceſis, requiſitus de ſua ægritudine & modo curæ, juratus dixit, quod circa feſtum beati Jacobi epilenticus cœpit eſſe, & tam aſſiduas & tam graves acceſſiones habuit, quod, viribus mentis & cor-

potis deſtitutus, & res contempſit & corpus, & res proprias omnino non curans paſſim, diſtribuit & diſperſit. Tandem autem, quibuſdam amicis ſuis inſtaotibus, tres viduas rogavir, quod, peracto trium dierum jejunio, votum pro ipſo facerent; quod accederet cum hoſtiis ad ſepulchrum domnæ Lantgraviæ ſingulis annis vitæ ſuæ. Quod illæ viduæ dum compleſſent, in parte relevatus eſt; &, ſepulchro domnæ dictæ viſitato, pleniſſime liberatus eſt a ienſuum & corporis nocumento. Requiſitus, quando curatus fuerit, dixit, quod in anniverſario domnæ memoratæ.

de epilentico muto, ſanato.

Hildegundis de Wetflaria, Trevereuſis diœceſis, requiſita de languore filii ſui & modo curæ, jurata dixit, quod quartum annum agit, &, cum locutus fuiſſet aliquanto tempore expedite, tandem morbo arreptus epileptico, loquendi potentiam omnino amiſit. Votum igitur fecit ipſa mater, dicens: Beata Elizabeth, ſana filium meum a malis quæ patitur; & pro eo ſingulis annis, quam diu vixerit, duo tibi denarii offerentur. Et puer continuo liberatus, &, recepta loquendi potentia, ductus eſt cum hoſtiis ad tumulum domnæ memoratæ. Requiſita, quanto tempore ſteterit ægritudo; reſpondit, quod duodecim ſeptimanis.

De quodam vulnerato, ſanato.

Erlieben de Grunenbetc, Moguntinæ diœceſis, requiſitus, quomodo de vulnere, quod in genu acceperat, fuerit ſanatus, dixit juratus, quod in genu, ſicut apparet hodie, ſecuri ſe tam graviter vulneravit, quod in medio Octobris, uſque ad Paſcha, per ſe de lecto ſurgere non valebat; & accedente morbo alio ut creditur, qui dicitur anthrax, multum aggravatum eſt vulnus illud, ita ut non tantum de ſanatione eruris, immo etiam de vita ſua ipſe & alii deſperarent. Tunc autem amici ſui, in modum crucis proſtrati in terram, votum voverunt, quod ipſe ſingulis annis cum aliqua hoſtia, ſive cum aliquo munere, ad ſepulchrum domnæ Elizabeth Lantgraviæ accederet, ut ejus interventu & meritis mereretur recipere ſanitatem. Et ex tunc cœpit minui dolor cruris, ita ut in diebus Pentecoſtes, duobus ſe ferens baculis, iter arriperet, dictæ domnæ tumulum adeundi, vix tamen potens adhuc terram plane tangere crure læſo. In via ipſa tantam accepit gratiam, ut, revertens de tumulo, projectis baculis procederet abſque appodiamento; & nunc, ut patet, plene reſtitutus ſanitati; circa triginta, ut aſſerit, annos habens.

De quadam cæca, illuminata.

Hildegundis puella de Grunenberch, Moguntinæ diœceſis, circiter ſedecim, ſicut credit & ſicut mater aſſerit, annus habens, viſum per triennium ſic habuit hebetatum, quod, in decremento lunæ, lucem diei penitus non diſcereverit, & ſatis exiliter in cremento; viam autem, qua incedere debuit, non diſcrevit. Cum vero primum de miraculis domnæ Lantgraviæ fama crebreſceret, ipſa & mater ejuſdem dictæ Domnæ tumulum viſitare voverunt, ita dicentes: Domna ſancta, ſi tuis meritis iſti oculi lumen receperint, ſemper obſequioſi tibi erimus. Et puella Domnæ Elizabeth ſe fecit ſingulis annis in ſuo anniverſario ad duos denarios cenſualem. Arrepto itinere, aperti ſunt oculi virginis; &, rupta pellicula quæ viſum obduxit, plurimus humor effluxit, ita quod mater ab ejus facie muſcas via poterat cohibere; & quantocius ad propria redierunt. puella habuit oculos bene claros

A abſque caligine & nocumento. Sanata eſt autem hæc puella circa nativitatem Domini, anno nativitatis ejus MCCXXXII.

De puella furioſa, ſanata.

Siſridus paſtor de Larbach, Moguntinæ diœceſis, requiſitus de filia ſua Kunegunda, qualiter infirma & quomodo curata fuerit, juratus dixit, quod eadem filia ſua, ſextum agens annum vitæ ſuæ, viribus corporis adeo deſtituta fuit, quod nec brachiorum nec crurium nec capitis poteſtatem habebat, & ſic in furiam rapta fuit, quod manus proprias & aliorum, quando potuit, non minus quam panem, momordit. Voto autem facto a parentibus, ut ad ſepulchrum Domnæ Elizabeth Lantgraviæ duceretur, & iret in poſterum ſingulis annis, cum poſſet, cum hoſtiis; B ſtatim cœpit recipere cordis & corporis ſanitatem, qua ſex caruerat ſeptimanis; & infra octo dies plene fuit curata.

De claudo & gibboſo, ſanato.

Gerardus, civis de Fankenvoert Moguntinæ diœceſis, requiſitus de infirmitate & cura Conradi de Buche, juratus dixit, quod idem Conradus deorſum a cingulo ita perdiderat corporis ſui omnes vires, quod per ſe moveri non potuit, niſi partem ſui priorem una manu traheret & ſequentem altera. inſuper gibbum magnum habuit in dorſo, ut dicit; unde frequenter circa ſpinalia graves ſenſit dolores. Deductus autem ex voto ad ſepulchum Domnæ Elizabeth Lantgraviæ in curru, & tribus ibi hebdomadibus perC ſeverans, a gibbo ſanatus eſt; & reductus in biga, unde venerat, ita dixit: Sancta Elizabeth, de cætero ad te non veniam, niſi, de tua miſericordia, per me vadam; & ibo, ſi fuerit mihi data facultas. Et poſtea, dicto ſibi in ſomnis, quod eſſet ei reddenda facultas gradiendi cœpit ad ſepem & ad appodiamenta alia ſe erigere, & ſic gradi; & nunc ambulat ſatis plane. Requiſitus, quando gratiam receperit ambulandi, dixit, quod circa feſtum omnium Sanctorum, proxime præteritum. Requiſitus de ætate ſua, dixit, quod quaſi vigeſimum ſecundum annum agit.

De claudo, ſanato.

Heinricus de Secke, Treverenſis diœceſis, juD ratus dixit, quod in feſto ſancti Michaelis præteriti anni proximo cœpit infirmari in uno crure, in quo habuit enormem inflaturam, ad modum ſtatuæ; crure etiam ſic incurvato, quod, uſque ad feſtum Pentecoſtes proxime ſequens, terram tangere non potuit. Inſuper ita inſenſibile fuit, ac ſi mortuum eſſet. Et, cum poſt prædictum tempus ſepulchrum beatæ Elizabeth, ex voto ante facto, bis viſitaret, paulatim cœpit levius habere. tertia vice veniens, plene curatus eſt, &, relictis apud ſepulchrum baculis ſuis, ſuper pedes ſuos ſanus rediit ad propria. Requiſitus, quibus verbis voverit, reſpondit, ſic: Cara domna Elizabeth, ſana me in crure meo; & ſemper libenter ſerviam tibi.

De puella, a fluxu ſanguinis liberata.

E Berta de Bietlencamp, Moguntinæ diœceſis, requiſita de infirmitate & curatione Sophiæ, filiæ ſuæ, jurata dixit, quod ab infantia ſua, ex quo habuit octodecim hebdomadas, fluxum ſanguinis per novem annos paſſa eſt. Ipſi etiam puellæ, ſuper oculum ejus dextrum, apoſtema magnum excrevit, ex quo ſanguis profluxit; quo poſt novem hebdomadas ceſſante, membrana, ſuper pupilla oculi ejus creſcens, totum oculum tegebat; qua membrana poſt annum ceſ-

ſante, oculus cœcus petmanſit pet quatuot annos ſeqnentes. Quæ puella in nativitate Beatæ Vitginis anni præſentis, matre ejus pro ea votum ſaciente de viſitatione ſepulchri beatæ Elizabeth, & de ceaſu unius denarii, ſingulis annis vitæ ejns in anniverſario beatæ Elizabeth ibidem reddendo; de fluxu ſanguinis, & cœcitate oculi, inſta unam hebdomadam penitus eſt cutata.

De puella, in manu ſanata.

Mechteldis de Bietlencamp, Moguntinæ diœceſis, jurata dixit, quod filia ſua Mechteldis, tredecim annotum, manum ſioiſtram inflatam habuit, Ita ut maous nullis fere uſibus apta eſſet per tres annos. Poſtea idem brachium, circa cubitum, valde inflatum eſt & inſiſtulatum, B ita ut in ſeptem partibus ejuſdem brachii ſanies emanaret per ſpatium duotum annorum. Tunc prædicta matet ejus, tali voto facto pro ea: Sancta Elizabeth, filiam tibi obligo ad cenſum unius denarii, annuatim perſolvendum, ut eam ſanitati reſtituas, & ipſam cum oblationibus ad ſepulchrum tuum adducam; ex tunc cœpit melius habere, & ſanies, quæ profluebat, ſtatim cœpit minui & ſiccari; & penitus ſanata eſt.

De puella epileptica, ſanata.

Adelhcidis de Breitenbach, Moguntinæ diœceſis, jutata dixit, quod filia ejus Iſentrud, annum habens & dimidium, epileptica facta eſt, ita quod frequenter in terram corruens jacebat ſicut mortua, dentibus ſtridens, & ſpumans; & C aliquando infra diem & noctem ſeptem vicibus taliter patiebatur, annum in tali infirmitate conſummando. Tunc mater ejus, in principio Quadrageſimæ, præſentis anni, votum fecit pro filia, quod ipſam nudis pedibus, & laneis induta, cum oblationibus ad ſepulchrum beatæ Elizabeth deportaret, & ad cenſum unius denatii, ſingulis annis, diebus vitæ ſuæ, ſolvendam, eam obligaret. Requiſita mater, quo tempore curata fuerit, reſpondit: Ex quo votum pro ipſa feci, nunquam poſtea prædictam paſſa eſt infir-A mitatem. Requiſita, quam nuper ante diem voti paſſa fuerit, reſpondit: In ipſa hebdomada, quando votum feci. In ſequenti feſto beati Michaelis, filiam cum oblationibus ad ſepulchtum beatæ Elizabeth deportavit.

De puero claudo, ſanato.

Helbeke, Padebornenſis diœceſis, juratus dixit, quod Gerlacus, Contadi filius, ejuſdem villæ, trium annorum & dimidii, ambulare non potuit ab infantia, quia a renibus deorſum emarcuerat, & poſt Paſcha præſentis anni vidit eum ſanum & bene currentem. Requiſitus, unde ſanitatem & greſſum receperit, dixit, ſe neſcire, niſi ex relatione matris, quæ ſibi retulerat, quod veniens ad ſepulchrum domnæ Elizabeth cum eodem puero, & amare lacbtimans, ad B exhortationem Converſi, tunc cuſtodientis ſepulchrum, poſuit eum in tetra. Qui cuſtos, poſt modicum tempus, oſtendit ei ovum, aliquantulum a remotis, quaſi advocans eum. Puer vero, tenens manum ad ſarcophagum, erexit ſe, & ſic ivit ad Converſum, uſque ad finem ſarcophagi. Converſus ivit ad alteram partem, & puer ſecutus eſt eum propter ovum.

De puero claudo & gibboſo, ſanato.

Henricus de Elbenhuſen, Moguntinæ diœceſis, juratus dixit de filio ſuo Heidenrico, ſex annos habenti, quod poſt duos annos a nativitate cœpit infirmari, & ita paulatim contrahi, quod ire non poterat erectus, ſed manibus poſitis ſuper genua, & capite fere uſque ad ipſa ge-C nua inclinato. Gibbum etiam habuit io dorſo, ad quantitatem capitis pueri noviter nati. In feſto ſancti Michaelis proximo pater rogavit tres viduas de villa ſua, tale votum facere pro puero, quod ipſum ad tumulum beatæ Elizabeth infra annum deferre deberet cum hoſtiis, & annis ſingulis ſecundum facultatem ſuam ipſe puer aliquam oblationem ibidem offerre. ſtatim, emiſſo voto, cœpit puer erigi, & gibbus minorari; ita quod nos auditores vidimus eum recta & bene ambulantem, gibbum etiam minoratum, adeo quod vix fuit ad medietatem ovi.

Et ſic eſt finis. Deo gratias.

Digitized by Google

GABRIEL SIONITA
DE
RITIBUS
MARONITARUM
NONNULLIS.

Digitized by Google

ADMODUM VENERABILI
ET
EXIMIÆ PIETATIS
DOCTRINÆQUE VIRO
D. BARTOLDO
NIHUSIUS
GABRIEL SIONITA

S. P. D.

Licet, ante dies aliquot, literas tuas acceperim, adverſa tamen totius corporis valetudo, & imbecillitas oculorum, ex diuturno & infauſto circa Pariſienſem Bibliorum editionem labore contracta, detinuit me, quo minus tuo voto meoque debito ex jure ſatisfacerem. At condonabis, vir benigniſſime, homini, parato quidem voluntate, ſed viribus ferme deſtituto. In quem tamen, quantus qualis eſt, abſolutum poſſis imperium exercere. Nefandum enim crimen exiſtimo, obſequium, qualecunque tandem illud ſit, viro, in proximorum ſalutem & Eccleſiæ Catholicæ bonum laboranti, denegare. Duos igitur obolos in gazophylacium tuum injicio: tuæ humanitatis eſt, æqui bonique facere. Verum, ut controverſias, epiſtola tua contentas, accedam.

Prima eſt; utrum, & quibus caſibus, adorandum Euchariſtiæ Sacramentum, ſub unica ſpecie conferatur apud Maronitas, alioſque populos Orientales.

Dico, infantibus, ſacro fonte nuper ablutis, & puerulis, cochleat, ſolo Sanguine delibutum, ſugendum exhiberi: ad bellum profecturis, & longum ſeu periculoſum iter ingreſſuris, ſacrum pignus, ſub una ſpecie panis, ſecum aſportandum concedi, ut illud, imminente vitæ diſcrimine, præſumant. Duobus hiſce caſibus ſecluſis, cæteri omnes cujuſvis ætatis & conditionis Maronitæ, communicant ſub utraque ſpecie. Et quamvis diverſæ regionum illarum ſectæ plurimum inter ſe diſcrepent, quoad myſteria Trinitatis & Incarnationis Dominicæ, quia tamen, priuſquam Neſtorii & Eutychetis veneno infectæ, ab invicem ſepararentur, omnes unam fidem eundemque cultum profitebantur; inde colligo, eundem quoque ritum, in Euchariſtiæ Sacramento, iis omnibus eſſe communem; quemadmodum experientia docemur, illos pari conſenſu convenire in aliis Sacramentis, jejuniis, feſtis mobilibus ac immobilibus, cæteriſque præcipuis Eccleſiæ ritibus. Arcudius, Caryophilus, & alii, non vulgaris autoritatis viri, plures enumerant caſus, in quibus Græci, tam Sacerdotes quam laici, Communionem ſumunt ſub ſola ſpecie panis. Nequaquam adverſor: celebres ſunt & fide digni. Sed, quidquam tibi ſuggerere, quod aut e lectione librorum aut praxi non didicerim, crediderim perinde eſſe, ac ſi tuo abuti velim candore. At, quicquid ſit, ſive duo tantum ſive plures dentur caſus, in quibus Orientales Communionem ſumunt ſub una

A ſpecie, abunde convincuntur ii, qui, totum Orientem ab Eccleſia Latina averſum eſſe, inique contendunt.

Quæstio Secunda; an non haberi poſſit Latine Kalendarium Maronitarum, ubi indicentur omnia feſta, tam mobilia quam immobilia.

Tabellam habeo Syriacam, perpetuam, in qua digeſta reperiuntur juxta Kalendarium antiquum feſta mobilia, cum numero aureo, & diebus Nativitatis & Epiphaniæ, in quadringentos triginta duos annos ita diſpoſitam, ut, iis revolutis, ad caput redeatur. Sed neque Tabella iſta neque ullum aliud, quod ſciam Kalendarium, fuit unquam Latinitate donatum. En ſpecimen trium ultimorum annorum, ex prædicta Tabella deſcriptum. ubi tres primi numeri indicant dies hebdomadis; reliqui, dies menſis: per

B Phaſe autem intelligitur Paſcha Judæorum.

CCCCXXX. Cancer. *Ingreditur annus. 5. Nativitas, 6. Epiphan. 4. Jejunium 14. Februarii. Phaſe, 1. Aprilis, die lunæ. Reſurrectio. 7. Aprilis. Aſcenſio, 16. Maii. Pentecoſt. 26. Maii.*

CCCCXXXI. Scorpius. *Biſſextilis. Ingreditur annus, 6. Nativitas, 7. Epiphan. 5. Jejunium, 5. Martii. Phaſe, 17. Aprilis, die Lunæ. Reſurrectio, 23. Aprilis. Aſcenſio, 1. Junii. Pentecoſtes. 11. Junii.*

CCCCXXXII. Piscis. *Ingreditur annus, 1. Nativ. 2. Epiph. 7. Jejunium. 18. Februarii. Phaſe, 6. vel 5. Martii, die Veneris vel Jovis. Reſurrect. 8. Aprilis. Aſcenſio, 17. Maii. Pentec. 27. Maii.*

Quæstio Tertia; quorſum pertineant inſcriptiones, quæ reperiuntur hinc inde in Novo

C Teſtamento Syriaco.

Reſpondeo, iis indicari, qua die Evangelium, aut Epiſtola ſubſcripta, recitari debeat in Eccleſia. Noverit enim vir ſapientiſſimus, perexiguum eſſe in plagis Orientalibus numerum amanuenſium, qui libris, ad ſacra facienda neceſſariis, tranſcribendis vix ſufficiant; indeque fieri, ut complura Novi Teſtamenti exemplaria, iis inſcriptionibus notata, cernantur. Jam vero exemplar illud Viennenſe, quod omnium primum cuſum eſt in Europa, illas continebat inſcriptiones, quas Antuerpienſis editio, Viennenſem fideliter imitata, poſtmodum recudit. Et quamvis Arias Montanus vetuſtiſſimum quoddam M. S. jactet, multa tamen apertiſſime teſtantur, nullum aliud ei fuiſſe prototypum præter Viennenſe.

Quærit Postremo vir clariſſimus, quodnam

ſit nobis Maronitis Miſſale, Martyrologium, Breviarium.

Miſſali utuntur Syro, quod inſcribunt *Ktovo dkurbbo*, id eſt, *Liber oblationis*; vel *Ktovo dkudbſcio*, id eſt, *Liber conſecrationis*. Plures continet variorum Sanctorum Liturgias, quas ipſi Anaphoras Græca dictione vocant. Manuſcriptum habeo, ſexdecim Anaphoras complectens. Prima adſcribitur Xyſto Pont. Romano. ſecunda Johanni Evangeliſtæ. tertia Petro, principi Apoſtolorum. quarta duodecim Apoſtolis. quinta Jacobo, fratri Domini. ſexta ſancto Marothæ. ſeptima Dionyſio, quem Barſelibæum nuncupant. octava Joanni Chryſoſtomo. nona Matthæo Paſtori. decima Johanni Patriarchæ, cognomento Barſuſan. undecima Euſtathio. duodecima Marco Evangeliſtæ. decima tertia Proclo, Epiſcopo Byzantino, diſcipulo ſancti Joannis Chryſoſtomi. decima quarta Muſi Barſephæ. decima quinta Philliaino. decima ſexta Julio Pont. Romano. In hiſce Liturgiis eadem fere continentur quæ in Miſſa Latina; nimirum, Introitus, Gloria in excelſis, Proſa, Epiſtola, Evangelium, Symbolum Apoſtolorum, Lotio manuum, Offertorium, Præfatio, Conſecratio, Commemoratio Sanctorum, Collectæ pro Paſtoribus, Principibus, & fidelibus vivis atque defunctis, Oratio Dominica, Gratiarum actio, Benedictio populi; diverſo tamen ordine, diverſiſque cærimoniis. De Miſſalis antiquitate, nihil auſim aſſeverare. Sed, quum libri ſacri, iidem ſint Maronitis & Jacobitis, conformitas autem hæc orta ſit ex illo priſtino circa fidem conſenſu, qui quarto demum ſæculo in amara diſſidia verſus eſt; forſitan haud inepte concludi poteſt, Miſſale cæteroſque Syrorum libros eſſe quarto ſæculo priores.

Martyrologium Maronitarum nondum vidi: licet nullo modo credendum eſt, eos carere libro, ad Officium Eccleſiaſticum penitus neceſſario. Arabicum habeo M. S. ſed in uſum Alexandrinorum.

Breviarium quoque Syriacum habent, diviſum in Officium Feriale, Quadrageſimale, & Feſtorum mobilium ac immobilium. Officium quodlibet in ſeptenas diſtributum eſt Horas; nempe, Veſperas, Completorium, (quod ipſis Protectio vocatur,) Matutinum & Laudes (quæ vocantur Preces nocturnæ,) Primam (quæ Matutinum, vel Aurora,) Tertiam, Sextam, & Nonam. Horarum quæque conſtat Procemio, & duabus tribuſve aut pluribus Orationibus, totidemque Hymnis interjectis: & ante ultimum Hymnum thus adoletur ubique. Preces nocturnæ, quæ ſunt Latinis Matutinum, conſtant quatuor Stationibus, quas Latini Nocturna dicunt. Prima Statio dirigitur ad Beatiſſimam Virginem: ſecunda ad Martyres: tertia ad defunctos. quarta generalis eſt ad Deum & Sanctos. Harum quælibet compoſita eſt ex Procemio, duabus Orationibus, totidemque Hymnis, ordine ſupra dicto. Et hic etiam thus adhibetur in ſingulis Stationibus. Pſalmi octo integri, quatuor mutili, ſemper iidem; haud continenti ſerie, ut apud Romanos, ſed in verſiculos conciſi, alternatim canuntur initio Vigiliis, ad Primam. Ad probandam antiquitatem Breviarii, facit illud idem argumentum, quod ſuperius dixi de Miſſali. faciunt præterea plures Hymni & preces, a Divis Jacobo Niſibeno & Aphremo Syris conſcriptæ.

Pluribus te compellare, vetat metus, tædio te afficiendi: & oculi quoque, jam caligantes, ſermonem contrahere ſuadent. Utinam corporis & eruditionis facultas voluntati reſponderet: utinam liceret, non calamo ſed lingua expreſſos coram miſcere ſermones: multa ſane, tum de conſtante & inconcuſſa Maronitarum fide, commodius atque jucundius agitaremus. Valeas interim, vir digniſſime; &, magno Reipubl. Chriſtianæ bono, diu vivas. Johannes Heſronita, cujus mentionem facis in Epiſtola tua, jam dudum exceſſit e vivis. Cum enim patriam ſolum, ante annos decem & octo, repetiviſſet, ibique Archiepiſcopus creatus eſſet, biennio poſt, mortalem vitam cum æterna commutavit. Pariſiis, xis. Novembr. CIↃ IↃCXLIV.

IDEM EIDEM.

QUum te video, lectis meis literis in quibus ſtrictim tantum attigeram quæſtiones quas tibi exponi cupiebas, adeo inſigniter ſubſultantem; neſcio, humanitatem tuam potius an humilitatem accuſare debeam. Quid faceres, ſi eas condiviſſem eodem ſapore quo tu tuos ſermones, eademque elegantia qua tu mihi gratias ingentes, licet immeritas, agis? Eadem quippe facta claritate vel obſcuritate facientium, aut attolluntur aut deprimuntur. Unde nec ſatis miror modeſtiam tuam, quum aſſeris, decreviſſe te Domini Leonardi Marii ſuppetias ad me exorandum petere, ni crus ille læſiſſet. Quaſi literæ tuæ, Attico melle conditæ, & ſimplicitatem cordis, qua Dominum quæris, redolentes, non ſufficerent; quamvis tantum animi ſanctiſſimi ſpirent, ut dubium relinquant, an ſint blandiores vel ardentiores, luminoſiores vel facundiores. Ita mulcent, ita ſuadent, ut hæream, quid pro eis tibi rependam; niſi quia totus ſum tuus, cujus totus es tu. Tu namque feciſti, ut non parum mihi videatur, quum illi me refundo, qui tantis ſuis laudibus ornare dignatus eſt. Si enim parum hoc putem, non crediſſe convincar. Erubeſco, tantum boni de me credere. Sed quid facerem? plus piget tibi non credere; non quod me credam qualem tu me putas eſſe; quoniam non agnoſco; & credam, me abs te diligi, quoniam ſentio & percipio. ſic enim nec in me temerarius, nec in te ingratus extitero. Quum enim me tibi offero, parum non eſt; quandoquidem offero, quem maxime diligis. Et, ſi non offero qualem eſſe arbitraris, cum tamen offero, pro quo, ut talis eſſe mereatur, deprecaberis. Cæterum, ſi quid a me quæris, non ut diſcipulus ſed ut commilito, libenter exſequar ſemper. Interim in eadem charta, quam ad me miſiſti, invenies, e regione deſcriptam, interpretationem eorum quæ vel nimia brevitate, vel peregrinorum rituum novitate, vel Ariæ Montani minus recta verſione, animum tuum æquo jure pulſabant. Tres intra menſes, opitulante Deo, hæc eadem videbis planius expreſſa in Bibliis magnis, quæ hic Pariſiis cuduntur. Vale, vir venerande; & amicum hunc tuum maiore ſpecta, qui te ſine fuco & fallaciis unice colit. Verum, quia naturale quodammodo eſt, per chariſſimos, ſalutare charos, Dominum Leonardum Marium meo nomine ſalvere jube. Iterum vale. Pariſiis, xx. Martii IↃ IↃC XLV.

GUIDO FABRICIUS BODERIANUS, Inſcriptionum Interpres.	GABR. SIONITA.
Mat. v.	Evangelium, recitandum in Miſſis Apoſtolorum
cap. v. *Apoſtolorum & Patrum.*	& Patriarcharum.
rx. *Septimana Candidatorum.*	Hebdomada Dominicæ in Albis.
Paraſceve hebdomadis quintæ jejunii.	Feria ſexta hebdomadæ quintæ jejunii.

xiii.

xiii. *Oblatio Dominicæ Sacerdotum.*

xvi. *Feſtum Tabernaculorum.*
xxi. *Sabbatum Hoſanna.*
xxvi. *Quinta dies ſecretorum.*

Luc.vii. *Arcanorum.*
xii. *Lectio petitionis.*
Joan.ii. *De Baptiſmo.*
ix. *Sabbat. ignis jejunii.*

xi. *Paſſio quarta.*
Conſolatio Lazari.
xiii. *Lotio ſecreta.*

Acto.i. *Genuum poſitio.*

iii. *Feria vi. auri.*

vi. *Feria vi. quietis.*

xxiv. *Diviſio Paraſceves crucifixionis.*
Ro.vi. *Jejunii, & baptiſmi.*
ix. *Lectio peregrinorum.*
Introitus in templum.
xiii. *In tempore quo deligitur Eccleſia.*
1.Co.xi. *Oblatio quintæ myſteriorum.*
xiii. *Lotionis.*
xiv. *Genuum poſitionis.*

ii.Cor.v. *Sabbatum novum.*

ix. *Diviſo jejunii.*

Gal.iv. *Oblatio Nativitatis.*

Eph.iii. *Applauſus Crucis.*

iv. *Feria vi. depoſitionis.*

2.Tim.ii. *Deprecationum.*
Hebr.x. *Benedictio aquarum.*

xi. *Indignatio de Job & juſto.*

xii. *Commemoratio* cccxviii. *Patrum, & Regum & fidelium.*

xiii. *De Sacerdotibus.*

1.Joan.iv. *Feſtum luminum.*

A Domioica, qua ſacrum celebratur pro Sacerdotibus defunctis, vel qua contiogit obitus alicujus Sacerdotis.
Transfigurationis. Faciamus tria rabernacula.
Domioica Palmarum.
Feria quinta Cœnæ Domini. vocatur enim dies myſteriorum ſive ſecretorum.
Idem.
Precum ſolemoium, vel Rogarionum.
Die baptiſmaris, quando confertur baptiſma.
Sabbathum ſanctum, quo ignis vel ſplendor divinus apparere ſolebat ſupra ſepulchrum Domini in templo Jeroſolymitaoo.
Feria quarta Paſſionis. error interpretis.
Suſcitatio Lazari. male vertit iorerpres.
Lotio myſtica, facta Feria V. myſteriorum, hoc eſt, Cœnæ Domini.
B Pœnitentiæ cauſa, ducentas, trecentas, ac plures, faciunt genuflexiones publicas: ita ut flexis geoibus, & exoſculati terram, illico reſurgant, iterumque procumbant.
Occurrit inter Paſcha & Aſcenſionem; ſed quænam ſit, neſcio.
Hebdomadem quietis vel requiei, vocant Octavam Paſchæ.
Meridie Feriæ vi. qua crucifixus fuit Dominus.
Cum quis baptizatur.
Rugationum tempore.
Præſentationis Domini.
Cum deſtinatur locus ad exſtruendum templum.
Feria V. io Cœna Domini.
Lotionis pedum quæ fit feria V. Cœnæ Domini.
Cum ſcilicet fiunt genuflexiones publicæ; ut ſupra.
Octava Domioicæ in Albis vocatur Hebdomada nova.
C Medio jejunio, hoc eſt, die, quæ mediam ſecat Quadrageſimam.
Ad oblationem, id eſt, Sacrum vel Miſſam, Nativitatis Domioi.
Pompa Crucis; cum ſcilicet ſtructo agmine circumfertur, vulgo Proceſſionem vocant.
Feria vi. in Paraſceve, qua Chriſtus de Cruce depoſitus fuit.
Rogatinnum.
Fontium & fluviorum aquas benedicunt die baptiſmatis Chriſti.
Titulus Syriacus eſt: Impendente indignatione, hoc eſt, flagello divino. Et pro Job juſto, ſubaudi, ut in cæteris, lectio recitanda.
In commemoratione cccxviii. Patrum, qui interfuerunt Concilio Nicæno, & Regum orthodoxorum.
Sacrum celebratur quotannis pro Sacerdotibus vivis ac defunctis.
Feſtum Epiphaniæ.

MELCHIOR
INCHOFERUS
DE
EUNUCHISMO.

Google

MELCHIORIS INCHOFERI
DE
EUNUCHISMO DISSERTATIO,
Ad Clariſſimum Virum
LEONEM ALLATIUM.

I.

INter alia, quæ, pro munere noſtro, mutuis ſermonibus verſare ſoliti ſumus, præſtantiſſime Leo, ſi bene meminiſti, non poſtremum hoc fuit: ſcribendorum librorum nullum eſſe modum. Et ſæpenumero ex me audiſti, jure ambigi poſſe, plus ne utilitatis, quam damni, Reipublicæ attulerit, non admodum antiqua, typi impreſſorii inventio; quando nemo non hoc beneficio ſibi utendum putet, ut de republica ſcribendo mereatur, vel ſi atramento papyrum inficiat potius quam inſcribat. Ita plurimi hodie libros cudunt, locupletatiſque typographis & bibliopolis, pauperiem ſcholis inducunt. Pauci nomen autoris boni tuentur, meri aut exſcriptores aut compilatores, ne dicam, expilatores. Qui ſi quid interdum in ſpeciem afferunt, plauſum captantes, id ſolum eſt, quod doctiſſimi antiquorum inſuper habuerunt, ac ut quiſquilias abjecerunt: his exultant iſti, facile hecatombem facturi; renturque ſe ſcientiarum inventores, mundi lumina, cum Salamoio Grammatico Solis vocabulum affectantes. Tales in omni genere litterarum frequentes inveniri, vere diaetis, eruditionis depopulatores, ſæpe tibi mecum doluit; quando eorum præſertim, qui ſacram Scripturam novis interpretationibus illuſtrare ſe gloriabantur, lumina, ut videbantur, reſpicientes, agnovimus tenebras: ſcilicet obſcuriore ſenſu deformatas ſanctorum Patrum ſententias, & interdum verbo duntaxat præ, poſt, poſito, aut accuſativo in ablativum mutato, hederam præfigi. quos deinde reliqua deſcriptorum copia laudatos ſuſcepit, & tanquam onagri, turbatas a camelis limpidi fontis aquas haurientes, viciſſim ſequacibus propinarunt.

II. Quorſum hæc? Ut te nimirum hoc genere excipiam, cujus eruditionis argumenta, mera omnia ſunt & ſolida ex vetuſtatis receſſu, vel nondum a quoquam prolata, vel eatenus a te eruta & explicata, ut in loco nova cenſeantur, at prorſus in rem præſentem. Tale eſt recens hoc opus: *De Eccleſiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua conſenſione*, cujus cognitorem me autoritate publica optaſti. Quod ne iterum hic laudem, juvat duntaxat meminiſſe, quam jucunde acciderit, ubi te in Photium Eunuchum Patriarcham effuſum vidi, inceſſiſſe rurſum, quod non ſemel tecum aliiſque noſtri officii viris ardentius egi, tertium hoc hominum genus, ut Severus appellabat, naturæ ulcos, Reipublicæ peſtem eſſe. Id vero ita a me dictum exiſtimes velim, in hoc genere nihil medio loco ſtare, ſed, in quamvis partem feratur, ſummum vel imum petere. Nam, quemadmodum nonnullos literis, armis, fide, conſilio, denique ſanctitate, fuiſſe legimus conſpicuos; ita e diverſo, degeneres pejora ſemper affectaſſe, calliditate & perfidia peſſimis excelluiſſe. Atque ut in bonis ii cenſeantur, quos aut ſua neceſſitas, aut aliena vis, etſi tales effecerit, virtutis tamen propoſitum integros animi ſervavit ſceleriſque puros; ſic viciſſim in malis numerantur, quos honorum & opum cupiditas pravo conſenſu viris exemit, inſigni naturæ probro, nec videndos nec in uſu habendos a viris, ut ajebat Severus, quod in monſtra abiiſſent; immo arcendos etiam a nobilibus & honeſtis feminis, etſi eos barbari uno fidei nomine integros & precioſos haberent, eoſque cubilium cuſtodiæ præficerent, onde etiam Eunuchos dictos aiunt; ſcilicet gynæcei curam, uxorumque caſtitatem zelotypi non gignentibus ſed corrumpentibus committentes; quam unicam illis caſtrationis cauſam fuiſſe, cenſuit Epiphanius. Quæ idcirco præmitto, ne quiſpiam objiciat Nereum, Achillem, Flaviæ Domitillæ Eunuchos, Ignatium, Methodium, Sanctiſſimos Patriarchas, Baſilium, Eutropium, Narſeten, alioſque belli & pacis arbitros conſultiſſimos, Principibus orbis in paucis gratioſos. Nullum quippe genus mortalium adeo iniqua ſorte damnavit natura, ut non ſubinde frugi homines daret, haud ſecus ac arida terra interdum quoſdam flores.

III. Sed enim, ſi a frequentibus magis quam raris eventis documenta capimus, nihil tam rarum quam probos, nec tam frequens quam improbos eſſe Eunuchos ſpontaneos. Dabit mihi non nemo Putipharem, Pharaonis magiſtrum militiæ; alium piſtorum principem, Regis item pincernam; qualis præterea fuit ille apud Achabum, qui Micheam juſſus eſt evocare; qui etiam apud Joramum bona viduæ male capta redintegravit; qui denique, juſſu Jehu, Jezabelem e ſublimi præcipitem dederunt. Non de hoc genere Eunuchorum eſt ſermo noſter; quos eruditi, ampliato vocabulo, nobiles viros, conſiliis cubiculiſque Principum ſpectata fide præpoſitos fuiſſe, exiſtimant; quales etiam in Paralipomenis, ſecundum principes & tribunos, aliaſque dignitates, regiis Davidis natis adjunguntur: neque enim, quod advertit Hieronymus, ad tam grande conſilium ſemiviros vocari lex permittebat; quicquid etiam nugentur Hebræi, Eunuchos hic dictos, qui, velut a communi hominum more abſciſſi, nequaquam ſe artibus ſeculi in-

geſſiſſent, amoreſque ſuſcipiendæ prolis non libidinis gratia habuiſſent, quales Joſephus ex peculiari ſecta Eſſenos appellavit. Fabulæ. qui enim, ſi tales, hoc eſt, lectioni & orationi dumtaxat vacantes, conſiliis Principum & arduis Regni tractationibus miſcebantur? Ceterum, ut Principum intimi, etſi membra integri, vetuſto more interdum Eunuchi ſint dicti; poſterioribus tamen ſeculis, ne vocabula rebus minime convenirent, deintegratis, cum honoribus, ignavia Principum, adhæſerunt; raro felici eventu, quaſi corporis vitium animi dux eſſet.

IV. Et, ne in exemplis laboremus. Eutropius ille, Theodoſii ſenioris Procurator primum, deinde etiam Arcadio a cubiculis, memorandum ſufficit argumentum. Hic, adoleſcens, haud ſcio qua gratia, exſectus, ubi adulter factus eſſet, favore potens, nullum facinus aulicum prætermiſit. In minimo fuit, magiſtratus vendere, nobilibus calumnias, Senatui probra ſtruere. Ariſit aliquandiu fortuna; multique, ſplendorem & potentiam adorantes, ſexum quoque, ſi ita dicere lubet, ſunt imitati, ut evirari vellent; homines ſtulti, ſpes ſuas prodigentes; quales hodie videas quam plurimos, ſi metaphoram extendas. Quid tandem? Exoſus omnibus, nec multo poſt ad necem quæſitus, ad templum confugit: verum, inde abſtractus, noviſſima luit, capite plenus, bis truncus. Scilicet id commeruit, qui legem promulgarat, abſtrahendos etiam ab aris, qui, ſalutis cauſa, eo confugiſſent. Apud Theodoſium quoque juniorem, quod leni eſſet ingenio, molliorque ad res gerendas, hæc monſtra plurimum valebant; multa perperam miſcebant; Antiochus in primis; ſecundum hunc Amantius; denique Chryſaphius. vin' ſcire, qua exita? Antiochus, immemor ſui, cum pro imperio omnia moderaretur, omnium invidia petitus, mox & honoribus & bonis exutus, denique attonſus, & in ordinem redactus, brevi miſere exſpiravit. Amantius, ex clariſſimo obſcurus, obſcuriore fortuna vitam in tenebris exegit. Chryſaphius, Eutychetis fautor, cum omnia ſic poſſet, ut etiam res eccleſiaſticas pro libidine tractaret, Theodoſio ad ſaniorem mentem redeunte, fortunis omnibus cum dignitate ſpoliatus, perpetuo gemuit, ſero, ſe tot ærumnis affligi, agnoſcens, quod tot malorum autor exſtitiſſet. Quid de Joanne illo vaferrimo dicam, cujus artificiis Zoe Auguſta, uxor Romani Argyropuli, & Michaelem fratrem Joannis turpiter adamavit, &, ſublato e vivis Romano, eundem ad imperium evexit, dictum Paphlagonem? Ita homuncio exſectus, & turpiſſimus ipſe ſector, diadema & familiam Auguſtam ſecuit: ſed nonne tandem ſua verſutia, verſatilis fortunæ ignara, miſerum præcipitavit, ut, & ſua ſuorumque, quos extulerat, felicitate colliſa, ludibrium orbis, miſerorum ſpeculum eſſet, nullo ex tot honorum & opum alumnis ſuperſtite relicto, miſerrime contabeſceret?

V. Ita ſane, ſi quid aliquando recte & ſalutariter, plerumque tamen Eunuchos perverſe & periculoſe geſſiſſe, legimus. Nec immerito naturam ſecutæ leges, cavendum ab iis voluerunt, qui ſponte in ſemetipſos injurioſi extitiſſent; quando, iiſdem abuti, & barbaris plerumque viſum fuit, ſive ad pœnam, ſive ad ludibrium & ignominiam; ut inter morboſos quoque cenſerentur, & redhiberi poſſent, multoque magis poſtquam inoleviſſent, dominorum lenones ex uſu conſtituti: nam antea, vernantes, quæſtui ſerviebant, attonitis ad formam ſtultis nundinatoribus. Quo factum aliquando, ut Perſæ, urbibus Joniæ potiti, formoſos quoſque pueros, caſtratos, ad Darii regiam adducerent; & Abaſgi eoſdem, parentibus vi abſtractos exſectoſque, bene multa pecunia Græcis divenderent; occiſis parentibus, ne quando ulciſcerentur: eratque apud Abaſgos, puerum elegantem genuiſſe, genitoribus exitium; quoad Juſtinianus Imperator cavit, ne quem in poſterum caſtrarent invitum, capturi alioqui inanem laborem, nemine Romanorum mature. Quippe Juſtiniano turpe videbatur, imperatricem Urbem tot ſemiviris abundare, vix diſcreta mulierum tribu; felici eventu, niſi optimum conſilium ignavia ſucceſſorum corrupiſſet. Sed enim hæ fortitan ſecundæ, imo & poſtremæ, fuere ſectorum curæ. Nam, qui primi id monſtri in orbem invexerunt, alio atque alio propoſito creduntur feciſſe. Semiramidem, inter mulieres multo celeberrimam, plerique volunt, primam Eunuchos initiaſſe; ne, cum vir vellet haberi, ſola eſſet voce exili & imberbis: quam e diverſo turpius imitatus eſt, virorum illud propudium, Heliogabalus, & hujus cliens Baſſianus: de quorum turpitudine præſtat ſilere, quam honeſtas aures dictis vulnerare: ſatis ſit, inſinuaſſe, in omnia libidinis monſtra verſos ambos, nomen quoque cum natura & ſexu repudiaviſſe, ut alter ex domino domina, ex Baſſiano alter Baſſiana, dici amaret. Alii id inventum Parthis aut Perſis adſcribunt in Spada pago, unde Spadones vocatos exiſtimant: quamquam Græcis genuina ſignificatione Spadones ſint, quibus aut teſtes evulſi, aut ipſi cremaſteres, hoc eſt nervi e quibus teſtes pendent. Fecerint id lucri, aut libidinis, gratia: libidini ſtuduiſſe Gygem, Lydorum Regem, ſive is fuerit Adramytes, ipſa libido vocem mittit, quando, non contentus ſemiviris, ſemifeminas quoque novo & intentato ingenio fecit; primus ſcilicet feminas Eunuchas reddidit, ac, ut ita dicam, caſtrando effeminavit, ut iis, perpetuo damnata prole, tamquam ætate florentibus abuteretur.

VI. Itaque Cacodæmonis inſtinctu & præceptione Ethnicum fuit inventum, evirare; fluxitque hæc ſecta ab Aſſyriis ad Perſas, a Perſis ad Græcos, ab his demum ad Latinos; hodieque late in Europa viget; tametſi apud ſeptentrionales haudum obtinuerit, turpe exiſtimantes, niſi bruta, caſtrare; hoc ab Iſraelitis differri, quod hi ne bruta quidem niſi integra eſſe vellent. Quod porro ſpectat ad nomen Eunuchorum, id olim hæſiſſe conſtat in nobilibus viris, qui a conſiliis cubiculiſque Principum primi eſſent: unde & nomen tractum propius, quam Epiphanii conjectura, quod bonæ mentis aut benevoli eſſe poſſent ablatis membris, nec commiſtione affricari: poſtea tamen deerravit ad infames, non ſecus ac vocabulum Sophiſtarum a ſapientibus ad ignavos & vafros captatores. Quamquam deinde accommodata ſignificatione traductam ſit, non ad eos qui per vim exſecti, nec qui cælibes ſunt, ſed qui non gignunt, ſive natura, baceli dicti, ſive virtute continentiæ tales effecti; quæ quidem acceptio ſacris doctoribus ad mentem Evangelii in uſu eſt. Verum enimvero ſermo noſter de exciſis eſt, ſive ſponte, ſive ſtultorum dominorum, ut Concilium Arelatenſe loquitur, voluntate & violentia; & primi quidem digni, qui, perpetuo pœnam circumferrent infamiæ & ignominiæ, nec minus delicti, quam olim, Scytharum lege, pendebant adulteri; ut, qui alienum thorum violaſſent, legitime gignendi facultatem amiſiſſent; paulo mitius quam poſtea tulerit interfector Mauritii Phocas, ob libidinem non caſtratus modo, verum etiam igne crematus. Tulere & ignominiam legari, contra jus gentium licet, quos Pantaleon, Rex Eleorum, ad ſe venientes eviravit, & ſemina mandere coegit. Mitiſſime omnium Longobardi, ſi quis alterum præſumptione ſua, vel ſponte, caſtraviſſet, mulctam ei pecuniariam dixere, integram ſi utroſque teſtes, dimidiam ſi alterum tantum, amputaſſet: niſi laudabilius eo fuit Eleorum inſtitutum, ut, qui id feciſſet, paria pateretur. quod ſi hodieque vigeret, non tot ſemiviros, inſultoreſque probroſos, civitates ſuſtinerent.

Digitized by Google

VII. Hæc ſi de ſectoribus ſectiſque univerſim dicta in loco ſint, mihi tamen, rem altius conſideranti, occurrit, omnis quidem mali, ſed in primis hujuſcemodi exſectionis, diabolum eſſe peculiari propoſito auctorem; ut qui, ab initio factus homicida, multis quidem modis exitium hominibus procurarit, hoc tamen ingenio potiſſimum exſcindere tentarit humanum genus, invidia Creatoris, ne juxta hujus in natura inſtitutum creſcerent homines, & multiplicati replerent terram, adeoque non multi beatas manſiones, quibus perduellionis caput ipſe cum ſuis ſequacibus excidit, occuparent. Ut recte admodum Chryſoſtomus ſenſerit, membra exſcindere, ab initio fuiſſe opus dæmoniacæ operationis, & inſidiarum Satanæ ut Dei opus calumniaretur. Et hujus quidem artes egregie imitati ſunt, qui, in cognatum ſanguinem ſævientes, aut ſuſtulerunt ſceptrorum competitores, aut, iis violenter exſectis, regna quoque legitimis hæredibus caſtraverunt. Quod ſcelus quam uſitatum fuerit Imperatoribus Græcorum, hiſtoriæ produnt, ut non detonſos modo, verum etiam exciſos interdum, & excæcatos, in cœnobia retruderent; quos tamen, ſorte ſive errante ſive deſtinata, non ſemel ad regna & Sacerdotia viderunt emerſiſſe. Hinc tot Eunuchi, tum aliarum urbium Epiſcopi, tum Conſtantinopolis Patriarchæ; ut de vim paſſis, & alias ſanctitate conſpicuis, taceamus. Cui ſceleri fortaſſe non impar fuerit, apud noſtrates, ab avaris parentibus invitas in Monaſteria, dotibus ſtrangulatis, detrudi natas, &, ne ſoboleſcant, ad involuntariam voto aſtringere continentiam: quod unum & capitale eſt ex abſurdis, quæ cum depravatis ſeculi moribus invaluerunt; habentque bona dotalia ſectores avidos, haud aliter quam hodierni Eunuchi ſuos, priſca legum ſeveritate damnata.

VIII. Atque ut in hunc campum deſcendamus, fuerint olim imbelles Eunuchi, fuerint & delicati tyranni, fuerint inhumani barbari, qui quovis fine pueros adultoſque ſecuerint; fuerint denique nonnulli, aut inſania correpti, aut pugnæ ſpiritualis ignari, qui, ut Concilium ait, non per diſciplinam religionis, & abſtinentiam, ſed per abſciſſionem plaſmati a Deo corporis, exiſtimantes poſſe a ſe carnales concupiſcentias amputari, de ſtatu virorum deceſſerunt: adverſum hujuſmodi, & fulmina Canonum Concilii Niceni primi, Arelatenſiſque ſecundi, liceat intorquere, & gladios legum ſevere vibrare, ut ne dum abſtenti ſortem in Clero minime optent, ſed, antiquo Deuteronomii & Leviticorum inſtituto, nullatenus in Eccleſiam intrare permittantur, ſive id fuerit ſacris operari, ſive in populis gerere magiſtratum; ſed immo, tanquam ſui homicidæ, infames, ex lege, capitis arceſſantur. Fac ita eſſe. Ceterum, alia ſe offert cauſa, quam leges & fulmina minime reſpexere, ſuperior omni honeſtamento, qua cum nihil commune habet barbara inſcitia, nihil profana cupiditas: eſtque ejuſcemodi, ut, ſi qua lege cenſeretur vetita puerorum caſtratio, ea certe aut abroganda, aut temperanda, aut certe majoris boni, addo, omnis ſanctitatis ornandæ, gratia, inſuper habenda foret, contrariaque conſuetudine obterenda. Et quænam tanti? Expedit nempe, in Eccleſiis, ſuavitate canoræ vocis, audientium mulcere aures, &, tremuli gutturis modulis, animorum venerem titillare, ne non ſint, qui divina frequentent, alio ab illicita abſtracti. Intereſt proinde, ſeu ornamenti ſeu ſalutis publicæ cauſa, Eunuchos eſſe, eoſdemque optime fovere. Enimvero, ſi aliquando jus & fas eſt, curandæ ſanitatis gratia caſtrari, non minus quam manu & pede truncari, quo reliquum ſervatur corpus, adeoque, ſi majoris mali vitandi, majoriſque boni captandi, e publica utilitate, ſit ratio, licet minus malum eligere, A majus bonum paciſci, privatum commodum poſtponere; quid tam minus malum, quam, citra periculum vitæ, doctæ jam manus peritia ſecari, ut pulchre canas? Quid rurſum majus in bonis, quam potentia carere gignendi, ſine cura natorum, parem Angelis, qui nec nubunt nec nubuntur? Quid tam utile Reipublicæ, quam eleganti vocis ſuavitate ſuſpenſos habere auditores, ac plane attonitos? Ecquis vero adeo ſit protervus, adeo etiam humanitatis ignarus, ut, inter maxima corporis bona vocem eſſe humanam, inficietur, adeoque proprium hominis bonum, ad manifeſtandos animi ſenſus, ſingulari Dei munere datum, &, hoc propter, ceteris organici corporis inſtrumentis minus neceſſariis, mutis, cæcis, abſtruſis, merito anteferendam, nemo ut ſit, ſi hominem ſe eſſe meminerit, quin pede, manu, multoque magis membro geB nitali, brutis etiam communi, carere, quam voce, malit? Jam, ſi tanti eſt vocis uſura communis, quantumvis crebro abſonæ & impeditæ, quanti putamus faciendam vocis ad modos formandos artificioſam excellentiam, ut ei ſervandæ minime ſit, nedum genitalia, ſed manus quoque & pedes, ſi res poſcat, amputando ſubſervire. Si etiam addas, accedere in bonis externis, quod corpori decedit, quando ea de cauſa favorabiles apud Principes hoc genus ſemiviri, de more, non talenta duntaxat amplæ ſuſtentationis, verum etiam pinguia ut plurimum ſacerdotia, titulòſque nobilium emerentur, ſuorum inopiæ cum honore conſulentes. ut hac una de cauſa præoptandus ſit ſtatus Eunuchorum, potentiæ generandæ prolis, adeoque excellentius bonum ſit excellere voce quam non eſſe EunuC chum. Uno verbo, jure naturæ præſtat, ſemivirum eſſe, quam non ſervare vocis excellentiam, tot bonis fœtam. Atque hæc ſola rationabilis eſt cauſa, qua contra omnes leges excipiamus, quarum nulla vetat niſi temerarias cum diſcrimine vitæ ſectiones, quæ ab hodierna peritia longe abſunt, nemo ut, inſtar homicidæ ſui, in noxam & jus vocari poſſit, ſed neque repetundarum poſtulari, quaſi rei non ſuæ uſurpatione, imo & deſtructione, damnas foret. Etſi enim dominium membrorum humanorum ſit penes conditorem, homini tamen totius corporis cura ex integro eſt demandata; quam proinde utiliter gerens ad conſervationem, non eſt cur nullus membri, minus neceſſarii, & aliis de cauſis permoleſti, privationem haud queat procurare; non aliter atque optimus magiſtratus turbaD lenti & ſeditioſi civis e Reipublicæ corpore exciſionem.

IX. Hæc fere proponunt patroni Eunuchorum, facile revocaturi priſcam evirandi abuſum, immo & nuptias ad paucos redacturi; quid ni enim, ſi id liceat, vocis duntaxat ſervandæ gratia, eoque ſint pretioſi Eunuchi, maxime laudabile ſit, ob edomandam carnis rebellionem, ſalutiſque animorum conſtituendæ cauſa, ſuper omnia majoris boni comparatione, quando nihil adeo prope facit ad beatitudinem heroica virtute conſequendam. Reviviſcant porro non jam illi muliebriter cantillantes, aut cubilibus & gynæceis præfecti, aut etiam honorum munerumque moderatores, ſed qui pudicitiæ amore, & quo, inter mulieres ſecura verſari, ſalutem proximorum fidentius procurarent, ſe ipſos caſtraverunt, virtutis cauſa præparati Martyras, Leontius, OriE genes, & hujus exemplum ſecuti Monachi Ægyptii, denique ſecta vetus Eunuchorum; pluſque inducantur Canones Conciliorum adverſantes, ne non ſuo ſenſu ſtet dictum Salvatoris, *Sunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum Dei*. Neque hic obtendant, alias eſſe caſtitatis & continentiæ ſervandæ rationes, ex religionis Chriſtianæ diſciplina, quam ut ſectione ſit opus voluntaria. Quis enim pluribus remediis uti prohibetur, ad finem adeo ſalutarem

conſequendam? quid vero ſi ſectio præſentiſſima ſit continentiæ medicina, ut ex neceſſitate ſemel impoſita perpetuum ſit virtutis exercitamentum; ipſis adverſariis fatentibus, amputatione libidinem enervari, noxias vires elanguere, nec verum eſſe, Eunuchos ardere magis, quicquid diverſum ſenſerint aut ſacri Doctores aut periti ſcrutatores? Adhuc autem retorquere licebit, non unum eſſe vocis conciliandæ ſervandæque modum, medicis exploratum; ut quid ergo ſectione opus? vel, ſi hoc pronum & facile remedium; quæ, oro, vocis ſervandæ neceſſitas? quæ utilitas, ut caſtitati conciliandæ ſit præferenda? adeone majus bonum, in Eccleſiis & conviviis ſuaviter cantare, quam caſtum & continentem, ut Deo, non hominibus, placeas, eſſe? O inſanam vanitatem! o vanam inſaniam! Dena & amplius cantorum millia Davidis Salomoniſque chori numerabant; nemo unus ex iis Eunuchus fuit, quamquam non deeſſent Eunuchi, qui alias præcipuo loco haberentur: ita viſum non eſt inter cantores adhibere, quibus lege vetabatur in Eccleſiam introire. Adeone noſtra, quæ tum figurabantur, myſteria viluerunt, ut cantores ſemiviros inducamus, naturam vituperemus, quid dicam, Deum in deformata ſui imagine inhonoremus? Quaſi vero, ſi tanti referebat ad Creatoris laudes modulate concinendas, ipſe, qui omnia perfecta condidit, non etiam huic indigentiæ providiſſet: an fortaſſe nos homunciones Dei providentiam incuſamus, &, quæ ipſe bene operatus eſt, emendare præſumimus? Quod ſi tanta tenet cupido mollitudinis vocum mulcentium, cur non feminas potius admittimus, naturæ ſuam integritatem relinquentes, quam viros effeminamus, velut Neronem in tot Sporis imitari?

X. Sed neque his ineptiis opus, vel ſi jucunda & ſuavia amamus. quid enim in cantu ſuavius, quam pueros genuina dote petite modulantes audire, ſive tam robuſto pectore contenti gutturis argutias ſive ſonoras vocis canoras inflexiones attendamus, præ quibus palpitantes puellarum & ſemivirorum fractiones vix utriculariorum cenſeantur ſtridulationes. Equidem ita cum viris ſum comparatus, ut, quoties hoc genus in templis friguttire ſentiam, naturam de injuria Creatoris conquerentem ſentiſcere mihi videar, nec tam ſuavam melodiam, quam fugientis ſpiritus, cum affecto nervo colluctantis, laborem agnoſcam, eo magis, quod hodierni, quos vocant, Contrapunctiſtæ, modis a muſicæ natura alienis mimice geſtiant, & mira quadam confuſione, citra vocum articulationem, indiſcretis omnia tractibus inſulſa repetitione miſcentes, produeant.

XI. Hæccine ergo ſunt nugæ, ob quas ingenio conditoris illudimus, &, quos ille viros fecit, nos, ut non mares nec feminas ſed tertium quoddam genus, deformamus; &, quaſi non ſat monſtrorum vitiata corporum temperies proſerat indies, hoc, ſupra conditoris ſapientiam, nos novi plaſtæ, novo invento, inducimus, & inſana æmulatione, tanquam ab autore naturæ non cognitum, proponimus, ſcilicet mutilam & mancam rerum diſpoſitionem corrigimus? An fortaſſe exiſtimamus, præſtare in noviſſimis defectum membri eſſe, quando majoris boni cauſa refert Eccleſiæ militanti, tales habere? At, dicunt patroni exſectorum, utiles quidem eſſe Eunuchos, non tamen perinde neceſſarios. Itane vero? unde ergo jus illud tam arbitrarium parentum in natos, ut, ſi ſperent, cantando profuturos, eos abſque neceſſitate virilibus orbent? Reſpondent, fieri, natis conſentientibus. quaſi id poſſint nati, qui nec vitam coacte prorogant, ſi, cum res poſcat pro ſervanda corporis integritate partem avelli, mori quam cruciari malint. Quem porro judicem dabis adeo inſanum & miſanthropum, qui Reipublicæ pluris referre pronunciarit eviratos ſive effeminatos cantores, quam humani generis propagationem? Ac barbarus plane ſit omniumque legum refuga ſtuiros parens, qui abſciſſi nati cantu diteſcere malit ad tempus, quam perenni ſucceſſione inflorentibus ſupereſſe nepotibus, ut vitam ſibi præcidat, impius in naturam: quando, ſi ſapientibus credimus, fortior eſſe præſumitur dilectio nepotum, quam natorum; quod in iis, ut ille ait, memoria parentum ſervatur longæva; diliguntur autem res, conſervaturæ magis. Jam, ſi ſuum cuique opus, ex mente Philoſophi, eſt ſuum eſſe, unde & Comicus ille mortem ſibi conſcivit, quod ſuas in mari perdidiſſet comœdias: quidni id potiſſimum ſit in vivente ſobole, quam quiſque integram genuit, niſi amentes ſimus? Ridendi porro ſunt, qui conſenſum natorum requirunt, & nihilominus liberum eſſe parentibus electionem ſtatus affirmant, ut pleno jure de filiis agant, quod libet: qui enim libera, ſi a conſenſu nati pendet? An vero, ſi, ſecutus conſilium Apoſtoli, nubere velit filius, cum poſſit, ne uratur, licebit parenti manus inferre, &, ne gignat neve concupiſcat, abſciſſione providere, cum ne cælibem quidem vitam tuto ſuadere, ſeu continentiæ ſine piaculo queat adſtringere?

XII. Certe, ſi libertas ea filii eſt, ſui ſtatus eligendi, non plus circa eam parentes poſſunt, quam ſacroſanctæ leges permittant. Quæ vero lex unquam permiſit, natos caſtrari, & non potius diſtricte prohibuit? Alioqui reviviſcant peſſimi Abaſgorum mores, &, abrogata Juſtiniani ſeveritate, libera ſit caſtratorum nundinatio; tollantur leges capitales; ac perinde ſit Eunuchum fieri, atque ad ſummos honores gradu facto deſignari; nec magnum reſpublica detrimentum faciat, ſi viris careat, ſi ſeipſam exſcindat. Quare, ſi leges ſtare volumus, nec filiis in ſe ipſos, nec parentibus in filios, hanc poteſtatem tribuemus. Ne toties hic repetam, jure naturæ cautum, ne quid naturæ injurium admittatur. Non ſum neſcius legis Conſtantinianæ, quam nonnulli novam vocant, fas eſſe, propter nimiam paupertatem egeſtatemque, filium filiamve diſtrahere: neque tamen ulla lege conſtitutum invenio, licere perinde abſcindere, & gignendi facultatem injurioſe adimere: quin, ſi quiſpiam Eunuchum vendidiſſet imprudenti, ſeu morboſam rem tradidiſſet, redhibitoriam jus erat intentare actionem: quamquam, nec filios alimentariæ legi fuiſſe obnoxios, ſat notum, quibus parentes, cum poſſent, alendis non proſpexerunt. Ceterum, ut filios deſtruere licuerit egeſtatis parentum cauſa, nulla tamen alia vendere, ſed ne pignoris quidem jure, aut quoties alio prætextu alienare conceſſum, manifeſti eſt juris: alioqui compertus pater ſanguinis, hoc eſt, ſanguine ſive capitaliter puniendus, cenſebatur. Hoccine in geſtis, ubi nihil injurioſum in naturam? Quid putamus facturos fuiſſe providos legiſlatores, ſi unquam in mentem eis veniſſet, futuros, qui cantus gratia, ſupra morem barbarorum, ſacris eviratum eſſent natos, &, abſciſſa ſpe prolis, ſævituri in naturam, humani generis hoſtes? An fortaſſe Cagani Principis Hunnorum Scythicorum exemplo, qui a parente ſuo excæcatus, ne regnaret, adeptus Principatum, eundem viciſſim evirare juſſit, ne filios gigneret, quos principari nollet; hujus, inquam, exemplo conſtituturi forent, ut parentibus, ſectionis vicem, nati redderent, qui natis virilitatem invidiſſent?

XIII. Quamobrem appoſite Canones Apoſtolorum, Nicæni quoque & Arelatenſis Conciliorum decreta, diſtricte vetuerunt, Clero adſcribi Eunuchos, niſi quis per inſidias hominum, aut in perſecutione, aut a medicis propter ægritudinem, ſectus, aut denique natura talis factus fuiſſet. Ceterum non laicus modo, ſi ſeipſum

ſanus vitiaſſet, divinis abſtentus, ſed etiam Clericus, jam ſacris initiatus, ab officio & miniſterio ceſſare, perpetuæque ſubeſſe damnationi jubebatur; eo ſcilicet quod, ut Canones Apoſtolorum loquuntur, ſui ipſius homicida, Dei conditoris inimicus, divini opificii & creationis hoſtis extitiſſet. Nec eſt, ut quiſpiam hoc loco novam inveniat cauſam præterquam Canones & Concilia exceperunt, quaſi gratia cantus eximios faciat probro injuriæ pœnæ atque etiam gratioſos in eccleſiis Eunuchos. Mirum vero, tam urgentem rationem haud conſideraſſe Patres, quibus, præſertim Conſtantino rebus moderante, ſplendor eccleſiarum & Dei cultus maxime curæ fuit. Scilicet frivola hæc, & a gravitate aliena, procul ab illa decretorum majeſtate fuerunt, procul a conſultis ſanctiſſimorum Patrum. Quin, ſi occurriſſent animis, continuo abjeciſſent: quod poſtea fecerunt, qui, per Occidentis eccleſias, mimicas ad organa vocum fractiones ſuſtulerunt. Vetitos porro a Niceno Canone non cantus, ſed Eunuchos gratia cantandi factos, evidens eſt ei, qui vim exceptionum non ignorat. Diſpoſitio quippe, cauſas culpa vacantes adſtruens, quæ præter has ſunt, obnoxias facit, ut in exceptis firmum ac ſtabile robur obtineat; & alioqui, ſi quiſpiam, gratia ſervandæ vocis, ſponte ſecandus, inter chirurgicas uſtiones præmoriatur, homicida ſui non fuerit; cum tamen ſuperſtites quoque ſectioni, niſi una ex dictis cauſis excuſet, ab homicidis, & vitæ ſuæ inſidiatoribus, Patrum ſententia, non eximantur; atque ideo nec ad clerum admittendi, nec, admiſſi, in eo tolerandi cenſentur: quod ſane de mortuis affirmari minime poteſt. Ut hinc quoque luxetur inſulſa quorundam interpretatio, qui & Canonum & legum ſeveritate eos duntaxat perſtrictos fuiſſe dictitant, qui, ſubmittendo ſe ſectioni, de vita periclitati eſſent; quod diſcrimen hodie, in tanta ſecantium peritia & ſecandi facilitate, longe abeſſe exiſtimant, ac propterea, ceſſante fine, ceſſaſſe vim legum, & facti noxam.

XIV. O ridendam hominum inconſiderantiam, qui, cum velint, precioſos tum fuiſſe Eunuchos variiſque ac ſpecioſis muneribus adhibitos, &, ne multitudo damnoſa eſſet Reipublicæ, temperamento legum fuiſſe opus; non animadvertunt, ſe ſibi contradicere! Ubi enim periculum vitæ, ſi tanta fuit ſectorum copia, in quibus non pauciores fortaſſe fuerint adulti ambientes, quam inviti imprudenteſque pueri? Id ſane numeroſa illa, quæ tum viguit, Eunuchorum ſecta loquitur, vel ſi plures Leontii illius imitatores taceamus, qui, ut ſecure & extra ſuſpicionem cum ſua Euſtolio cubaret, jam ſenior ſecari voluit, imo in deliciis habuit. Quaſi vero non major cum petitia fuerit, ſive ferro ſive pharmaco ſive colliſione, flacceſcentium in calida teſticulorum res agéretur. Certe, qui Origenem defendebant, ſi Epiphanio credimus, id non a ſe factum ferro, ſed pharmaco, rebellem corporis partem exſiccante, affirmabant. Juſtinus quoque refert, adoleſcentem Chriſtianum, quo careret irrationali carnis motu, libellum obtuliſſe Felici Præfecto Auguſtali, quo medico, timore pœnæ id detrectanti, facultatem impertiret. Hic ne peritiam quiſpiam deſideraverit? Sed utinam hodie quoque timor pœnæ, non duntaxat medicos, at multo magis indignos ſobole, & ſuo nomine parantes, coerceat. Scilicet culpa vacant, quia, ut ajunt, accedit puerorum conſenſus, ſecurus injuriæ. Deum immortalem! adeone deſipiunt, ut conſentire dicantur, qui nondum arbitri ætatis eſſe queunt? nondum maturi ad ſponſalia, finguntur nuptias averſari, quarum nec vocabula norunt: minis, precibus, blanditiis, promiſſis, & ſpe futurorum implementos, induci, hoc eſt volupe conſentire, & non potius fraudulenter cogi, nulla ut ſera pœnitentia facti damnum præſtet. perinde porro leges, & medicis & ultro ſe caſtrari ſinentibus, aut quocumque modo inducentibus, ſunt capitales; quanto magis, ſi parentum væſania accedat, nulla tanto ſceleri ſat digna pœna! Pudeat vero, tam abſonæ opinionis, ſuos patronos, quando tam immane &, ut loquuntur Patres, creationi Dei tam inimicum facinus, non divina tantum lege, ſed omni etiam humano jure, ſuppliciis ſacrum eſt; in quo nimirum plaſmatum a Deo corpus integrum & perfectum, malitia diaboli, Dei hominumque hoſtis, deformatur in monſtrum, quod nec virum nec feminam, nec androgynum aut hermaphoditum, ſed novam quandam ſpeciem, opificio conditoris rerum adverſam, exhibeat.

XV. Quamobrem optime ſapientiſſimi viri, ſi quis ſeipſum mutilet, aut alii poteſtatem mutilandi, extra cauſas a Canonibus probatas, faciat, reum noxæ mortiferæ pronunciant, nulla cujusvis optimi finis ac circumſtantiarum cohoneſtatione, quando, juxta vulgatum axioma, *non ſunt facienda mala, ut eveniant bona*; nec bona eſſe poſſunt, quæ, circumquaque conſiderata, Chriſtianæ charitatis offenſam cum ſumma Creatoris injuria nexu indiſſolubili ſociant. Deus nempe, rerum omnium, hominiſque, ad imaginem ſuam creati, Dominus, humani corporis curam homini demandavit, non ad deſtructionem, ſed ad ædificationem & conſervationem; ut proinde, ſi eo perperam abutatur, non impune ſit laturus. At quæſo, qui major abuſus, quam fœda ſectione deformare naturam, & factori naturæ, quaſi neſciiſſet, illudere? Niſi forte pulchritudinem ſupplere ſe exiſtimant ſectores iſti, cum, velut arbores, pueros putent; ſcilicet ut fructum plur afferant. apage inſaniam. Sed iterum occurrunt: procul piaculum, ubi procul diſcrimen vitæ, quod formidarunt adverſantes. Eſto; ſit ſecurus vitæ; num ideo ſecurus culpæ? num ideo fas Chriſtiano, abſciſſione ſe ipſum dehoneſtare, perinde certe, ac oculis auribus cæteriſque organis privare, quamvis id fortaſſe minori incommodo fuerit? Nihil hic praeter noxam, vel, ſi cetera excuſent, quod pro re non neceſſaria, nec honeſte utili, perperam in leges & bonos mores factum itur. Quocirca hoc genus hominum, ſi homines vocare licet, infame nimirum & pernicioſum, ut magnus loquitur Baſilius, non ſolum a ſacris abſtentum, ſed etiam a fide teſtium ſubmotum, ſemper legibus notatum fuit, jure merito; quod, perdita corporum integritate, pravam mentem, certe vix bonam, gerens, ſanctorum ſorte indignum ſe reddiderit. Adhuc vero capita infamiæ, & legibus ſacra, ſemiviri iſti, nec viſendi, ut ille ajebat, nec in uſu ab honoratis habendi, & barbarorum duntaxat abjectis ſervitiis idonei, quo loco in Choris Eccleſiarum habendi ſint ad faciendos effeminatos modos, facile conjectu eſt, ſi, ex ore talium via ſpecioſam Dei laudem proficiſci poſſe, nobis perſuaſerimus, quos antiquo divinæ legis inſtituto ab ingreſſu quoque repulſos novimus. Sed neque, ſi in Græcia, jam convulſa, ad venales admiſſi magiſtratus, opibus quoque floruerunt, idcirco a melioribus Principibus ſunt probati. Certe inter alios Joannes Trimiſces, cum, ab Oriente rediens, prædia frequentia vidiſſet, intellexiſſetque, ea Baſilii cujuſdam Eunuchi eſſe, indoluit, iniquum eſſe affirmans, tot publicis poſſeſſionibus, multorum virorum præſtantium ſudoribus & ſanguine partis, unum ſpadonem perfrui. At turpius longe fuerit, apud Latinos eadem monſtra, non tantum opimis Eccleſiarum beneficiis ſaginari, ſed equeſtri quoque ordine & ſublimioribus titulis ornari, ut integerrimis & ſanguine meritoque nobiliſſimis inſultare queant, idque duntaxat talento minurizandi ad inſanas quorundam principum delicias.

XVI. Verum, hæc tolerari fortaſſe poſſent, niſi cum periculo ſalutis animorum conjuncta forent: quod qui non declinet, multoque magis ſi ultro ſe objiciat, grandi periculo teneatur neceſſe eſt. Quod enim brutum adeo pronum ad libidinem, adeoque effuſum ad omnem inhoneſtam cupidinem, quam hoc genus, a divina conditione alienum, & in quo, ut quidam ait, imaginem Dei, veſtigium diaboli detrivit? Dicant quidquid velint Eunuchorum patroni, minus ardere illos, ut quibus exſecti teſtes materiam vireſque libidinis ademerint: ego in ſententiam ſapientiorum eo; ſpadone nihil eſſe ſalacius; acuitque vim gignendi impotentia, ſceleris tegumentum; nec unquam frequentiores inceſtus, quam in horum contuberniis. Pudor dici vetat, niſi ſanctorum Patrum excuſet autoritas, in hoc genus probra omnia congerentium. Chryſoſtomus in primis: *Qui membrum*, inquit, *abſcindit, obnoxius eſt exſecrationi: id quippe fuit ab initio opus dæmoniacæ operationis, & inſidiarum Satanæ, ut opus Dei calumniaretur, naturam præterea & mentem corrumperet*. Et poſt nonnulla: *Propterea rogo vos, ut hoc ſcelus fugiatis: nam, poſtquam membra exciderint, neque cupiditas atque mens eſt eo minor, ſed etiam fit gravior & moleſtior*. Hæc & plura ibidem Chryſoſtomus, quæ nos temperate delibamus. Nec minora aut pauciora Epiphanius adverſus Valeſios. *Qui ad hoc opus*, ait, *quod eſt in promtu, ſunt audaces, hi ſe ab omnibus reſciderunt & alienarunt; neque enim ſunt amplius viri, propter id quod eſt ablatum; neque feminæ, propter id quod eſt præter naturam*. Et mox: *Nefarium peſſimæ caſtrationis opus qui patiuntur aut faciunt, miſeri, neque ullam habent mercedem aut gratiam, propterea quod ab eo uſu abſtineant; unum autem & idem ambo ſubibunt judicium; ille quidem, ut qui ſe ipſum mutilavit & injuria affecerit, hic autem, ut qui corrumpat proximum: Dei autem operi & ſuæ animæ ſe oſtenderunt inſidiari: majori autem tenebitur libidine & cupiditate is, qui eſt ejuſmodi, & præterea avertetur & natura & mente; etenim apud ſapientem is reputatur non abſtinere a cupiditate & libidine, ſed eam non poſſe implere*. Iniqua ergo & dæmoniaca eſt ejuſmodi operatio & lex, & lege Dei rejicienda, & ei adverſa. Legem enim ferens dicebat Dominus; *Non intrabit, qui eſt tractis teſticulis, aut qui eſt exciſus, in Eccleſiam, ad tertiam & quartam generationem*. Et dans præceptum de ſacrificiis, dicit; *Animal, cui contuſi ſunt teſticuli, aut quod eſt exſectum, ad altare non adducetis Domini; quoniam eſt in eo macula, & non admittetur*. Horrendum eſt, quod Nazianzenus de hujuſmodi *virorum*, ut ipſe loquitur, *inter mulieres, & mulierum inter viros*, libidine pronunciat: ſed præſtat hoc loco ſilere. Apposite etiam Baſilius lacertas & rubetas, nec non verna animantia, eos appellans, *genus*, ait, *non femineum, ſed effeminatum, in mulieres inſaniens*. &, poſt innumera eorum capitalia vitia recenſita, negat, in eis mentem poſſe eſſe rectum; aitque, ſine fructu inſanire propter ſuam turpitudinem, nec oculis juſtorum ſtaturos teſtes judicii. Alibi addit, eos non exercere præclarum opus virginitatis, ſed eximium opus caſtrationis, ipſo facto eminus accuſantes intemperantiam, acriori atque adeo intolerabili œſtro libidinis incitatos. Reliquis ſuperſedeo, ne patronos ſectionum confundam, inſcite negantes, magis ardere Eunuchos. Legant Baſilium, & intelligant, eum, ex peritiſſimorum ſententia loquentem, non ſenſu verberare, ſed dictorum rationem ex genuinis rerum cauſis adſtruere, ut, qui contra hiſcere auſit, non iners modo & ſcientia caſſus, ſed plane protervus ſit oportet.

XVII. Quæ cum ita ſint, ſuoque firmamento & robore ſtet conſenſus ſanctorum Patrum, cum periculo ſalutis colluctari id genus exſectos; nemo ſanus mente eos ab immani ſcelere excuſavit, eo etiam tota vita miſeriores, quod ab utroque, tum matrimonio ſpirituali, tum conjugio maritali, vigore legum, arceantur; ut qui generent impotentes, jure naturæ, vinculo ſocietatis humanæ abrogati, participatione quoque Sacramentorum ſint extorres, tam civili politia quam hierarchico ordine excluſi. Quod cum rite recteque fiat, inſani ſcelere obſtringantur oportet hujuſmodi evirati, quos hactenus, etſi pro merito minus copioſe, pro inſtituto tamen abunde ſatis, deſcripſimus. Sileant porro, qui, contrarium opinionem ſuos habere patronos, eoque ſua probabilitate conſtare, muſſitant; nempe, vocis ſervandæ gratia, ut in Eccleſiis canant, exſectos, utiles eſſe Reipublicæ, & inſigni ornamento. nam, ut dubium nullum ſit, meretrices majoris mali vitandi, quam iſtos curandi boni cauſa, permitti; non tam deformis illarum eſt culpa, quam horum noxa; quod illæ corpore ad offenſam, hi etiam natura ad ludibrium, abutantur. Deinde, nihil eſt humanis conſiliis tam pernicioſum, quam paucorum inertia ſectari pejora; quod hodie uſu venit, dum nonnulli nihil non fere in doctrinis probabilitate veſtiunt, tametſi enorme & exorbitans, ut vel unius cujuſpiam deliria, quem altum ſapere putant, abduci ſe pro re ſua patiantur, immo hujus dementiam, inſtar regulæ, ſibi proponant, etſi centenos, rite, ſed non ad palatum, ſapientes, in diverſum ire recto tramite, non ignorent. Quod malum, a quo compilatores Theologiæ moralis, &, ut vocant, caſuum conſcientiæ ſcribæ, frequentes eſſe cœperunt, adeo invaluit, ut vel hac una de cauſa plures uno ſeculo datos inferis candidatos, quam antea quinis cum iſti nondum fuiſſent, minime perperam credideris. Quam multa hodie, in omni ſcribentium genere, obſcuramus, de quibus ſcholæ aut ſilebant, aut nihil noverant, nedum Eccleſia præceperat! Et admiramur omnes tantum potuiſſe deſipere, qui ſe Doctores & aliquid eſſe exiſtimant; nec ſufficiant paucorum Herculeæ vires, qui tot Augiæ ſtabula expurgent, quando plures quotidie emergunt, qui opinionum fimeta certatim aggerant, ſcilicet ad corruptioris ſeculi agrum excolendum, ut, qui paucis ab hinc annis colligendo millenarium implevimus, hodie numerum abſurdorum inire nequeamus.

XVIII. Nobis autique ſapere placet, ex Evangelii inſtituto, juxta canones Eccleſiæ ſanctorumque Patrum interpretationes genuine tradito, procul omni veritatis reticentia pravique ſenſus ad libitum detorſione, procul amphibologiis, procul captioſis enthymematibus ceteriſque evanidorum ingeniorum abortivis ſpeculationibus. Et hæc hactenus. Habes, Leo præſtantiſſime, quæ mea de Eunochiſmo ſit ſententia, non tam ſcholaſtico, quam plano & aperto ſenſu ſtiloque propoſita; pluribus, quæ dici poterant, miſſis, ne aut eruditioni tuæ, in abſtruſa quæque, non ut vulgus literatorum, penetranti, intercederem, aut lectoribus, qui illaboratam hanc unoque calamo ſuſam lucubrationem, tu forſitan indulgente, vidiſſent, moleſtus forem, non animadvertentibus, hæc a nobis dicta ejuſmodi eſſe, quæ familiari inter nos colloquio verſare ſoliti ſumus, ſemper literis & lingua innocentibus: nunquam enim & nuſquam, niſi de literariis exercitationibus, & quæ præcipue ſacrarum Congregationum deliberationes concernunt, ſermonem cædimus, procul a noxiis confabulationibus, & quæ aliorum dicta factave, ex ſeculi more, arrodunt. Ceterum, ſi quid hic minus accurate dictum eſt, tibi imputa, qui in uno Photio omnia præoccupaſti, & nos privatim tantum, quid ſentiremus, proferre monuiſti, tametſi non neſciebas, nihil hinc ad tuam eruditionem, dum amico duntaxat morem gerimus, allatum iri.

LEO-

LEONIS ALLATII
CONFUTATIO
FABULÆ
DE
PAPISSA.

LEONIS ALLATII
CONFUTATIO
FABULÆ,
DE
JOANNA PAPISSA,
Ex Monumentis Græcis.

Editio quarta, ex duabus primis Romanis recognita.

I.

DE jactitante nobis Joannam Papiſſam fabula, vere fabula, & hæreticorum impoſtura, plures ex recentioribus nonnulla, levia illa quidem & incomta & ab omni veriſimilitudine aliena, titubantium in motem, tradiderunt. Hi nullum ad hoc pondus habent, cum nec autoritatem habeant, quam vel natura vel tempus affert. De hæreticorum nugis non laboro: ad fidem quippe faciendam, minime ab homine nobis infenſo teſtimonium ſumendum eſt: &, ea qua conſtruuntur facilitate, eorum mendacia deſtructa corruunt.

II. Si qui ſunt, qui veterum teſtimonio nugas haſce probare nituntur, ad Marianum Scotum, Sigebertum Gembiacenſem, ac Martinum Polonum, tamquam hujus rei aſſertores, ſe referunt; ſed inani conatu. nuſquam enim autores hi tale figmentum, quod ne ſomniarunt quidem, ſcripſerunt; etſi hoſtium fraude in eorum hiſtoria innexum deprehenderetur.

III. De Mariano Scoto, vide Natstorem in Metropolin Krantzii lib. II. pag. c. edit. Colon. anno MDLXXIV. etſi notam illam typographi Francofurrenſes eraſerint; Miræum in Chron. Sigeberti; Nicolaum Serarium in Moguntiacis; Florimundum, & alios. Nec leve eſt argumentum, nullum ex fabellæ hujus aſſertoribus poſt Matisnum, in ſuæ ſententiæ patrocinium, illum laudaſſe.

IV. De Sigeberto vide eundem Miræum ibidem, Joannem Molanum, Alanum Copum, Dialog. I. cap. VIII. Suffridum Petrum, Annot. in Chron. Martini Poloni. Non levis eſt pro nobis conjectura, Vincentium Bellovacenſem, C Spec. hiſtor. lib. XXV. cap. XXXVI. & Gulielmum Nangiacum in Chron. qui Sigebertum, in hiſtoria præſertim horum temporum, de verbo ad verbum bona fide deſcripſerunt, Joannæ Papiſſæ neque per ſomnium meminiſſe.

V. Unus omnium reliquus erat Martinus Polonus, ſolus commenti hujuſce autor: ideoque a pluribus ſcriptoribus male habitus; etſi immerito. Chronicum ejus ab aliis peſſime corruptum fuiſſe olim, deprehenderat Suffridus Petrus; ideoque fide M. S. codicum emendatum, in melioremque formam, ut ipſe aſſerit, redactum, edi curavit Antuerp. apud Plantin. MDLXXXIV. Verum Joannam Papiſſam in ejus hiſtoriam ab aliis intertextam fuiſſe, ope illorum codicum, vel aliorum, nuſquam deprehenderat; quare, nihilo immutato, fabellam hanc, ut erat, publicavit: notavit tamen, codicem M. S. quod & veriſſi- A mum eſt, neque excuſos omnes neque ſingulos inter ſe congruere, & in codice Tongerloenſi M. S. nec numerum nec nomen haberi in catalogo Pontificum, ſed Leoni præcedenti hiſtoriam ejus, veluti fabulamentum, appendicis loco adjectam.

VI. Exemit dubitationem omnem Urbanus VIII. Pont. Max. cujus nutu & auſpicio, omnia ſibi felicia fauſtaque univerſus terrarum orbis ſentit. quippe illo auſpice, prudentiæ radio omnia colluſtrante, res humanas divinaſque rectiſſime regi cernimus; pleraque etiam, temporis vitio vel fraude hominum abſumpta, occultaque, in apertum venire. Quod multis aliis manifeſtum fit; ſed eo præcipue, quod, dum impoſtores inſolentiſſimi libellum de hac fabula in Chriſtianorum perniciem lingua Italica editum publicant, tres autores, ſub felici tanti Princi- B pis auſpicio, longo terrarum tractu diſtracti, diſperſique in varias partes, per tot ſecula in tineis latebriſque latitantes, lucem aſpiciunt uno eodemque tempore, ut ita dicam, Romæ; quibus potiſſimum hæc hæreticorum fraus detegitur, impoſturaque diſploditur; Martinus Polonus ſcilicet, Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, inter libros, ab Epiſcopo Lollino, ſummo Pontifici legatos; & Metrophanes Smyrnæus, una cum bibliotheca Palatina Romam advectus: qui in bibliotheca Pontificia antea minime reperiebantur. Iſti tres ex compoſito in dictum commentum velut conſpirantes, & Urbano Pontifici uno ore applaudentes, Vaticanum aſcendunt, hæreticorum deliria jugulaturi.

VII. Urbanus itaque bibliothecæ Vaticanæ, quam antea multis peregrinorum autorum manuſcriptis codicibus, iiſque vetuſtiſſimis optimæque notæ, auxerat, codicem Martiniani Chronici aſſervandum dederat. Erat ille antiquiſſimus omnium, qui in dicta Bibliotheca antea erant, charactere non ineleganti, multis tamen in locis, propter vetuſtatem, viſum fugiente. In eo hiſtoriæ Pontificum dextra, læva Imperatorum, ita interſtinctæ legebantur, ut, quid quoque anno Pontifices, quid Imperatores, quid exteri egiſſent, unico aſpectu ponerent ob oculos. Poſt præfationem, a Natali Chriſti ad ſua uſque tempora hiſtoriam proſequitur. In eo nihil de quatuor majoribus regnis, Urbis Romanæ exordio, nihil de Urbis portis, plateis, templis, regimine, aliiſque fabulamentis, quibus Chronicon illud male audiit, peſſumque dederat autoris nomen: ſed omnia plana & recta.

VIII. Ex quo manifeſtum eſt, Chronica, quæ ſub Martini nomine, vel typis vel ſcripto cir-

Digitized by Google

cumferuntur, ab integritatis ſuæ gradu, aliorum imperitia vel negligentia, utinam non malevolentis, deturbata fuiſſe. Unuſquiſque enim, quæ ipſe digna memoria judicabat, addidit, eraſitque quæ ſibi indigna lectu videbantur.

IX. In integerrimo itaque hoc exemplari, poſt vitam Leonis IV. nulla fit Joannæ Papiſſæ mentio; neque ex fama aliorum, neque in margine, eadem vel aliena manu, ſcripta. Et, ſi totum perlegeris, nullam de hac re verbum invenies, neque aliorum induſtria quidquam eraſum; quod e ſerie rerum, & pagellæ tractu, clariſſimum eſt; cum Leonis vita in una pagina non finiatur, ſed alterius ſequentis ſuperiorem partem occupet: poſt quam immediate Benedictus tertius, patria Romanus, ſequitur, & deinceps Nicolaus primus. E quibus jam evidens eſt, totum hoc ab inimicis Martiniano Chronico fuiſſe innexum; tantique codicis ope, levi ſuffultum patrocinio mendacium cadere, quod non Martinum, ſed alios veteratores, quorum nulla fides eſſe debet, agnoſcit.

X. Perpende, lector, ſilentium illius temporis ſcriptorum, qui de commento hoc ne verbum quidem: quod nuſquam tacuiſſent; quin, ni pudor & rerum humanarum reverentia continuiſſet, audacter impudenterque fuiſſent amplexati, quando illos non puduit, atrociora in Romanam Eccleſiam machinari, prodigioſioribuſque mendaciis conflatis palam mentiri.

XI. Photius Patriarcha C. P. mortalium omnium ſceleſtiſſimus, uno verbo ἐλέγχειν ζηλώτων, turbat eodem illo tempore, quo Joannes iſte Anglicus fingitur, totam Orientis oram, atque, ad defectionem contra Romanos Pontifices, omnes compellit; quod ut aſſequatur facilius, & ore & calamo, factiſque etiam immaniſſimis, in eos, non mendacia, ſed prodigia tentat. Is dum lib. ſ. de Spiritus ſancti proceſſione adverſus Latinos agit, cujus illud eſt principium, Ἐν πολλοῖς μὲν εἶσιν οἱ ἔλεγχοι ἀκαταμάχητοι λόγοι, δι' ὧν ἡ ὀφρὺς καταπατεῖται τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. Pontifices Romanos, illo tempore, quo ipſe vivebat, Romanam Eccleſiam regentes, enumerans, non ſine maximo eorum ſanctitatis, prudentiæ, doctrinæque elogio, ad quod, velut aſpis, licet invitus, vi trahitur veritatis, quod libens, odio in illam Sedem, obticuiſſet, nullam inter eos hujuſce mulieris, quæ Papatum ambierit, facit mentionem, ſed diſertiſſimis verbis Leoni quarto Benedictum III. ſubdit; cujus ſucceſſores Joannem & Hadrianum fatetur. En illius verba; Χθὲς, καὶ οὔπω δευτέρα γενεὰ παρῆλθεν, Λέων ἐκεῖνος ὁ περιώνυμος, ὁ καὶ θαύμασιν ἔχων ἐπὶ ἔτει ἐναγωνίσασθαι, πᾶσαν αἱρετικῶν πρόφασιν ἀποτεμών. Heri, & nondum ſecunda generatio præteriit; nobilis ille Leo, qui & miraculis editis poteſt gloriari, omnem omnium excidens prætextum hæreticorum. Et infra: Ἀλλὰ καὶ ὁ πρᾶος, καὶ ἐπιεικὴς, καὶ ἀσκητικοῖς ἀγῶσιν ἐναγλαϊζόμενος ὁ κλεινὸς Βενέδικτος, ὁ μετ' ἐκεῖνον (τὸν Λέοντα) notata verba, τῶν ἀρχιερατικῶν θρόνων διάδοχος, καὶ αὐτὸ καὶ στέργων, καὶ κρατύνων, εἰ τὴν δευτέραν τάξιν ἔχων, εἰ καὶ δευτερεῖον αὐτὸν ὁ χρόνος ὑπέταττεν. Sed & mitis, & manſuetus, & aſceticis certaminibus illuſtris inclytus Benedictus, poſt eum (Leonem) in Archieratico throno ſucceſſor, hoc idem & amplectendo & confirmando haud ſecundus eſſe nitebatur, licet tempore ſecundus eſſet. His addit in Nicolaum Pontificem, Benedicti ſucceſſorem, etſi tacito nomine, jurgia: poſtremo Joannis, & Hadriani, meminit. Quis crederet, procaciſſimum hominem, vel leviſſimæ ſuſpicioni obnoxium, hæc tacuiſſe? quem in ipſis etiam Pontificum penetralibus venales habuiſſe delatores, qui de omnibus illum certiorem redderent, veriſimile eſt. Medius potius dirumpi miſer maluiſſet, quam næniam hanc, ita Pontificum gloriæ pernicioſam, tacere.

A XII. Et hoc Photio, turbulento homini, majorum negotiorum pondere vexato, quaſi incauto, quod tamen res aliter ſe habebat, ſemel excidit? Perpetua eſt illi, & ſemper una, quam ſupra poſuit, Pontificum Romanorum ſeries; & Leoni Benedictus ſucceſſit. In tractatu enim contra Latinos, Spiritum ſanctum tantum a Patre procedere, non item ex Filio, cujus ille eſt titulus, Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς μόνου ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ, hæc habet. Λέων δὲ, καὶ Βενέδικτος, οἱ μεγάλοι Ῥώμης ἐν ὕστερον ἀρχιερεῖς ἐκλάμψαντες τῇ τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας, ἐκφωνεῖσθαι τὸ Σύμβολον τῆς πίστεως ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις ὑπ' αὐτὴν Ἐκκλησίαις ἐνομοθέτησαν. Leo & Benedictus, magni deinceps Romanæ Eccleſiæ Antiſtites, Græce inter ſacra Miſſarum ſolemnia, Romæ, aliiſque Eccleſiis Romæ ſubjectis, fidei Symbolum recitari, lege lata, ſanxerunt.

B XIII. Metrophanes Smyrnæus, alius tunc eodem tempore Romanæ Sedis impugnator, Pontificum ſui temporis catalogum, libro quem de Spiritus Sancti divinitate ejuſque ex ſolo Patre proceſſione conſcripſit, conficiens, Benedictum immediatum Leonis ſucceſſorem agnoſcit. Βενέδικτος ὁ μετ' ἐκεῖνον, Leonem, τῶν ἀρχιερατικῶν θρόνων διάδοχος. Benedicti ſucceſſores, Nicolaum, Hadrianum, Joannem commemorat: de Joanne Papa femina ne verbum quidem; quod, vel leviſſimo rumore percepto, feciſſet. Ex horum dictis ſatis patent optimi tunc in Eccleſia Pontificum mores, Chriſtiana prudentia, religio immaculata, vitæ ratio integra, ab hoſtibus etiam prædicata.

XIV. Iiſdem cum Photio & Metrophane temporibus, pius, & veritatis Catholicæ tunc, cum C hæc ſcribebat, contra Photianos aſſertor, Stylianus, Neocæſareiæ Euphrateſianæ Provinciæ Epiſcopus, epiſtola, quam una cum Epiſcopis, qui cum eo erant, reliquiſque Presbyteris, Diaconis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, omnibuſque ad orientem & occidentem Cœnobiorum Præfectis, Presbyteris, Monachis, & Anachoretis, ad Stephanum Papam miſerat, in qua fraudes, doloſque Gregorii Syracuſani, Petri Sardorum, Eulampii Apameæ Epiſcoporum, aliorumque factionis Photianæ, proſequitur, Benedictum Leonis ſucceſſorem agnoſcit. Τελευτήσαντος δὲ, inquit, τοῦ μακαριωτάτου Πάπα Λέοντος, ἐκείνου τῷ μετ' αὐτὸν Βενεδίκτῳ τῆς Ῥώμης Πάπᾳ πάλιν δι' ὄχλου γεγόνασι περὶ τῶν αὐτῶν. ἀλλ' ὁ ἁγιώτατος Βενέδικτος ἀκριβῶς καὶ αὐτὸς ἐξετάσας τὸ πρᾶγμα τὴν κατ' αὐτῶν κρίσιν Ἰγνατίῳ ἐκύρωσεν. Leone D inde, beatiſſimo Pontifice, ex humanis ſublato, illi, (loquitur de Gregorio Syracuſano, & ſociis, primum ab Ignatio Byzantii, ſecundo Romæ a Leone, quidquid alii dicant, excommunicatis exautoratiſque,) rurſum Benedicto Pontifici Romano, qui Leoni ſucceſſit, de iiſdem rebus moleſti fuerunt. verum ſanctiſſimus Benedictus, re diligenter examinata, ſententiam adverſus illos, ut Ignatius illam tulerat, pronunciavit.

XV. Ad opimam præclaramque prædam hic velati cumulus accedit, non unus hic autor, vel alter, vel tertius, μυριάκις ἀναρίθμητοι, καὶ ἄμετροι. Stylianus ipſe eſt, ceterique omnes conſortes Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, orientis & occidentis Cœnobiorum Præſides, Monachi, Anachoretæ, numerus prope innumerus; qui ſcribunt iiſdem illis temporibus, quibus fabula E fingitur. Audi ipſum Stylianum: ἐγὼ δὲ καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ Ἐπίσκοποι, Πρεσβύτεροι, καὶ Διάκονοι. καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν Δύσιν καὶ Ἕω Ἡγούμενοι, Μοναχοί τε, καὶ Ἡσυχασταὶ, πλῆθος οὐκ ἀναρίθμητον. Tot homines, in re apertiſſima, ſi fuiſſet, palam mentiri, tot oculi in meridie non videre, tot ora, tantum ſcelus, famaque jam divulgatum, conticeſcere neutiquam potuiſſent. Paucis multa impoſueris; rem aliter ac geſta ſit, ſed paucis, obtrudes: at, multis te probando, multos ut

ſallas, fieri omnino nequit. Non omnes æqua ratione & animum vincere, & iracundiam cohibere, aut affectus ſuos moderari poſſunt, or ſimili ſtudio ad omnia incendantor; præſertim ſi libertas omnia agendi dicendive ſit.

XVI. Audivimus Stylianum, pietatis & veritatis amatorem: eundem audiamus & hoſtem. Fortaſſe enim antea, amicis adulans, laudes expoſuit, opprobria conticuit. Septimo poſt anno a data epiſtola, ſtolide per amicos & cognatos inflatus, relicto veritatis tramite, in contraria verſus dogmata, cum Photianis ſocietatem iniit, & Romanæ Eccleſiæ oblatravit. Non habuit quod illi objiceret, præter inconſtantiam doctrinæ, ſententiarumque pugnantiam. Scribit enim, Stephanum Papam, in eadem re & epiſtola, contraria ſcripſiſſe; ut qui in prima epiſtolæ parte, jure Photium ejectum; in poſtrema, eundem pro legitimo Antiſtite habendum, affirmet. Vir iſte, ſatis petulans, nuſquam fabellam iſtam de Joanna, ſi fuiſſet, occultaſſet. Illa quippe audacius ſuas partes potuiſſet tutari.

XVII. Quid plura? Conſtantinopolitana Eccleſia, illo ipſo fere tempore, primo Formoſi anno, poſt annos triginta tres, non privatim, ſed publice & in triviis, ut ita dicam, ſolemni inſcriptione omnibus teſtatum facit, nullum alium poſt Leonem, niſi Benedictum, in illo throno ſediſſe. Quippe in Embolo, ſeu portica magnæ Eccleſiæ, literis omnibus patentibus, dum VIII. Oecum. Synodi breviarium affigit, hæc etiam aliis teſtata voluit: ὁ γὰρ Πάπας Λέων, καὶ ὁ Βενέδικτος, καὶ ὁ Νικόλαος τὸν Γρηγόριον ἀνεθεμάτιζον. *Pontifex namque Leo, & Benedictus, & Nicolaus, Gregorium anathemate damnabant.* Et: μέχρι τῆς σήμερον τεσσαράκοντα πέντε ἔτη ἀναθεματίζεται Φώτιος προδήλως ἀπὸ τοῦ Πάπα Λέοντος ἕως τοῦ Φορμόσου. ἕνδεκα γὰρ ἔτη ἀναθεματίζετο κοσμικὸς ὤν, ὡς κοινωνὸς τοῦ καθῃρημένου καὶ ἀναθεματισμένου Γρηγορίου τοῦ Συρακούσης, καὶ ἄλλα λδʹ ἀφ' οὗ ἐγένετο ἀββᾶς. ὁ γὰρ Πάπας Λέων, καὶ ὁ Βενέδικτος, καὶ ὁ Νικόλαος τὸν Γρηγόριον ἀνεθεμάτιζον κατὰ πολλὰς τὰς αὐτοῦ αἰτίας. ἐπεὶ δὲ ὁ Φώτιος παρὰ τοῦ καθῃρημένου ἐχειροτονήθη, καὶ δι' ἄλλα μὲν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ δέξασθαι παρὰ τοιούτου τὴν ἱερωσύνην ἀναθεματίζεται ὑπὸ τῶν ἐννέα ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης, Λέοντος, Βενεδίκτου, Νικολάου, Ἀδριανοῦ, Ἰωάννου, Μαρίνου, Ἀδριανοῦ ἑτέρου, καὶ Φορμόσου. *Photius quadraginta quinque annis, ad hodiernum uſque diem, palam anathemate feritur a Leone Papa, uſque ad Formoſum. Nam annos undecim anathematizatur ſecularis & laicus, tamquam qui cum Gregorio Syracuſano exauterato anathematizatoque communicaret, & alios triginta quatuor, poſtquam ſacris initiatus eſt. Etenim Leo Pontifex, & Benedictus, & Nicolaus, Gregorium propter varias cauſas anathemate damnabant. Ubi vero Photius a damnato conſecratus eſt, cum propter alia ipſius facinora, tum quod ſacris a Gregorio eſſet initiatus, anathematizatur a novem Romanis Pontificibus, Leone, Benedicto, Nicolao, Hadriano, Joanne, Marino, Hadriano altero, Stephano, & Formoſa.*

XVIII. Nota, lector, tempus, quando hæc ſcribuntur; Formoſi ſcilicet anno primo, μέχρι τῆς σήμερον, *ad hodiernum uſque diem*. Et infra: τοὺς ἀναθεματισθέντας ἀκριβῶς παρὰ τῶν πατέρων μέχρι καὶ νῦν. *anathematizatos a Patribus ad hunc uſque diem*; trigeſimo ſexto anno poſt dictam fabulam. ſecundo, inter horum annorum numerum non contineri annos illos, quos tribuunt dictæ Joannæ. quos, ſi clariſſime demonſtravero, omnino non eſſe, certum erit argumentum, nec Joannam, quæ illis annis dicitur vixiſſe, fuiſſe; quos ſi reliquis Romanorum Pontificum addas, anni excommunicationis Photii non erunt quadraginta quinque, ſed quadraginta ſeptem, & amplius; ut autor vult hoc loco, & infra, τοὺς μὴ λυθέντας εἰς ὅλους τεσσαράκοντα πέντε χρόνους, *non abſolutos per annos quadraginta quinque annos*. Hoc aſſequendi illa erit ratio certiſſima. Primo Leonis anno, Methodio Patriarchæ ſuccedit Ignatius. Is, in Patriarcham conſecrandus, ne initiationi ſuæ intereſſet Gregorius, de maleficiis reus factus, alio amandat. Interea per otium cauſa ipſius diligenter cognita, exautorat ipſum, unaque cum eo aſſeclas & familiares, & inter eos præcipuum Photium, laicum. Anno primo Nicolai, Ignatio a ſede deturbato ſubrogatur Photius, ad illa uſque tempora laicus, ſpatio ſex dierum initiatus, & conſecratus Patriarcha per Gregorium excommunicatum; & movet turbas in Eccleſia. Quare ita menſurandi ſunt hi anni. A primo Leonis, ad primum Nicolai, annos undecim tantum fuiſſe, expreſſe docet illius temporis veriſſimus ſcriptor Nicetas, in vita Ignatii. *Undecim igitur ipſis annis Ignatius ab occupata primum Sede Conſtantinopolitana, omni ratione conatus*, &c. A primo Nicolai ad Formoſum reliqui triginta quatuor numerantur; ſi duos annos, & menſes Papiſſæ addes, alius erit numerus locupletior excommunicationis Photii, ſed mendax, & impudens, & præter rationem temporum. Quod ut ictu oculi aſſequi poſſis, en tabulam annorum Chriſti, annis Pontificum reſpondentem.

DCCCXLVII	Leonis I.	Methodio ſuccedit Ignatius.
DCCCXLVIII	II.	
DCCCXLIX	III.	
DCCCL	IV.	
DCCCLI	V.	
DCCCLII	VI.	
DCCCLIII	VII.	
DCCCLIV	VIII.	Ignatius, Synodo C. P. celebrata, excommunicavit Gregorium Syracuſanum. Ejus condemnatio, audito Ignatio, confirmatur a Leone. Styl.
		Leo moritur XVI. Kal. Auguſti. poſt XV. dies eligitur Benedictus.
DCCCLV	IX. qui Benedict. I.	Gregorius ad Benedictum confugit, tamquam injuria laceſſitus ab Ignatio, & Benedictus confirmat ejus damnationem. Styl.
DCCCLVI	Bened. II.	
DCCCLVII	III.	In enumeratione annorum Benedicti, mirum, ut Fancius ineptiat.
DCCCLVIII	Nicol. I.	Ignatius a Sede deturbatur; ſubrogatur Photius, ad illum uſque diem laicus.
DCCCLIX	II.	
DCCCLX	III.	Bardas ſcholas aperit Byzantii.
DCCCLXI	IV.	Ignatius, revocatus injuſte a Conciliabulo Photiano, damnatur.
DCCCLXII	V.	

DCCCLXIII	VI.	Photius Romæ a Nicolao anathemate obſtringitur.
DCCCLXIV	VII.	Bardas occiditur a Michaele.
DCCCLXV	VIII.	Pulſo Photio a Baſilio Ignatius reſtituitur.
DCCCLXVI	IX.	
DCCCLXVII	X.	
DCCCLXVIII	Hadriani I.	
DCCCLXIX	II.	
DCCCLXX	III.	
DCCCLXXI	IV.	
DCCCLXXII	V.	
DCCCLXXIII	Joannis I.	
DCCCLXXIV	II.	
DCCCLXXV	III.	
DCCCLXXVI	IV.	
DCCCLXXVII	V.	
DCCCLXXVIII	VI.	
DCCCLXXIX	VII.	
DCCCLXXX	VIII.	
DCCCLXXXI	IX.	
DCCCLXXXII	X.	
DCCCLXXXIII	Marini I.	
DCCCLXXXIV	Hadriani I.	
DCCCLXXXV	Stephani I.	
DCCCLXXXVI	II.	
DCCCLXXXVII	III.	
DCCCLXXXVIII	IV.	
DCCCLXXXIX	V.	
DCCCXC	VI.	
DCCCXCI	Formoſi I.	

XIX. Augent vim argumenti non ſolum nomina, ſed etiam numerus Pontificum expreſſus, *ὑπὸ τῶν ἐννέα ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης, a novem Pontificibus Romanis*; quæ verba, cum habeantur & in codice Græco Vaticano M. S. & in excuſo Coloniæ Gl. & ſint maximi momenti, neſcio qua ratione omiſerit interpres Latinus. Ratiocinare igitur: Photius fuit excommunicatus a novem Pontificibus, Leone, Benedicto, Nicolao, Hadriano, Joanne, Marino, Hadriano altero, Stephano, Formoſo, per quadraginta quinque annos: ergo Joannes iſta, qui ponitur inter Leonem & Benedictum, non fuit: alias, præter annorum numerum auctum, ipſa etiam Pontificum numerus augeretur.

XX. Breviarium hoc Synodi in conſpectu omnium erat; cætera Romanis æque ac Græcis patebant. Si Græcos fefelliſſet, ſane Romanos, qui illuc quotidie concurrebant, fallere non potuiſſet. Arguiſſent hi Græcos ipſos de mendacio: numerum annorum & Pontificum decurtatum, mota lite, objeciſſent. Conſtantinopolitana ergo Romanam Eccleſiam ab injuria, quam ei illuſores intulerunt, locupletiſſimo ac certiſſimo teſtimonio vindicat.

XXI. Iiſdem teſtimonio & ratione fraus etiam eorum aperte detegitur, qui Joannam hanc non inter Leonem & Benedictum, ſed annis, vel DCCCLIII. vel DCCCLIV. vel DCCCLVII. vel DCCCLVIII. ſediſſe dicunt.

XXII. Paululum adhuc, lector candide, Conſtantinopoli immoremur. Michael tertius, (habes jam hominem,) Imperator Conſtantinopolitanus, poſt optimam piamque ſanctiſſimæ matris educationem, ſceleratorum ſcurrarum uſu, pudore exhauſto, circa initia Pontificatus Benedicti, quem Papiſſæ ſucceſſiſſe iſti garriunt, repulſam ab Imperii adminiſtratione matrem Theodoram in Monaſterium relegat; occiſiſque probis viris, non ſenſim & commode ſed repente in omnium nequitiarum ſentinam corruit, omnium ſcelerum colluvione pollutus. Exarſit in leges Politicas, in Eccleſiaſticas ſævit, veneranda adorandaque noſtræ religionis myſteria, flagitioſiſſimus homo, perdita audacia contaminavit. Eligit ſibi, ex ſcurrarum mimorumque ſorde, ſpurciſſimos nebulones; horum nonnullos Diaconos, alios Sacerdotes, alios muſicos; horum omnium nequiſſimum, Patriarcham creat.

A Hos, veſtibus ſacris indutos compoſitos, ſacerdotalia ſibi ipſi & populo exercere jubet. Et majeſtatis, dignitatis, & decoris Thronus, horum ludibrio, fit ipſo luto lutulentior. Sibimet de hoc Imperator gratulatur, & plaudit; ita ut non erubeſceret publice jactare ſacrilegus: Mihi Theophilus, Cæſari Photius, Chriſtianis Ignatius eſt factus Patriarcha. Quis hunc hominem, ſi Joanna illo tempore in throno Petri ſediſſet, continuiſſet, ne quid de ea adderet, Romaniſque exprobrans, exprobrationem ſuorum flagitiorum declinaret? Certe Romanæ Sedis reverentia non fecit.

XXIII. Et Joannæ Pontificis Pontificatum, & mortem, ſi fuiſſet, nec ipſa nec alius potuiſſet ignorare. Etenim, in diſſidiis inter Ignatium, & Gregorium primo, deinde & Photium, frequentes hinc & illinc miſſi legati, qui poB ſtea propter male obitam legationem a Romanis Pontificibus exauctorati & excommunicari, damnati ſunt; propter injuriam acceptam, Romanæ Sedis dedecora non ſiluiſſent. Qui ſi obmutuiſſent, alii permulti, & donis & honoribus accumulati, non, quod verum fuiſſet, tacuiſſent, ſed, in gratiam bene meritorum, nequiſſime id, quod non erat, finxiſſent. Qui enim habent manus venales & animos, ut & linguam & fidem venales quoque habeant neceſſe eſt.

XXIV. Perpende, lector, illorum temporum rationem. Iiſdem fere temporibus, quibus in Oriente Imperator furit in ſacra, Moguntiaci in Germania mulier, Thiota nomine, ut tradunt Francorum annales, & Sigebertus in Chronic. res Eccleſiaſticas perturbabat. Etenim novam ſe Prophetiſſam vocabat, uſurpabatque publice C docendi munus, & concionandi. Hinc multi, ſacra doctrina poſtpoſita, eam quaſi magiſtram cælitus deſtinatam ſecuti ſunt: ea poſtea detecta, Synodali judicio damnata eſt. Habes, lector, quod mihi in animo eſt certum, nec ambiguum. Poſterioris ſeculi homines nonnulli, rudes illi quidem & ſimplices, dum audiunt, inter Leonem & Benedictum, vel ſaltem illo tempore, feminam quandam Moguntiacam, non tantum prophetaſſe, ſed & prædicaſſe, obiiſſeque alia munia, quibus ſummi Sacerdotes decorantur; animum a femella, quam nec cogitaſſe tantum ſcelus credunt, avertentes, ad principem omnium magiſtram, Petri Cathedram ſcilicet,

cujus id munus eſſe optime norunt, inducunt; & a Germania in Italiam, a Moguntiaco Romam transferunt. Alii, ſceleſti illi quidem, malitioſe totum hoc innocentiſſimum Petri thronum traducunt, & Germanicam infamiam honoratiſſimæ Romanæ Eccleſiæ adtribuunt. Ut facilius fallere poſſint, Joannam iſtam Anglicam, Moguntiacam eſſe volunt; &, lepidi fabulatores, perbellis, etſi fictitiis, narrationibus veſtiunt, & compte fucatam exponunt. Nec e-liunde mihi videtur veriſimilius, quam e Moguntiaca iſta, Joannem Moguntiacum originem, cum tempora reſpondeant, habuiſſe.

XXV. Michael alter, Conſtantinopolitanus, & Leo Achridanus, ſuperbiſſimi homines, poſt centum & ſeptuaginta annos, quando jam non tum primo ſuſpicio, ſed improbum factum ſermo atque fama ſecuta fuiſſet, a Leone nono acriter vexati, illis exprobrante, Conſtantinopolitanæ Sedis autoritatem neque in pietate neque in integritate, neque in gratia accepta a Deo, cum Romana comparandam eſſe, quod in illa jam ſederit aliquando femina; æquo ſilentio tantum dedecus tulerunt, nec par pari reddiderunt Pontifici, opprobrium illi non minus intimum opponentes. Non habuerunt igitur quid ſimile, quod opponerent, ut injuriam pari injuria, ſi potuiſſent, in Romanam Eccleſiam, homines procaciſſimi, propulſarent.

XXVI. Eo ipſo tempore, quo Marianus ſcribebat autor tractatus; Qua ratione e recto veritatis tramite Latini aberraverint, Περὶ δὲ τῆς λατίνων αἰτίας, ὅπως ἀπέστησαν τοῦ ὀρθοῦ δόγματος, καὶ τὰ ἑξῆς. cujus principium, Κατὰ τοῖον καιρὸν, καὶ πότε, καὶ παρὰ τίνων αἱρεσιωτῶν οἱ Ἰταλοὶ ἐδιδάχθησαν; Homo nequam, Romani nominis & innocentiæ hoſtis, quamquam novas machinatus artes, quibus Catholicam Eccleſiam impeteret, tamen in ſerie Pontificum nullam agnoſcit Joannam, ſed Benedictum Leoni ſucceſſorem fuiſſe tradit. Τέθνηκεν, inquit, ὁ ῥηθεὶς Λέων, καὶ Στέφανος αὐτὸν διεδέξατο, τοῦτον Πασχάλιος, τοῦτον Εὐγένιος, τοῦτον Βαλέντιος, τοῦτον Γρηγόριος, τοῦτον Σέργιος, ὁ καὶ Πελάγιος, τοῦτον Λέων, τὸν δὲ Λέοντα ὁ Βενέδικτος. *Moritur dictus Leo*, (loquitur de Leone tertio;) *hunc excipit Stephanus, hunc Paſchalius, hunc Eugenius, hunc Valentius, hunc Gregorius, hunc Sergius, qui & Pelagius dicebatur, hunc Leo, Leonem autem Benedictus*. Et infra: ὁ δὲ μακάριος Λέων, ὁ τῆς Ῥώμης οὐ μισθωτὸς, ἀλλ' ἀληθινὸς ἀρχιερεὺς καὶ γνήσιος ἐν ἀπορίᾳ ἦν. & paucis interjectis, Παρῆλθε τὸν βίον Λέων οὗτος ὁ ἁγιώτατος, καὶ κατέστη τότε διάδοχος Βενέδικτος ὁ θεῖος ἐπίσκοπος, ὃς ἐν τῷ ὀρθῷ τῶν Χριστιανῶν δόγματι ἐθελουσί παρὰ πάντων τῶν Ἰταλῶν τὸ τῆς πίστεως Σύμβολον ἀναφωνεῖσθαι ἑλληνιστί. *Verum beatus Leo, Romanæ Sedis non mercenarius, ſed verus & legitimus Pontifex, anceps hærebat. Et, Sanctiſſimus hic Leo vita exceſſit; & hujus ſucceſſor factus eſt divinus Benedictus, qui, cum maximo rei Chriſtianæ, rectorumque dogmatum propagandorum ſtudio teneretur, ab omnibus Italis ut Fidei Symbolum Græce pronunciaretur, præcepit*.

XXVII. Autor libelli, de modo quo Latini e Græcis ſeparati primatu ceciderint, ejectique fuerint e diptychis; cujus titulus, Διήγησις, πῶς καὶ τίνα τρόπον ἐχωρίσθησαν ἀφ' ἡμῶν οἱ Λατῖνοι, διὸ καὶ τῶν πρωτείων αὐτῶν ἐστερήθησαν, καὶ τῶν διπτύχων ἐξεβλήθησαν: libri principium, Ἐν τῇ ἑβδόμῃ Συνόδῳ, ἐν Ἀδριανοῦ Πάπας, (quiſquis ille fuerit, nomen quippe adhuc incertum, quod ſciam; fuit is quidem homo Græcus, ſed odio atque acerbitate in Romanam majeſtatem nemini ſecundus,) initio libri catalogum nonnullorum Pontificum concinnans, qui eo tempore, quo Joanna iſta femina fuiſſe fingitur, Sedem Romanam rexerant, nullum alium inter Leonem & Benedictum ponit: & inferius, Benedictum Leoni ſucceſſiſſe, apertis verbis fatetur. Διὰ τοῦτο, inquit, καὶ ὁ Πάπας Λέων τὰς ἐν Σκευοφυλακείῳ θείας χαλκᾶς ἀσπίδας ἐγκεκολαμμένας ἐν ἑαυταῖς ἐχούσας τὸ ἅγιον Σύμβολον ἀνεστήλωσεν ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ, εἰς ἀποτροπὴν μὲν τῶν τοιούτων αἱρετικῶν, στηριγμὸν δὲ τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ. ὁ δὲ μετὰ Λέοντα Βενέδικτος ὁρῶν πάλιν ὑπὸ τῶν εἰρημένων αἱρετικῶν τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν λυμαινόμενον, διὰ γραμμάτων ἑλληνικῶν τε καὶ ῥωμαϊκῶν ἐκφωνεῖσθαι παρέδωκεν τὸ ἅγιον Σύμβολον. *Propterea Leo Papa ſcuta ærea, quæ in Sceuophylacio aſſervabantur, quæque ſanctum Symbolum in ſemetipſis inſculptum continebant, in Romana Eccleſia in ſublime erexit, ut ſimiles vitarentur hæretici, Chriſtianuſque populus confirmaretur. Qui vero poſt Leonem ſucceſſit Benedictus, cum a dictis hæreticis verum Dei populum lædi cerneret, literis ſcriptis tum Græce tum Latine alta voce ut ſanctum Symbolum recitaretur tradidit*.

XXVIII. Idem repetit alius autor, cujus nomen in occulto ad hunc diem latet, (utinam inſignis ejus malevolentia & odium in Romanum nomen latuiſſet;) in libello contra Romanam Eccleſiam, cujus titulus, Διήγησις ἀκριβὴς κατὰ τῆς ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ὅπως αἰτίᾳ ὁ τοιούτων αἱρέσεις. Quippe narrationi de Leone Papa, & ſcutis æreis, expreſſe ſubdit, ὁ δὲ μετὰ τὸν τοιοῦτον Λέοντα Βενέδικτος, καὶ αὐτὸς Πάπας. *Et qui poſt hunc Leonem Benedictus, & ipſe Papa*.

XXIX. Si præcipuus horum autorum ſcopus eſt, ut odium in Latinos, eorque infamiam, dicendo excitent, vel leviſſimis quandoque undique conquiſitis nugamentis; qui credas, tantum nefas dedecuſque in his libellis, quibus maligne Romanæ Eccleſiæ infamiam inurere modis omnibus tentant, hos autores æquo ſilentio præteriiſſe? Pietas in Deum quem multis nominibus ſceleſtiſſimi offendunt, in Romanam Eccleſiam reverentia, cui innocenti, malignitate peſſima, contumeliam faciunt, amor in homines Græcos quos doloſi deludunt, non potuit, nec linguam nec calamum impedire, ne fabulam hanc, ſi illam ſciviſſent, ſcriptis mandarent. Et acuti ſane homines, dum illa ſcriberent, ut veriſimile eſt, examinaverunt omnia, conquiſiveruntque diligentiſſime; tandem animum ad ſcribendum appulere. In autoribus, quos ipſi legerant, (legiſſe autem multos illius temporis ſcriptores, res ipſa tractanda cogebat,) talis fabula certe non erat; quam, ſi fuiſſet, nuſquam conticuiſſent.

XXX. Præterea in Dialogo Orthodoxi, Græci ſcilicet, ut autor Dialogi ſibi arrogat, cum Latino, de Azymis, & de Proceſſione Spiritus ſancti; cujus principium, Λατῖνε. Διὰ τί ἀποσχίζεσθε ἀφ' ἡμῶν, καὶ οὐ συγκοινωνεῖτε οὐδαμῶς; dum de ſummorum Pontificum ſucceſſione, illo ipſo tempore quo Joannes femina ponitur, differit, Benedictum poſt Leonem Eccleſiæ præfuiſſe ſcribit. Ecce illius verba. Μανθάνει ταῦτα ὁ τῆς Ῥώμης ἁγιώτατος Πάπας Λέων, λυπεῖται, ἀδημονεῖ. εἶτα τί; ἐξάγει μὲν ἐκ τοῦ Σκευοφυλακείου τὰς ἱερὰς τοῦ θείου Συμβόλου ἀσπίδας, ἃς ὁ ἁγιώτατος Λέων ὁ θεῖος στύλος τῆς ὀρθοδοξίας συγγράψας ἀπὸ τῆς τετάρτης Συνόδου προσκατέθετο ὥσπερ θησαυρὸν κειμήλιον, καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλε τοὺς μέλλοντας μετακινῆσαι ἐκ τοῦ ἁγίου Συμβόλου τὸ οἱονοῦν, καὶ κατὰ πρόσωπον ταύτης τῆς Ἐκκλησίας ἀνεστήλωσε, πρὸς τὸ ἀναγινώσκεσθαι ὑπὸ πάντων. ἀλλὰ δὴ καὶ ἑλληνιστὶ εἰς ἅπασαν Ἐκκλησίαν τυπωθῆναι ὑπὸ τῆς Ῥώμης καὶ πάλιν ἀναγινώσκεσθαι, καὶ κατὰ μόνας τὸ ἅγιον Σύμβολον. ὁ δὲ γε μετ' αὐτὸν ἀρχιερατεύσας θεῖος Βενέδικτος καὶ εἰς πάντα τὰ Πατριαρχεῖα ἐπιστέλλει, μὴ δέξασθαι Πάπαν τῆς Ῥώμης εἰς κοινωνίαν, πρὶν ἂν τὴν ἑαυτοῦ ὁμολογίαν ὀρθόδοξον καὶ μίαν πρὸς πᾶσαν τὴν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαν. *Audit hæc Romanæ Sedis Pontifex, ſanctiſſimus Leo: dolet animo, mœretque. Quid inde? ſacra divini Symboli ſcuta, quæ ſanctiſſimus Leo, fidei orthodoxæ, columna ob firmitatem nuncupata, ſcriptor, divino afflatus numine, jam inde a quarta Synodo, tamquam theſaurum conſervat & omnes in divino Symbolo, quidquid illud fuerit, mutare tentantes, anathemate ferit, & Sceuophylacio extra-*

cta in proſpectu Eccleſiæ, ut ab omnibus legi poſſent, evexit. Quinimo per univerſas Eccleſias, Romæ ſubjectas, Græce recitari, & cum cantu, ſanctum Symbolum præcipit. Qui vero poſt ipſum ſummo Sacerdotio præfuit divinus Benedictus, ad omnes Patriarchales thronos datis literis, mandat, nullum poſthac Romanum Pontificem in communionem recipi; ni prius ſuam fidei confeſſionem, quæ orthodoxa fuerit, per omnem Chriſti Eccleſiam promulgarit.

XXXI. Putaſne, lector, autorem hunc, quiſquis ille fuerit, (Barlaamum monachum, qui multis ſcriptis editis Romanam Eccleſiam deprimere conatus eſt, & rerum tractatarum ratione, & orationis ſtylo, ac methodo, aliiſque, eſſe putant, & ego facile mihi perſuadeo, cum omnia, quæ hic habentur, in aliis Barlaami ſcriptis deprehenderim,) ſic in Romanam Sedem injurium, ut hoc libello aliiſque fere omnibus manifeſtum eſt, injuriam hanc Joannæ feminæ, ſive calumniam, tunc, cum omnibus modis dicenda erat, taciturum fuiſſe? Næ, ego fungus ſim, ſi credam.

XXXII. Quin, inquies, apud Barlaamum, fabellam de Papiſſa, veluti certiſſimam, tractata, Περὶ δὲ τοῦ Πάπα ἀρχῆς, qui incipit, Οἱ περὶ τοῦ ἐπιεικοῦς ὄντος οἱ χριστοῦ Φρονοῦντες, Græce & Latine, Salmaſii opera, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, Joanne Luydo Interprete, anno MDCVIII. expoſitam fuiſſe; indeque illum non levem ſui argumenti ſumpſiſſe rationem. ſcribit namque cap. XIV. ἢ μᾶλλον ἵνα οἰκειοτέρῳ χρήσωμαι παραδείγματι, εἴ τις ὑπὲρ τοῦ ἀσελγοῦς ἐκείνου γυναίου τοῦ γενομένου Πάπα ἀπολογεῖσθαι ἐθέλοι, λεγέτω, ὅτι οὐδεὶς ἦν πρὸ αὐτῆς οὐδεὶς γυνὴ, οὐδὲ αὐτὴ ἄρα. καὶ πῶς ταῦτα συμφώνως λογισμοί; quod ſic vertit Luydus: *Aut potius, ut exemplo magis familiari utamur, ſi quis impudicæ illius mulierculæ, quæ Papa fuit, cauſam velit agere, dicat, quandoquidem nulla ante eum fœmina Papa fuit, nec ipſam quidem fuiſſe. Quæ cum ſana rectaque ratione quo tandem pacto cohærent?*

XXXIII. Dicerem, Barlaamum, ſequioris ſeculi ſcriptorem, parum pium, & in Romanam Eccleſiam parum æquum, rumorem populi ſecutum, eam literis prodidiſſe. Quemadmodum alii Laonico Chalcocondylæ exuli, rerum Romanarum imperito, & Pontificibus infenſo, reſponderunt. At, uti certiſſimam dixerit; fides illius cum ſuſpecta ſit, teſtimonium ipſe improbum non admitto. Autoritas namque, ſæpius diffamata, mendaciique rea, fidem non facit, nullum dat firmum & grave teſtimonium: inimico teſti non credimus). Sed cum a Barlaamo in hac re, neque de tempore, neque de nomine, neque de aliqua alia re quæ hiſtoriam reſpiciat, aliquid certi ſtatuatur: ſuſpicor, ipſum aliter ac nunc legitur, ſcripſiſſe; & nomen unum in locum alterius, incuria ſcriptoris, ſive etiam data opera, vel ſola dictionum affinitate, irrepſiſſe. Scripſerat enim λεγομένου: & ſcriptores, literarum ſimilitudine decepti, ſecundam lineam primæ literæ paullulum erexerunt, candamque tertiæ inferius detruncarunt, &, pro recta autoris dictione, malam fecerunt, illud γενομένου intrudentes. Nam Barlaamus fabulam, rumore quodam inani populi diffuſam, veluti rumorem, & auram, eamque levem, titubans, non determinans, in ſcriptis retulit; quod magis argumentationis illius vim explicat. Legendam itaque, ἢ μᾶλλον, ἵνα οἰκειοτέρῳ χρήσωμαι παραδείγματι, ἐάν τις ὑπὲρ τοῦ ἀσελγοῦς ἐκείνου γυναίου τοῦ λεγομένου Πάπα ἀπολογεῖσθαι ἐθέλοι. Quaſi diceret; vel potius, ut exemplo magis familiari utar, ſi quis pro impudica illa muliercula, quæ dicitur (nempe, ſive illud verum ſit ſive falſum, non diſcerno, tantum levem auram rumoremque audio, & vellem eſſet verum, ut magis familiaribus Latinis rationibus Latinos arguerem,) fuiſſe Papa, defenſionem ſuſcipere vellet. Neque enim adduci poſſum, ut credam, tam aperte hunc virum ſibi e diametro in eadem re adverſari.

XXXIV. Hiſtorici Græci, fere omnes Romano nomini immerito infeſi, res geſtas toto orbe terrarum ſcriptis mandarunt: ſi quid eſt, quod Romanis detrahat, (utinam non malitioſe etiam quandoque confictum,) propalant, tanquam buccinatores omnia voce replentes; quod laudis eſt, iniquiſſime detractum ſilent: dum in hæc tempora incidunt, quibus veluti victores ex inimicorum veſania juſtiſſimum agere triumphum poſſent, reliqua omnia proſequentes, fabellæ hujus nullam faciunt mentionem. Sed, qui illius meminerint, quod nec ſomniare unquam potuiſſent?

XXXV. Altum itaque ſilentium in ſcriptoribus Græcis, graviſſimum ac firmiſſimum erit argumentum, talem feminam in Sede Pontificia nunquam ſediſſe. Siluerunt illi; ergo non fuit: optima concluſio eſt. Inimico quippe, ſi verbis & contumeliis alterum dilacerat, neque quod in cauſa eſt effatur, facile credi poteſt: neque enim veriſimile eſt, ſilentio præteriiſſe, quæ ad ſuam rem maxime conducerent.

XXXVI. A Græcis, ſi placet, ad Latinos. Anaſtaſius Bibliothecarius, qui Sergii II. Leonis IV. Benedicti III. & Nicolai I creationi præſens interfuit; inter Leonem IV. & Benedictum III. nullam Joannam interſerit, ſed apertis verbis confitetur, poſt interregnum quindecim dierum, hunc Benedictum Leoni IV. ſubrogatum fuiſſe. Lupus, Abbas Floriacenſis, epiſt. ad Benedictum III. Nicolaus Papa, ſucceſſor Benedicti III. epiſt. VIII. & IX. ad Michaelem Imperatorem, & ea, quam ſcripſit ad Epiſcopos Sueſſionenſis Concilii; Acta Concilii Tullenſis, ſub Nicolao I. celebrati, epiſt. Synodali, Benedictum Leonis ſucceſſorem nominant.

XXXVII. Nihil hac de re Joannes Diaconus, & Ado Viennenſis, qui nono itidem ſeculo ſcripſerunt; nihil Regino & Luitprandus, qui decimo; nihil Hermannus Contractus, Lambertus Schafnaburgenſis, qui undecimo; nihil denique ſubſequentium ſeculorum ſcriptores, Ademarus, Hugo Floriacenſis, Leo Hoſtienſis, Joannes Cremonenſis, Florentius Wingornienſis, Honorius Auguſtodunenſis, Florentius Wingornienſis, Honorius Auguſtodunenſis, Nicolaus Maniacutius, Conradus Abbas Urſpergenſis, Albertus Stadenſis, Vincentius Burgundus, Matthæus Weſtmonaſterienſis; aliique poſteriores: nihil manuſcripti & antiqui Indices Pontificum, quos videre contigit, inter Leonem & Benedictum.

XXXVIII. Adde; in ſcriptis autorum, quibus adverſarii ad fabellam corroborandam utuntur, non haberi eo modo, quo ipſi ſomniant & vellent. Illi namque, ſi id tradiderint, non affirmantium ſed hæſitantium titubantiumque in morem, ſcripſerunt; quos & poſteriorum potior pars eſt ſecuta; interponentes illa, ut *aſſeritur*, *ut fama eſt*, *ut dicunt*, *ut commemorant*. plebejam ſcilicet auram eſſe, ſciolorumque hominum rumorem fuiſſe, innuunt; quem, non probantes, ſed contemnentes potius, lectoribus prudentiſſimis deridendum proponunt. Etſi nimis audaces hæretici illa verba e multis codicibus, quod eſt neotericorum ingenium, eraſere.

XXXIX. Vide ſis plura, Lector, de hac fabula apud Onuphrium Panvinium, in Vitis Pontificum Platinæ; Gilbertum Genebrardum, in Chronolog. anno DCCCLVIII. Jodocum Coccium, in Theſaur. Cathol. tom. I. lib. VII. art. XIV. Cæſarem Baronium, Annalium tom. X. an. DCCCLIII. Bellarminum, Controverſ. tom. I. Contr. III. lib. III. c. XXIV. Nicolaum Serarium, in Moguntiacis; Jacobum Gaultierium, in Tabul. Chronolog. ſecul. IX. Severinum Binium, tom. III. Concil. part. I. notis in Vita Benedicti Papæ; Alanum Copum, Dial. I. c. VIII. Petrum Maturum. Annotat. in D. Antonini Chron. poſt

Leonem IV. Nicolaum Sanderum, de viſib. Monarch. Eccleſ. lib. VII. Aubertum Miræum, in Sigeberti Chronicon; Juſtum Lipſium, Epiſt. ad Franciſcum Suertium V. Kal. Mart. CIƆ IƆ XCV, data, cujus autographum aſſervari apud ſe, tradit idem Miræus in Sigeberti Chron. Simonem Majolum, Colloq. III. Jacobum Gretſerum, in Defenſione Bellarmini, tom. II. lib. III. c. XXIV. Jacobum Gordonum, lib. VIII. Oper. Chron. anno DCCCLIII. Franciſcum Longum a Coriolano, in Breviar. Chronol. anno DCCCLIII. & ante alios Florimundum Ræmundum, libello de hac re edito Gallice & Latine a filio. Qui omnes fabellam hanc exactiſſime pertractatam refellunt evidentiſſimis rationibus.

A XL. Idem præſtitit, licet Pontificiæ dignitati parum æquus, Papirius Maſſonus, de vitis Epiſcoporum Urbis; & Joannes Aventinus, Annal. lib. IV. longe tamen diverſam ab hac hujus rei tradens originem. *Albertus*, inquit, *locupletiſſimus Etruriæ Princeps, Ravennam, Bononiam, Romam in poteſtate habuit. Ejus ſocrus Theodora, ſcortum nobile atque imperioſum, Romæ dominabatur, Joannemque nonum, amatorem ſuum, Bononienſibus primo, deinde Ravennatibus, poſtremo Romanis, impoſuit, primariumque ſacerdotem creavit. Unde fabellam ortam crediderim, quæ temere vulgavit, hiſce temporibus fuiſſe Sacerdotem maximum feminam, quæ appellata ſit Joanna.*

LU-

LUCAS HOLSTENIUS

DE

ABASSINORM

COMMUNIONE

SUB UNICA SPECIE.

Digitized by Google

DE USITATA ETIAM ABASSINIS COMMUNIONE SUB UNICA SPECIE.

Viro Clariſſimo

BERTHOLDO NIHUSIO

S. P. D.

LUCAS HOLSTENIUS.

VIdi, Cl. Nihuſi, quæ ad communem amicum Allatium noſtrum ſcripſiſti de loco epiſtolæ Ranzovianæ, ubi communio ſub una duntaxat ſpecie, etiam Abaſſinorum exemplo, confirmatur; quorum nomen pro alio iſthic poſitum ſuſpicaris. Sed non fefellit autorem memoria, qui ipſorum Abaſſinorum certa fidaque relatione ſibi per me comperta, ad Romanæ Eccleſiæ defenſionem, protulit. Rem clare exponam. Cum, ſuperiori anno, ipſo die Paſchæ, in Baſilica Vaticana, ſacroſanctæ Euchariſtiæ Communionem multis hominum millibus adminiſtrarem, acceſſit inter alios Sacerdos Abaſſinus, cui nomen Georgius, homo ob ætatem vitæque ſanctimoniam venerabilis, & Communionem de mea manu accepit. Mirabar tum, ritus alieni Sacerdotem Latino more communicare. B Itaque, cum poſt aliquot dies eundem, ad S. Petri Confeſſionem, cum ſocio orantem offendiſſem, diligentius ex eis perquirere cœpi de patrio ritu, cum in Liturgia ſolemniori, cum etiam in quotidiana Communione, & præſertim cum Viaticum moribundis exhibetur. Ibi illi ſancte mihi affirmarunt, hiſce ſub una tantum panis ſpecie exhiberi. Cumque te- A gererem, id forte a Latinis poſterioribus introductum falſſe, poſtquam eas in regiones penetrarunt; illi contra conſtanter aſſeruerunt, hunc antiquum & perpetuum Æthiopicæ Eccleſiæ ritum fuiſſe, etiam antequam Latinorum eorum nomen & facta iis in regionibus audirentur. Cumque ſubjunxiſſem, ideo me de ritu hæc perquiſiviſſe, quod, paucos ante dies, eos una ſub ſpecie communicantes admiratus eſſem; reſponderunt, Abaſſinos Chriſtianos neque nunc dubitare, neque dubitaſſe unquam, quin Dominici Corporis Sacramentum æquali perfectione & fructu, tam ſub una ſola quam ſub utraque ſpecie, ſumatur. Hæc, ut bona fide a religioſis Sacerdotibus mihi relata fuerunt, ita in epiſtola illa, ſuggerente me, ſunt perſcripta. Nec video, cur verum affirmaſſe dubitem, quibus nulla mentiendi cauſa eſt. Ideoque prolixius libentiuſque ea nunc commemoravi, ne quid temere leviterque in ea epiſtola perſcriptum exiſtimes, habeaſque quod aliis, eam ſugillantibus, reſpondere poſſis. Vale, optime & doctiſſime Nihuſi; &, ſi quid fidei Catholicæ hoſtes, contra ea quæ dixi, moliantur, ſignifica. Romæ, XXVIII. Octobris CIƆIƆCLI.

Digitized by Google

LUCAS HOLSTENIUS

DE

SABBATHIO

FLUMINE.

Digitized by Google

DE SABBATHIO FLUMINE.

Cl. doctiſſimoque viro

BERTHOLDO NIHUSIO

S. P. D.

LUCAS HOLSTENIUS.

CUm per valetudinem ad ſtudia redire cœperim, quibus cum mihi divortium fuit per aliquot menſes, alterum quoque debitum expungere placuit, quo jam pridem tibi obſtrictus teneor. Quæ ex Menaſſeh ben Iſrael libro excerpta miſiſti de Judæorum ad Sabbathium flumen commoratione, eo minus mihi nova viſa ſunt, quod jam pridem ex Eldano & Benjamino iſtarum fabularum guſtum aliquem percepiſſem. Sane dolendum, ejus gentis primores viros ita Talmudicis Rabbiniciſque tenebris involutos, ut ad veritatis lucem oculos attollere nequeant: quam perſpicerent facile, ſi in ſacrarum literarum ſenſu pervestigando ſine partium ſtudio optimos quoſque doctiſſimoſque interpretes potius, quam portentoſa illa ſuorum commenta, conſulerent. Nam, quod Judaicam tranſmigrationem ſpectat, unde res tota dependet, ea IV. Regum cap. XVII. & XVIII. ita regionum locorumque propriis nominibus deſcribitur, ut toto cælo errent, qui eam in ultima India vel extrema Scythia quærendam exiſtimant. Nam, cum perſpicuis verbis affirmet ſacer textus, Aſſyriorum regem in Aſſur ſive Aſſyriam ſuam eos tranſtuliſſe; deinde locorum nomina, ipſis ad inhabitandum data, diſerte addit, Chalac ſcilicet, & Chabor flumen Gozan, & civitates Medorum. Hic ſi Geographos probatos conſulas, dubitare non poteris, quin Chabor flumen Gozan ſit celebris ille fluvius Chaboras, ſive, ut alii, Aboras, qui, in Mediæ finibus ortus, per Meſopotamiam in Euphratem effluit; quem Nubienſis Geographus, adjuncto articulo, Al-Chabor appellat. Eo flumine obſervato, ſimul cognoſcitur, Gozan non eſſe fluvium, ſed regionem, ad fluvii Chaboræ partem ſuperiorem ſitam, quæ Gauzanitis Ptolomæo dicitur. Hiſce præſuppoſitis, ſequitur, Chalac, quæ primo loco in Scriptura ponitur, non aliam eſſe regionem, quam Chalcitin ejuſdem Ptolomæi, quæ ad oppoſitam Chaboræ ripam Gauzanitidi objacet, & ex Judæa Syriaque in Mediam tendentibus primo loco occurrit. Hæc mihi maxime veriſimilia videntur: quamvis etiam in ipſa Aſſyria Cabacene regio ſit, & in Media Gauzania civitas, quæ eorundem nominum ſimilitudinem referunt: ſed non ita quadrant verbis Scripturæ, quæ, poſt Chalac, Chabor & Gozan, deinde ſpecialiter Mediæ civitates ſubjungit, tanquam ordine ſituque ab iſtis ſeparatas. Videndum igitur, utrum Judæorum iſtorum veſtigia quædam ex probata antiquitate in ipſa Media

A vel adjacentibus locis cognoſcere liceat. Strabo, quem fidum ducem ubique experior, partem Mediæ ſeptentrionalem, montuoſam, aſperam & frigidam, a multis gentibus incoli ſcribit, qui aliunde in iſta loca migrarunt, Græciſque μετανάσται dicuntur, & ἀνάσπαστοι, ſi aliorum imperio fuerint tranſlati. Sed Herodotus, antiquiſſimus ſcriptor, alterius nos in Colchos ducit, quos Ægyptiacæ originis eſſe, non tam ex atro colore criſpoque capillitio, quam ex præputii circumciſione, conjicit; cum præter Ægyptios & Æthiopes, quique ab Ægyptiis, ut ipſe ait, acceperunt, Phœnices & Paleſtinos, ſoli mortalium Colchi circumcidantur; quod inſtitutum ab eis ad proximos quoque Syrios Ponticos poſtea commigraſſe ſcribit. Sed cur non potius ab Aſſyriorum rege ex Samaria Judæos, quam a Seſoſtri Ægyptios, huc tranſlatos cre-

B dam? Sed Iberos quoque, qui inter Colchos Mediamque medio loco habitant, ad Judæos originem ſuam retuliſſe, Conſtantinus Porphyrogen. de adminiſtrando Imperio, cap. XLV. prodidit. Ipſi enim, ſe, ex Davide oriundos, Hieroſolymis in Perſidem migraſſe, gloriabantur, indeque armis occupaſſe eam, quam poſtea tenuerunt, regionem. Hæc, ſpero, bonus ille Manaſſes non improbabit; qui in ſpiſſiſſimis ſuæ gentis tenebris, hoc tamen perſpexit, loca iſta verſus Caſpium mare eſſe quærenda. Porro, ex iis quæ hactenus dixi, jam manifeſte apparet, quicquid Judæi de Sabbathio fluvio extra Phœniciam quærendo ſcribunt, mera eſſe ſomnia & putidiſſimas nugas. Nam, ut Plinium taceam qui autoribus Joſepho antiquioribus hac in re uſus eſt, ipſius ſane Joſephi tanta eſt hac in re

C autoritas, ut unus omnes, quotquot ſunt fueruntque Judæi, longe antecedat. Fluit autem, ſi Geographorum tabulis credimus, inter Arcas & Raphaneam Eleutherus fluvius, qui vel ipſe Sabbathius Joſephi erit, vel ſaltem rivum illum Plinianum aliunde influentem exceperit. Quæ autem de arena Sabbathica addit, ejuſdem farinæ ſunt, & quæ nemo credat niſi Judæus apella; ita ſemper ſimiles quærunt labra lactucas. Sane, non ſatis cauto ſibi gentique ſuæ conſulit, ſi ſpem Iſraelis in fluvio fictitio fluxaque arena collocat. Si quid eorum, quæ ſcripſi, accuratius ſibi explicari velit Manaſſes, faciam libenter. multa enim de loci Biblici verſionibus Græcis addi poſſent, quæ ad ejus palatum non facere exiſtimo. Vale, Cl. Nihuſi, & me, tui nominis ſtudioſiſſimum, ama. Romæ, a. d. XV. Kal. Novembr. CIƆ IƆ CLI.

ANONYMUS
DE
SABBATHIO
FLUMINE.

Digitized by Google

ANONYMUS
DE
SABBATHIO
FLUMINE.
Cl. Nihuſi.

Quod ſententiam meam de Sabbatio fluvio ſcire aves, affectui potius tuo & humanitati, quam judicio, tribuo: cui nihilominus reſpondere volui: non quod quicquam a me proficiſci queat, cujus tu, vetus literarum, ignarus ſis, ſed ne defuiſſe videar occaſioni aliquid a te diſcendi. Fluvium Sabbatium duplicem commemorari a ſcriptoribus, non ignoras: quorum uni ſua conſtat autoritas: alterum fabulis accenſendum, nemo eſt qui dubitare poſſit. Prioris Joſephus meminit, & ex eo, ut videtur, Plinius, inde alii. Situm Joſephus ſatis clare deſignat: cujus veſtigia ſequitur Adrichomius; quanquam fieri poſſit ut errarit in tanta rivorum, e Libano decurrentium, multitudine: & noſti, quam anceps ſit antiquitatum ejuſmodi cum recentioribus comparatio. Defeciſſe autem ſive ipſum fluvium, ſive potius miraculum illud, jam ante multa ſecula, ac fortaſſe ſtatim A poſt exciſam Hieroſolymam, id indicio eſt; quod nemo poſteriorum, ac ne recentiorum quidem, ejus, tanquam ſibi viſi, meminerit. Majolus cauſam retulit ad exciſam Judæorum Politiam, cum qua fluvius quoque ille, Sabbati Index, defecerit. Alter eſt Rabbinorum & ſequioris ævi fabuloſus, quem ad imaginarium illud decem tribuum in Scythia Imperium retulerunt, & circa mare Caſpium collocarunt. Totius autem fabulæ illius clara earant indicia in quarto Eſdræ libro, ut conſtat. Plura non addo, cum paſſim obvia ſint, & aliis jam notata. Scire ex te aveo, num ad Cl. Kircherium ſcribendi detur occaſio. Habeo enim de Dynaſtiis Ægyptiorum, quæ cum ipſo, qui totum ſe antiquitatibus illis illuſtrandis conſecravit, libenter conferre vellem. Quem, data occaſione, meo nomine plurimum ut ſalutes, rogo. Vale. xv. Mart. CIↃ IↃ CLII.

JO. ANAGNOSTA

DE

EXCIDIO URBIS

THESSALONICENSIS.

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ

ΔΙΗΓΗΣΙΣ

Περὶ τῆς τελευταίας ἁλώσεως τῆς

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

Συντεθεῖσα πρός τινα τῶν ἀξιολόγων πολλάκις αἰτήσαντα περὶ ταύτης, ἐν ἐπιτόμῳ.

JOANNIS ANAGNOSTÆ

De extremo Theſſalonicenſi excidio

NARRATIO,

In gratiam cujuſdam laudabilis viri, qui ſæpius eam efflagitavit, compendio concinnata.

LEONE ALLATIO Interprete.

I.

XII. Cœpit ergo prælium cum ipſo diei exordio, ut prænarravimus; & illi diſpertiti ac ſibi ipſis ſuccedentes, propter nimiam copiam, labore defeſſos recentes excipere, & alteri mutuo ſubſidio ſubvenire; alii ita ſcite ſagittas ejaculari, ut nullus ex noſtris, vel e muris capite emergere auderet: alii propter hominum ſolitudinem audaciores, ſub ipſis muris correpentes, variis eos machinis concutere, quas negotio conficiendo aptiſſimas extruxerunt: alii ſcalis aſcenſum animoſe pertentare, nec expectatione fruſtrari. Primo etenim impetu, qui in ea parte Trigonii aderant, univerſi ſagittarum ictibus, nimborum inſtar in aerem emiſſarum, ſemianimes procidere; illicoque pars ea defenſoribus vacua remanſit, cum non ſuppeterent alii ad cuſtodiam, qui adverſariorum impetum retunderent: nos vero pauci, neque cuncti in muris, ob eam quam ſupra diximus cauſam, & licet ſupra vires animaremur, nullæ tamen erant res noſtræ, ad illas comparatæ. Nec jaculis tantum turba illa, ſed inſtrumento etiam puſillo ad comminuenda lignea in propugnaculis ſepimenta utebatur, quod, ubicunque intorquebatur, viros quoſque obvios deturbabat. Dux item Occidentis, equo aſſidens, perceleriter properabat, orientalem civitatis plagam circumiens, armis circumſeptus, verbis omnes excitans, & ad fortitudinem acuens, & præmia promittens. Et, ut adhuc alacriores efficeret, atque erga noſtram ſalutem furioſiores, ſericas veſtes in medium afferri juſſit, & murorum foſſoribus mercedem propoſuit, & qui lapidem ex eo erutum attuliſſet, alta voce reboans, quoties id egerit, munus reportaturum: illis quoque, qui primi murum aſcendiſſent, multa bona ſpondebantur, & pollicitationes innumeræ. Quare conſpexiſſes in illis rem omni admiratione dignam; namque ob-

A γενόμεθα, καὶ τεθνάναι. καὶ τοῦτο μὲν ἄνδρες· γυναῖκες δὲ καὶ αὐτοὶ τῶν ἐπιφανῶν, ἡμῖν ἀνδρικῶς συνεφήπτοντο τοῦ πολέμου. λίθους γὰρ ψυχῇ πρὸς ἄμυναν τῶν ἐπιόντων κομίζουσαι. Πολλαὶ δὲ καὶ ὅτι γυναῖκες ἦσαν ἐπιλαθόμεναι, τὰ τῶν ἀνδρῶν ἐπεδείκνυντο, συμπαρεστάμεναί τε τούτοις, καὶ ἐρρωμένως κατ' αὐτῶν ἀγωνίζεσθαι προθυμούμεναι. Κεκίνητο οὖν ἡ στρατιά, καὶ τοσοῦτο τοῖς τείχεσι προσεπέλασαν, ὡς δύνασθαι κἀκείνας λίθους πέμπειν κάτωθεν ἐφ' ἡμᾶς ταῖς χερσίν. Εἶτ' ἐπίνοιαν οἱ τοιούτων ἐξεῦρον στρατηγοί, ἐκείνοις μὲν, ἀνακωχὴν ἔχουσαν ἱκανήν, ἡμῖν δὲ πόνον διηνεκῆ, καὶ πόλεμον ἀδιάπαυστον. Πρῶτα μὲν γὰρ δεῖν ᾠήθησαν πρὸς πᾶν τὸ τῆς πόλεως ἅπαντα κύκλον διαγωνίζεσθαι, εἰ B καὶ πολὺς ἦν αὐτοῖς ὁ πόνος, τοσαύτην διέρχεσθαι πόλιν καὶ τοὺς σφῶν πρὸς τὸ πολεμεῖν γενναίως διεγείρειν, εἴποτε ὀκλάσειαν. Ἔπειτα δὲ διένειμαν εἰς μοίρας ἅπαν τὸ πλῆθος· ὥστ' ἔχειν ἀλλήλους διαναπαύειν τοῦ κόπου τῇ δι' ἀλλήλων διαδοχῇ. Καὶ τότε δὴ προσέταξαν, τὸ κατ' ἀνατολὰς ἅπαν μέρος, καὶ τὸ πρὸς δύσιν περιλαβεῖν ἀπὸ τῆς Ἀκροπόλεως ἄνωθεν, ἄχρις αὐτῆς τῆς θαλάσσης. Εὐαλωτότερον δὲ τὸ κατ' ἀνατολὰς ἐθεάσαντο μέρος, οἷα δὴ σαθρότερον ἐν πολλοῖς τυγχάνον τοῖς μέρεσιν. ὅθεν τὸ πλεῖον καὶ μαχιμώτερον αὐτόθι διατετάχασι πολεμεῖν. Ὁ Μουράτης δὲ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἅμα πεζοῖς διαμερισθεῖσι καὶ αὐτοῖς παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἀπὸ τοῦ καλουμένου Τριγωνίου, μέχρις οὗ C ἡ μονὴ τυγχάνει τοῦ Χορταΐτου τοῦ πολεμεῖν οὐκ ἦν οἷα ἔληγεν οὐδ' αὐτός. Ἔγνω γάρ, εὐχερέστερον ἐκεῖθεν ληφθῆναι τὴν πόλιν, τήν τε σαθρότητα τοῦ τείχους ἰδών, καὶ ὡς ἐπὶ τείχει τὴν ἀσφάλειαν ἡ πόλις ἐξ ἐκείνου τοῦ μέρους αὐχεῖ.

ιβ'. Ἔλαβεν οὖν ἀρχὴν ὁ πόλεμος ἀρξαμένης ἡμέρας, ὡς διειλήφαμεν. κἀκεῖνοι διαμερισθέντες, καὶ ἀλλήλους διαδεχόμενοι, πλῆθος ὄντες, τοὺς κεκμηκότας, ἀκμῆτες ἕτεροι διεδέχοντο, καὶ παρεῖχον ἀλλήλοις ἐπικουρίαν. Καὶ οἱ μὲν ἐχρῶντο τῇ τοξικῇ τοσοῦτον εὐστόχως, ὡς μηδ' ὁντινοῦν ἡμῶν προκύψαι γοῦν τοῦ τείχους θαρρεῖν. Οἱ δὲ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐρημίᾳ τόλμῃ ψυχῆς ὑπ' αὐτοῖς χωροῦντες τοῖς τείχεσι, παντοίαις αὐτὰ μηχα- D ναῖς κατασπᾶν διεμηχανῶντο, πᾶσαν ἑλέπολιν τεχνάσαντες εὐφυῶς, καὶ ἅπαν πρὸς τοῦτο μηχάνημα. Ἕτεροι δὲ ταῖς κλίμαξιν ἀνιέναι προυθυμοῦντο γενναίως, καὶ πάντ' ἦσαν αὐτοῖς ἐνεργά. Τῇ ἅμα προσβολῇ τοῦ πολέμου, τοὺς ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ Τριγωνίου σχεδὸν ἅπαντας ἡμιθνῆτας κατέστησαν διὰ τῶν βελῶν, δίκην νιφάδων πεμπομένων εἰς τὸν ἀέρα. καὶ κενὸν εὐθὺς ἐκεῖνο τὸ μέρος, οὐκ ὄντων ἑτέρων εἰς φυλακὴν ἐπιστῆναι, καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον ἀποκρούσασθαι. Ἡμεῖς δ' ὀλίγοι, καὶ μὴ δὲ πάντες ἐπὶ τῶν τειχῶν, δι' ἣν αἰτίαν ὀλίγον πρότερον ἐδηλώσαμεν, διηγειρόμεθα μὲν καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν, οὐδὲν δὲ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἐκείνους. Οὐ βέλεσι δὲ μόνον ἐχρῶντο τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ τῇ καλουμένῃ σαΐτῃ, μι- E κρὰ δέ τις ἦν αὕτη πρὸς συντριβὴν τῶν ἐπὶ τῆς ἐπάλξεως ξυλίνων διαφραγμάτων, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι στῆναί τινας, ἐφ' ὅπερ ἐπέμπετο μέρος. Ἔθει δὲ καὶ ὁ τῆς δύσεως στρατηγὸς ἔφιππος τὸ κατ' ἀνατολὰς διερχόμενος τῆς πόλεως μέρος ὅπλοις κατάφρακτος, λόγοις πάντας διερεθίζων, καὶ πρὸς εὐψυχίαν ἀλείφων, καὶ ἀμοιβὰς προσεπαγγελλόμενος. Καὶ μὴ ταῦτα μόνον, ἀλλ' ἵν' ἔτι καὶ προθυμοτέρους ἐργάσηται, καὶ οἷον κατὰ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἐκ-

ἀμάξῃ, σηρικά τινα προσέταξεν ἱμάτια κατὰ μέσον ἀχθῆναι, καὶ μισθὸν αὐτὰ προὔθηκας τοῖς ὑπορύττουσί τι τὸ τεῖχος, καὶ λίθον ἐκ τούτου τοῖς δυνησομένοις ἐκεῖσε κομίσαι, μέγα βοῶν, ὁσάκις ἄν τις τοῦτο ποιήσῃ, ἓν τὴν ἀντίδοσιν ἔχειν. Ἀλλὰ καὶ τῷ πρῶτος ἀνελθεῖν τὸ τεῖχος δυνησομένῳ, πολλαί τινες προὔκειντο δωρεαί, καὶ ὑποσχέσεις μυρίαι. Τότε καὶ εἶδες ἂν ἐν ἐκείνοις πρᾶγμα παντὸς ἄξιον θαύματος. Ἐπιλαθόμενοι γάρ, ὅτι σῶμα περίκεινται, πρὸς καιρίαν πληγὴν ἀντισχεῖν δυνάμενον οὐδαμῶς, καὶ θάνατον ἔχον αὐτῷ συνεπόμενον, ὥσπερ τινὲς ἄγριαι θῆρες ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐχώρουν, τοσοῦτον ἐγγίσαντες, ὡς καὶ λίθους τῶν ξυλίνων διαφραγμάτων καταβαλεῖν οὐκ ὀλίγα. οἱ μὲν οὖν οὕτως. Οἱ δὲ τὸ τεῖχος ὑποδύντες, ἢ σαθρότερον εὑρίσκον κατώρυττον ἐν σπουδῇ καὶ κατέρριπτον. καὶ ἡμεῖς τῇ τῶν βελῶν συνεχείᾳ κατ' αὐτῶν οὔτε λίθους, οὔτ' ἄλλο τι δυνατῶς εἴχομεν ἀφιέναι. Τοσαύτη γὰρ ἦν ἡ συνέχεια τότε, ὡς οὐδὲ τὴν χεῖρα τις χεῖρα τις εἶχε τῶν ἐπάλξεων ἐκβαλεῖν πρὸς ἄφεσιν λίθου. τοσοῦτο δὲ μόνον ἐδυνάμεθα πάντες πέμπειν λίθους ἐξ ἀφανοῦς κατὰ τῶν ὑπερχομένων τὸ τεῖχος, ὡς ἂν τὴν διὰ τῶν κλιμάκων ἄνοδον τούτοις κωλύσωμεν. Καὶ οὐκ ἄν τις τὸ παρ' ἡμῶν ἐκεῖνο ἔργον πολέμου· τίνα γὰρ ἂν καὶ ἐπήγαγε βλάβην λίθος ἄνευ σκοποῦ ἀφιέμενος ἐκ χειρὸς ναρκώσης, τοῦ πέμποντος οὐχ ὁρᾶν δυναμένου πρὸς τίνα, καὶ πῇ τοῦτον ἀφίησι; Ταύτῃ τοι οὖν τῶν πολεμίων, διὰ πάντων ἰσχυρῶν δεικνυμένων, τοῦ πολέμου τε μηδαμῶς ἀμελούντων, καὶ πάντων ἡμῶν ἐν ταραχῇ πολλῷ καὶ φόβῳ καθεστηκότων, καὶ τῶν μὲν παύσασθαι τοῦ πολεμεῖν τὸν Μουράτην ὑπονοούντων, τῶν δὲ τὴν ἡμετέραν ἀπώλειαν προσδοκώντων, καὶ διατεινομένων μὴ ἂν ἄλλως γενέσθαι, ἢ τὴν πόλιν ἁλῶναι. Οὕτως οὖν τῶν πραγμάτων διακειμένων, καὶ πολλῆς ἐν ἡμῖν συγχύσεως οὔσης τῶν μὲν πρὸς τὸ πολεμεῖν ἴσως ἀσχολουμένων, τῶν δὲ καταναρκωθέντων καθάπαξ, ἑτέρων δὲ τοῖς ἀπὸ τῶν βελῶν τραύμασιν ἐναποθανόντων, ἐνίων δὲ καὶ φυγόντων ἀπὸ τῶν τειχῶν, μηκέτι μένειν ἐκεῖσε δυναμένων ὑπὸ τοῦ δέους, οὔπω τῆς τετάρτης ἡ τρίτη παρεληλύθει ὥρα, καὶ ἡ πόλις, φεῦ· παρὰ * πολεμίων τοῦτον ἑάλω τὸν τρόπον.

ιγ'. Ὡς εἰς πολλὰ τὰς κλίμακας ἦσαν κομίσαντες μέρη, καὶ πρὶν μὲν ἐγγίσαι τῷ τείχει ταύτας οὐκ εἶχον, ἀπωσθέντων τῶν ἄνω, μέχρις οὗ κατενάρκησε τούτους ὁ φόβος, τῇ δὲ θέντες, καί τινας ἀναβεβηκότες βαθμίδας οὐκ ἴσχυσαν τὸ ἐγχείρημα συμπεράναι, τινῶν εὐψυχίαν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους κτωμένων, ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσιν εὑρεθέντων, καὶ λίθοις χερμάσι καταβεβληκότων, ἅμα ταῖς κλίμαξι τούτους, καὶ πολλοὺς τὸ ζῆν ἐζημιωκότων. ὡς οὖν οὕτω ταῦτα γένοιτο καὶ πλήρεις ἦσαν ἐκεῖνοι θυμοῦ, μὴ οὐκ ὀλίγην ἡγοῦντο γὰρ ὀφλήσειν αἰσχύνην ἡττημένοι φανέντες· περιεργότερον στοχασάμενοι, καὶ τῶν κλιμάκων μίαν κατὰ τὸ τριγώνιον θέντες, γωνία τις ἦν ἐκ πύργου, καὶ οὐκ εἶχον, ὅθεν ἄν τις τὴν ἄνοδον κωλύσαι τῶν ἀναβαινόντων, καὶ πολλή τις τῶν ἀνθρώπων ἐτύγχανεν ἐρημία, τόλμαν ψυχῆς τῶν ἄλλων τις πεζῶν ἐνδειξάμενος, τὸ ξίφος ἐνδακὼν τοῖς ὀδοῦσι, καὶ τὸ θανεῖν ἀνθῃρημένος τοῦ ζῆν, ἵνα μόνον ἀνδρείας δόξαν κομίσηται, μεθ' ὅσης ἄν τις εἴποι τῆς εὐτολμίας, τὸ τεῖχος ἀναβεβήκει, μηδ' ὑπονοοῦν αἰσθομένου τῶν ἔνδον, καὶ κατ' ἄλλο μέρος, τῶν ἐναντίων τηρούντων τὴν ἄνοδον. Λατῖνον οὖν διὰ θὺς ἐν τῶν πυργοβάρεσιν δεινῶς τετρωμένον ἔναγχος, καὶ τὰ λοίσθια πνέοντα, τούτου τὴν κεφαλὴν ἐκτεμών, τῶν πολεμούντων

liti corpore tegi, quod lethali vulneri reſiſtere non valeret, & mortem ſibi ſociam deſerret, tanquam immanes belluæ in murum contendere; tantumque appropinquarunt, ut non pauca ex ligneis ſepimentis disjicerent. Et ſic quidem iſti: qui vero ſub murum ſubrepſerant, putridiores partes, diligenter ſuffodientes, ſolo æquare. Nos autem ſagittarum continuata frequentia, in ipſos, neque lapides neque aliud quidpiam projicere poteramus: nam earum aſſiduitate nec manum quidem ad jaciendam lapidem efferre licebat. Sola facultas inerat, ex occulto lapides in eos, qui muros adoriebantur, mittere, ut aſcenſu per ſcalas arcerentur. Et nullus, quod a nobis gerebatur, facinus bellicum exiſtimaſſet. Quam enim noxam intuliſſet lapis, nullo ſcopo emiſſus, manu torpente & ejaculante, nec vidente ad quem dirigeret & quem in locum contorqueret? Hoc propter hoſtibus modis omnibus ſtrenue ſe gerentibus, & pugnam diligenter proſequentibus, & nobis omnibus diſcrimine metuque proſtratis, & aliis, belli finem poſiturum Muratem, ſuſpicantibus, aliis noſtrum excidium expectantibus, contendentibuſque prorſum, urbem capiendam eſſe. Sic rebus ſe habentibus, & nobis perturbatis, & inſigniter confuſis, cum partim pugnæ incumberent, partim torpentes ceſſaſſent, partim ſagittarum ictibus mortem oppetiiſſent, partim e muris fuga ſeſe ſurripiſſent, continuoque ſurriperent, timore ſtatione relicta, nondum quarti diei hora præterierat tertia, & urbs ab hoſtibus, heu, hoc capitur modo.

XIII. Cum in multa loca ſcalas adduxiſſent, nec poſſent eas alicubi muro appingere, e ſuperiore parte depulſi, ideoque metu oppreſſi, labori renunciarunt: alicubi affixarum cum nonnullos gradus aſcendiſſent, non potuere facinus abſolvere; quibuſdam aliis animoſioribus in illis partibus conſiſtentibus, & ſaxis atque lapidibus cum ipſis ſcalis dejicientibus, & interneccantibus. Cum itaque hæc ſuccederent, & illi inſania pleni furerent, non mediocrem infamiam ſibi irrogari rati ſi victoriam non reportaſſent, curioſius inveſtigantes, ſcalam Trigonio applicant, cujus angulus erat ex turri, nec poterat aſcenſus impediri; potiſſimum quum hominibus prorſus viduaretur, pedeſque audacior aliis, enſe dentibus carpto, vitæque mortem præponens, ſolum ut fortitudinis famam ſibi compararet, fidentia quam maxima murum aſcendit, nemine id perſentiente civium, qui aliis in locis hoſtibus aſcenſum prohibebant. Is Latini, inter propugnacula confoſſi vulneribus, & extremum ſpirantis, caput abſciſſum inter confligentes projecit, innuens, ſe partis illius potitum, & deſertis muris plane omnes in fugam ſeſe, redditus immemores, conjeciſſe. diem tum aperiebat menſis Martius nonum & vigeſimum anni ſexmilleſimi nongenteſimi trigeſimi octavi, (Chriſti cIɔccccxxx.) Quare ille pedites omnes adhortans, & deſtitutam a defenſoribus locum ſignificans, ut illico aſcenderent clamare. Illi, ut poterant, ſubito ſcalis univerſis admotis, frequentes aſcendere, clamore & ſtrepitu qui e tympanis corio confectis elicitur. hoc idem enim inter bellandum

maxime animos concutit. Multi etiam temere audacterque manibus & genibus reptare, gravi, aliena ſibi comparandi, ſiti ſuccenſæ, & per propugnacula intro ſeſe mittere: verum quibus per ſcalas aſcenſus non permittebatur, per murorum foramina, quæ multa effoderant, in urbem ſolliciti immigrare; alius alium celeri curſu & citatis paſſibus ſuperare contendens, manibus enſes ferentes, & quaſi decertantes, quis prior aliis in habitata urbis loca, & oram maritimam procurreret: eo enim potiorem civium partem, & maxime Latinos, propter triremes, confugiſſe conſpicabantur. Omnes itaque nos, ut cuique licuit, fugam maturantes, alii in ædibus ſeſe abdere, alii in cuniculos & ſepulchra & ſi quid aliud ſaluti conducibilius videbatur, non abſque tremore ſubrepere: alii triremium vel aliarum naviculrum aſcenſum, ſibi, horrore ſævo perfuſi, promittentes, ad littora procurrere: namque opinabantur, aditum fuiſſe ad eas hoſtibus interclusum. At res aliter ceſſerat; &, qui ſimilia imaginabantur, ſpe ſua deluſi ſunt. Hoc idem & circa turrim, Samariam nuncupatam, contigiſſe, omnes experimento deprehenderunt; nam exiſtimabant, etiamſi urbs caperetur, non ſtatim eam deditionem facturam, vel adeo celeriter ab oppugnatoribus opprimendam, in ipſo maris litore ſitam, muris & armis tectam, neceſſariiſque aliis optime communitam. Hac vana ſpe a multo tempore lactati, non pauci in illam, ut propriis corporibus providerent, ruebant. Veruntamen in hoc quoque decepti ſunt, vix enim ex Latinis, qui erant illuſtriores, & Tzetariis, pauci cum illis quibus illius cuſtodia erat concredita, in illam confluxerunt, intromiſſique aliis introitum denegarunt, & murum, in mare propendentem (ei Tzerempulo apud omnes nomen eſt,) in triremes, paulo ante ex porta eo deflexat, cum aliis ingrediuntur.

XIV. Per ſcalas ergo atque foramina, ut diximus, hoſtes in urbem intro conjecti, alii in ædes & homines currere, alii ad portas civitatis aperiendas, ut Murates ſimul cum toto exercitu ſeſe in eam conferret. Et vidiſſes eos, inſtar apum aut immanſuetarum beſtiarum, confertim irrumpere, ululantes, cædemque noſtram ſpirantes, & civitatem univerſam tum equites tum pedites occupare. Ut civitas repleta eſt, & omnia nos in ſe, & ſacra templa, & divina monaſteria, & plateas, & domus occluderent; tum lamentabile illud & lacrymabile admodum facinus aggrediuntur. Namque urbe tota, ut prænarravimus, occupata, veluti rapaces lupi, nos impetentes, omnia rapere, quemadmodum dynaſtes promiſerat, ſatagebant. Namque ille inter dimicandum dixerat, ſi urbs caperetur, & voti compos fieret, quidquis unuſquiſque deprædatus fuiſſet, legitime poſſideret, a nullo unquam ſpoliandus. Tra-

A ὡς μέσον κατέῤῥιψε, δείξας ὅπως τε τοῦ μέρους ἐκείνου κρατήσει, καὶ ὡς τὰ τείχη πάντες ἀπολιπόντες ᾤχοντο ἀμεταστρεπτί. Ἐνάτην ἦγε καὶ εἰκοστὴν ὁ Μάρτιος τότε, ἔτος δὲ τετρακοσιοστὸν ὄγδοον πρὸς τῷ ἑξακισχιλιοστῷ ἐνειστήκει. Παραθαῤῥύνας τοίνυν ἐκείνους πάντας πεζοὺς τὸ τεῖχος τε ἀνιέναι ἐβόα, καὶ τὴν ὁρμὴν ἐδίδου. Οἱ δ' ὡς εἶχον πάσας παραχρῆμα κλίμακας θέντες, συχνοὶ δ' αὐτῶν ἀναβαίνειν ἠπείγοντο σὺν βοῇ, καὶ τῷ τῶν ἀπὸ δίῤῥινος τυμπάνων ἤχῳ. φέρει γὰρ καὶ τοῦτο πολλὴν τοῖς ἐν τοῖς πολέμοις τὴν ἔκπληξιν. Πολλοὶ δὲ παραβόλως, καὶ ἀναῤῥιχᾶσθαι παρωρμῶντο προθύμως διὰ πολλὴν τοῦ κέρδους ἐπιθυμίαν, καὶ διὰ τῶν πυργοβάρεων, ἐπεισπεσεῖν ἐσπούδαζον. Ὅσοι μὲν οὖν ἐδύναντο, τὸν δὲ τρόπον ἀ-
B νέβαινον. οἷς δ' οὐκ ἦν ἐφικτὸν διὰ τῶν κλιμάκων, διὰ τῶν ὀρυγμάτων, ἃ εἰργάσαντο πολλῶν ὄντων, ἐπὶ τὴν πόλιν δρομαῖοι, συνέῤῥεον, ἄλλος ἄλλον τῷ τάχει νικῶντες, καὶ ταῖν χεροῖν τὰ ξίφη φέροντες, καὶ οἷον ἐρίζοντες, τίς ἂν φθάσειε πρότερος ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως οἰκούμενον μέρος, καὶ μάλιστα τὸ πρὸς θάλατταν. Πρὸς αὐτὸ γὰρ τοὺς πλείους καὶ μάλιστα τοὺς Λατίνους ὑπέλαβον διὰ τὰς τριήρεις, προσπεφευγέναι. Πάντες οὖν ἡμεῖς, ὡς εἶχεν ἕκαστος τάχους, οἱ μὲν κατ' οἴκους ἐθέομεν. οἱ δὲ ναοῖς ἱεροῖς κατεφευγόμεθα, ἕτεροι ὑπὸ νόμους καὶ μνήματα, καὶ εἴ τι πρὸς σωτηρίαν ἦν ἐπιτήδειον, ὑποδῦναι σὺν τρόμῳ ἀγωνιζόμεθα, ἄλλοι τὸ τοῦ αἰγιαλοῦ κατελάμβανον μέρος, οἰόμενοι δῆθεν τῶν τριηρῶν ἐπιβῆ-
C ναι, ἢ πλοίων ἑτέρων, μεθ' ὅσης ἄττες εἶπεν τῆς φρίκης. ᾤοντο γὰρ πολλοὶ μήπω τοὺς πολεμίους εἰσιέναι ἐκεῖθεν. τὸ δ' ἦν τοὐναντίον, καὶ τῆς γε ἐλπίδος διήμαρτον οἱ τοῦτο διανοούμενοι. Τοῦτο καὶ κατὰ τὸν πύργον τὸν καλούμενον Σαμαρείαν, εἶδον πάντες συμβάν. πάντων γὰρ προσδοκώντων, ὡς ὅταν ἡ πόλις ἁλῷ, μὴ ἂν τοῦτον εὐθὺς προσδίδοσθαι, ἢ τῆς ταχίστην διὰ πολέμου ληφθῆναι πρὸς τῷ τῆς θαλάττης αὐτὴν κείμενον εἶναι, καὶ ἐρυμνοῖς τειχίσμασι, καὶ ὅπλοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἀναγκαίοις, καλῶς κατωχυρωμένον. Ταύτην οὖν τὴν ματαίαν ἐλπίδα πάλαι ἡμῶν κεκτημένων, οὐκ ὀλίγοι δή τινες, καὶ πρὸς τοῦτον κατέδραμον ἐπὶ φυλακῇ τῶν ἰδίων σωμάτων. πλὴν κἀνταῦθα τῆς ἐλπίδος διήμαρτον. μόγις γὰρ
D τῶν Λατίνων ὅσοι προὔχοντες ἦσαν, καὶ Τζεταρίων ὀλίγοι μετὰ τῶν προϋπαρχόντων εἰς φυλακὴν, εἰς τοῦτον συνέῤῥεον μόνον, καὶ τοὺς ἄλλους εὐθὺς ἐκωλύκεσαν τὴν εἴσοδον. οἱ καὶ διὰ τοῦ κατὰ θάλατταν προβεβλημένου διατειχίσματος, Τζερίμπουλον τοῦτο καλεῖν πάντες εἰώθαμεν, εἰς τὰς τριήρεις εἰσίασι, πρὸ μικροῦ πρὸς αὐτὸν μετὰ προσεισιόντων ἄλλων ἐκ τοῦ λιμένος καθορμισθείσας.

Διὰ τῶν κλιμάκων οὖν, καὶ τῶν ὀρυγμάτων, ὡς ἔφημεν, τῶν πολεμίων τῆς πόλεως ἐντὸς γενομένων, οἱ μὲν ἐπὶ τὰς οἰκίας συνέτρεχον καὶ τοὺς ἀνθρώπους, οἱ δ' ἐπὶ τὰς πύλας τῆς πόλεως αὐτοὺς ἀναπετάσοντες πρὸς τὸ τὴν πόλιν εἰσελθεῖν ἅμα παντὶ τῷ στρατεύματι τὸν Μουράτην. Καὶ εἶδες ἂν δίκην μελισσῶν ἢ θηρῶν ἀγρίων εἰσιόντας αὐτοὺς ὠρυομένους καὶ φόνον πνέοντας τῶν ἡμετέρων, καὶ τὴν πόλιν τοὺς μὲν πεζῇ, τοὺς δ' ἐφίππους διαλαμβάνοντας. Ὡς δ' ἡ πόλις πεπλήρωτο πᾶσα, καὶ πάντ' εἶχον αὐτοὺς, καὶ ναοὶ ἱεροὶ, καὶ μοναὶ θεῖαι, καὶ ἀγυιαὶ, καὶ οἰκίαι, τότε δὴ τὸ θρήνων πολλῶν ἐκεῖνο καὶ δακρύων ἄξιον πρᾶγμα ἐπράττετο. Διαλαβόντες γὰρ τὴν πόλιν πᾶσαν, ὥσπερ εἰρήκαμεν, καὶ οἷα λύκοι βαρεῖς ἐφ' ἡμᾶς ἐφορμήσαντες ἥρπαζον ἅπαντας ἐφόδου κατὰ τὴν τοῦ σατράπου ὑπόσχεσιν. ἔφη γὰρ ἐν τῷ πολεμεῖν, ὡς εἴγε ἡ πόλις ληφθείη, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν εἰς πέρας ἀχθείη, ἴδοι τὴν ἑαυτοῦ ἔχειν μετ' ἐξουσίας ἕκαστον, ὅτι ἂν λάβοι, καὶ

παρὰ παντὸς ὑπερχείριον. Εἷλκον οὖν ἀναμὶξ ἄνδρας, γυναῖκας, παιδία, πᾶσαν ὁμοῦ ἡλικίαν, δεδεμένους ὥσπερ ἄλογα ζῶα, καὶ πρὸς τὸ στρατόπεδον ἔξω τῆς πόλεως πάντας ἐξῆγον. καὶ σιωπῶ τοὺς πεσόντας, οὐχ ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντας, κατά τε τὰ τείχη, καὶ τὰς ἀγυιὰς, μηδὲ ταφῆς ἀξιωμένους, ἑλώρια δὲ κειμένους κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι, καθ' Ὅμηρον, οὐκ ἂν ἄνδρας μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, καὶ τούτων μάλιστα τοὺς γεραιτέρους τε καὶ ἀσθενεστέρους. Ἐπειδὴ γὰρ ἕκαστος τῶν πολεμίων, δέει τοῦ πλήθους, ὡς ἐφαίνετο, τὸ τάχος ἀγαγεῖν ἔξω, καὶ τοῖς συσκηνοῖς αὐτοῦ παραδοῦναι, μή τινος ἰσχυροτέρου τὸ κέρδος γένηται, ὅπερ ἂν εἶδε τῶν ἀνδραπόδων ὑπὸ γήρως, ἢ καὶ νόσου τάχα τινὸς οὐκ ἔχον τοῖς ἄλλοις βαίνειν παραπλησίως, τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμνε τούτου, καὶ ζημίαν ἥκιστα ἐλογίζετο. Τότε πρῶτον παῖδες μὲν γονέων, γυναῖκες δὲ ἀνδρῶν, καὶ φίλοι φίλων, καὶ οἱ καθ' αἷμα τῶν ὁμοίων ἐλεεινῶς ἐχωρίζοντο, καὶ τὸ θανεῖν ἡμᾶς ἀδίκως ἐν ὑποψίαις ἐτύγχανε. καὶ συνεχύθη μὲν ἡ πόλις, καὶ βοὴ παρὰ πάντων σύμμικτος ἦρτο, καὶ θορύβου πάντα, καὶ γόων μεστά. οἱ μὲν γὰρ ἄγοντες ἐξήρχοντο τοὺς δυστυχεῖς ἐν δεσμοῖς. οἱ δ' εἰσεχέοντο σπουδάζοντες ἁρπάσαι τοὺς προτέρους ἅπερ διέφυγε. Πλὴν ἀλλ' οὐκ ἐξ ἴσης πᾶσιν ἦλθε τὸ κέρδος. τοσοῦτο γὰρ ἦσαν τὸ πλῆθος, ὅτι μέρος αὐτῶν τὴν πάλιν τῶν ἀνθρώπων ἐκένωσε, καὶ τῶν αὐτοῖς προσόντων χρημάτων, καὶ μάλισθ' ὅσον τὴν ἀρχὴν εἰσῄει, διὰ τῶν κλιμάκων πεζόν. Ὡς οὖν ὑπὸ ταῦτα προβαίη, καὶ περιέσχον ἡμᾶς εἰς ἑπτακισχιλίους ἀριθμουμένους ἅμα γυναιξὶ καὶ παιδίοις πάντας εἰς τὸ στρατόπεδον ἀγαγόντες, ταῖς σκηναῖς ἐνδιάγειν παρεῖχον, δεδεμένους ἐκεῖ, καὶ τὰ τιμήματ' ἀπαριθμεῖν ἑκάστου. Οἰμωγαὶ δὲ καὶ δάκρυα πανταχοῦ, νήπια μὲν γὰρ ὅσα ταῖς μητρῴαις ἐναπεθάλπετο ἦσαν ἀγκάλαις, καὶ ὑπομάζια ἐλεεινῶς ἀλαλάζοντα ταύτας ἐζήτουν. αἱ δὲ περιοῦσαι κοπτόμεναι, καὶ τὰς παρειὰς ἐξαίμους δεικνύουσαι, ταῦτ' ἀνωδύροντο. καὶ ἄνδρες μὲν τὰς ἑαυτῶν παρ' ἄλλων ληφθείσας γυναῖκας ὁρῶντες τῷ τῆς συζυγίας αὐτῆς καὶ συμπνοίας κινούμενοι φίλτρῳ, τὸν χωρισμὸν ἀπωδύροντο. Γυναῖκες δὲ τοὺς ἄνδρας ἀναζητοῦσαι, δακρύουσιν ἀμυθήτοις περὶ αὐτῶν ἐρωτῶσαι τὰς σκηνὰς περιῄεσαν. καὶ τέκνα μὲν τοὺς τεκόντας ἀφῃρημένα τὴν μόνωσιν οὐκ εἶχον ὑπομένειν οὐδ' ἀποσῦν. Οἱ τεκόντες δὲ περὶ τούτων ἀνερεθιζόμενοι τῆς φυσικῆς αὐτοὺς διεγειρούσης στοργῆς, τὸν ἀέρα θρήνων ἐπλήρουν. καὶ στεναγμὸς ἦν αὐτοῖς διηνεκὴς, καὶ ἀπαρηγόρητον δάκρυον. Τό τε καὶ κόραι πολλαὶ μήπω πρότερον ἀνδράσιν ὀφθεῖσαι, μηδὲ τῆς πατρικῆς οἰκίας ἐξιέναι καταθαῤῥήσασαι, γάμοις δὲ νομίμοις τηρούμεναι, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμεναι, χερσὶν ἀνδρῶν ἐκρατοῦντο, καὶ ταῖς σκηναῖς μετ' αὐτῶν συνδιῆγον. Καὶ εἶδες ἂν ἐν ἑκάστῃ σκηνῇ γυναῖκας συμμιγεῖς ἀνδράσι πολίταις, καὶ ἄνδρας ὁμοίως γυναιξὶ τῶν ἁλόντων. Τῆς γὰρ ἁρπαγῆς κοινῆς γενομένης, ὁμοίως ἐν ὁμοζύγοις καὶ τέκνοις καὶ συγγενέσιν, ἄλλος μὲν ἥρπασε τὴν γυναῖκα, ἕτερος δὲ τὸν ἄνδρα, καὶ ἄλλος τὰ τέκνα, καὶ λοιπὸν ἦσαν ἀναμὶξ οἱ καθόλου, καὶ ἀγνοούμενοι παρ' ἀλλήλων. Μοναχοὶ δὲ γυναιξὶ συνελαύμενοι πρᾶγμα γέμον αἰσχύνης ἐδόκει, καὶ τοῖς ἕλκουσι τοῦτο γέλως ὑπῆρχε πλατύς. Εἰδότες γὰρ ἢ πυθόμενοι μοναχῶς αὐτοὺς βιοτεύοντας, καὶ τὴν μετὰ γυναικῶν παντελῶς ἀπεσπασμένους συνουσίαν,

hebant itaque promiſcue viros, mulieres, adoleſcentulos, ſimul omnem ætatem, velati animantia quæ uſu rationis privantur, colligatos, & ad caſtra extra urbem convehebant. Taceo ad mortem datos, licet infra numerum, tum in muris, tum in plateis, nec ſepulturæ traditos, prædam dilaniandam canibus alitibuſque omnibus appoſitam, ut Homericis verbis utar, non viros ſolummodo, ſed mulieres, eorumque potiſſimum ſeniores atque imbecilliores. Feſtinabat enim hoſtis, præ metu multitudinis, captos ſtatim extra educere, & ſociis in tabernaculis tradere, ne alteri valentiori præda cederet, ex mancipiis, quidquid ſenio aut morbo præpeditum, aliorum non conſequeretur veſtigia, capite imminuere, neque inter damna referre. Tum primum filii a parentibus, mulieres a viris, amici ab amicis, & conſanguinei a conſanguineis, miſerum in modum disjungi, atque injuſta morte obtruncandos ſuſpicio erat: & conturbata quidem eſt civitas, clamorque omnium promiſcuus; & ingemiſcentibus omnibus, cuncta plena ſtrepitu & ejaculationibus fremere: partim enim miſeros, vinculis adſtrictos, trahentes exire, partim recens influentes in urbem, quod e manibus priorum effugerat, rapere. Sed non omnibus æqua emolumenta fuere. Tantæ enim multitudinis una pars, quidquid erat hominum & pecuniarum, exhauſit, & maxime pedites, qui primum per ſcalas irrepſerant. Cum itaque hæc ita proceſſiſſent, & nos tenuiſſent, ſeptem millia hominum capita recenſita, cum mulieribus & pueris, ad caſtra deductos colligatoſque, in tentoriis degere reliquerunt: ibique pretium uniuſcujuſque ſtatuunt. Ejulatus vero & lacrymæ ubique. Infantes etenim, qui maternis ulnis fovebantur, adhuc lactentes, miſere vagientes, matres poſcere; quæ ſuperſtites adhuc, ſeſe excruciantes, genaſque ſanguine madidas commonſtrantes, eos quæritare. Viri uxores ſuas, ab aliis captas, inſpicientes, & connubii & unius concordiſque vivendi rationis amore conciti, diviſionem deplorare: uxores maritos repetentes, lacrymis, quæ verbis exprimi nequeunt, de illis interrogantes, tabernacula circumire. Filii parentibus orbati, nullo modo ſolitudinem æque ferre poterant: parentes, de illis ſolliciti, naturali eos amore compellente, ploratibus aerem diverberare, &, ſpurlis continuis macerati, lacrymas inconſolabiles effundere. Tum & puellæ plurimæ, ſemper antea viris inviſæ, neque paternis ædibus exire auſæ, & legitimis nuptiis reſervatæ, multiſque ignoratæ, manibus maſculorum teneri, degere inſimul cum illis in tabernaculis. Vidiſſes in unoquoque tabernaculo mulieres promiſcuas cum civibus, viroſque itidem cum captivorum uxoribus. Nam cum raptus prædaque communis omnibus fuiſſet ſimiliter conjugatorum & puerorum & conſanguineorum, alius quidem uxorem, alius maritum, filios alius rapuit, quare ſimul una omnes immiſceri, qui ſeparatim vitam agebant, & ſeſe invicem ignorabant. Monachi cum mulieribus tracti, res dedecoris plena videbatur; quæ tamen a trahentibus riſum multum excuteret. Nam cum ſcirent, aut audiſſent, eos ſolitarie vitam traducere, & a muliebri commercio plane eſſe alienos, oblectabantur animo, videntes, eoſdem communiter dira pati

Ὑπέλαβον γὰρ ὑπὸ παντὶ λίθῳ χρήματα κεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο πάντ' ἀνάστατα πεποιήκασιν. Αὐτὸ κἀπὶ τῶν ἱερῶν εἰκόνων συμβέβηκεν, ἐν ὕβρει, διαφθορᾷ, καὶ τὰς μὲν πυρὶ παρέσχον, οἷον ἡμᾶς εἰς τὴν τούτων προσκύνησιν ζημιοῦντες, τὰς δ' εἰς ἀποδοχὴν τῶν ὠνίων, ὢ Θεοῦ ἀνοχῆς, ἐπὶ μέσης τῆς ἀγορᾶς ἀναιδῶς ἐχρήσαντο, τινὰς δὲ καὶ ἐτήρησαν ἴσως, ὅσοι τῶν ἄλλων εἰς κτῆσιν χρημάτων θερμότεροι καὶ ἀργυρίου ταύτας ἀπέδοντο.

ιϛ'. Εἰ δ' ἂν εἴποις περὶ τῆς μυροδόχου τιμίας λάρνακος τοῦ ἡμεδαποῦ τροπαιούχου καὶ μάρτυρος; Ἤεισαν καὶ ταύτην ἐάσαν ἀπερίτρεπτον, καὶ μένουσαν, ὡς τὸ πρὶν μανίας ὑπερβολῇ οἱ καθ' ἡμῶν ὥσπερ θῆρες λυττήσαντες ἄγριοι. Πλὴν οὐ δι' αἰτίαν, καθ' ἣν καὶ τἄλλα τῶν πάλαι ἐξ ἡμῶν γενομένων ἀνέῳκτό τε καὶ καταβέβλητο μνήματα, καὶ τὰ τούτοις ἐναποκείμενα λείψανα κατὰ γῆς ἀπερρίφησαν. ἐν αὐτοῖς γάρ, καθότι πολλοὶ τῶν Τούρκων χρημάτων ἐπέτυχον ἐναποτεθέντων παρὰ τῶν πολιτῶν, δι' ἣν ἐλπίδα φθάσαντες διεδηλώκειμεν, διὰ τοῦτο πάντα σχεδὸν ἀνέῳξαν καὶ κατέστρεψαν. Ἐνταῦθα δὲ δυοῖν ἕνεκα τοῦ τε περὶ αὐτὴν οὐκ ὀλίγου χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθοις τιμίοις, καὶ μαργάροις κατεσκευασμένου κόσμου, καὶ τοῦ ὑγείας παρεκτικοῦ θείου μύρου. Οἱ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου μόνου αὐτὴν ἀπεγύμνωσαν, οἱ δὲ βασκήναντες οἷον ἡμῖν τῆς ἀφθονίας τῶν μύρων, καὶ τῆς ἐκ τούτων ἰάσεως ἀφῃρηκέναι, καὶ τοῦθ' ἡμᾶς ἐβουλήθησαν, ὡς μηδὲν ἔχειν τοῦ λοιποῦ τούτων ἀπολαύειν, ὁσάκις ἂν ἕκαστος δέοιτο. Διὸ καὶ καταβεβληκότες τὰς ἐπ' αὐτῇ μαρμάρους τῶν μύρων ἰκμάδος αὐτὴν ἐκκενῶσαι, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ θεῖον λείψανον τοῦ μάρτυρος ἐκβαλεῖν. Ἡγοῦντο γὰρ τοῦ σκοποῦ τούτου κατατυχεῖν, καὶ ἡμᾶς τῶν ἀενάων μύρων καταλιπεῖν ἐνδεεῖς. Πλὴν ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος, οἷον αὐτοὶ σφαλερῶς προσεδόκων, ἡ σφῶν ἐπιθυμία ἐξέβη. Ἐξήντλουν τὸ μύρον ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἐφ' ἱκανὰς τὰς ἡμέρας. καὶ τοῖς μὲν ὥς τι γελοῖον ἐδόκει. οἷς δὲ νοῦς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ὑπῆν, τούτοις ἦν ἐπιμελές, πρὸς τὴν ἑαυτῶν τοῦτο μετακομίζειν, καὶ μετ' αἰδοῦς ἅπτεσθαι καὶ σεβάσματος. Ἠκηκόεισαν γὰρ πρὸς τῶν πεπειραμένων, ὡς ἰατρικῶν φαρμάκων ἐστὶν ἐνεργέστερον, εἰς οἷον ἄν τις χρήσαιτο πάθος. Πλὴν ἀλλ' οὐκ ἐδύναντο τὴν τῶν μύρων πηγὴν ξηρὰν καὶ ἄνικμον ἀποφῆναι, καίπερ πολλοὶ ὑπὲρ τούτου ποιούμενοι τὸν ἀγῶνα, καὶ εἰκότως. Οὐ γὰρ ἴσα τοῖς ἀνθρωπίνοις τὰ πρὸς Θεοῦ τοῖς ἀξίοις κεχαρισμένα. ἐπειδήπερ μηδὲ τοῖς αὐτοῖς ὑπόκεινται ὅροις. Ταύτην τὴν πονηρὰν ἐπεδείξαντο γνώμην, καὶ περὶ τὸ τῆς ὁσίας καὶ μυροβλύτιδος Θεοδώρας ἱερώτατον λείψανον. ὃ γὰρ ὡς ἐπὶ πολλοῖς κείμενον ἀπερρίφη τὸ κατὰ γῆς, ὢ τόλμης καὶ μιαρῶν χειρῶν. καὶ κατεθραύσθη εἰς μέρη. ἃ δὲ καὶ τῶν φιλοθέων τινὲς ἀναλαβόμενοι, ἄλλος μὲν ἀλλαχοῦ πρότερον, ὡς ἰατρεῖον ἄμισθον ἀπεκόμισαν. ὕστερον δὲ καὶ ταῦτα συνῆξαν τῶν εἰληφότων, τῶν μὲν ἀποδομένων ταῦτα τιμῆς ἀργυρίων, τῶν δὲ χαρισαμένων, δι' ἣν εἶχον φιλόθεον γνώμην, ἃ καὶ ὡς ἑνὸς αὖθις συναρμοσθέντα σώματος ὁλομέλειαν, θαυμάτων ἐνεργείας καθ' ἑκάστην ἀφθόνως πηγάζουσιν εἰς δόξαν καὶ αὖθις τοῦ τὰ πάντα πᾶσιν ἐπάγοντος λόγοις οἰκονομίας ἀρρήτου.

ιζ'. Τούτων οὕτω προβεβηκότων, καὶ ἀκοσμίας πάσης γεγενημένης, διὰ πάντων γὰρ τῶν ἐν τῇ πόλει κεχώρηκεν ἡ καταφθορά, οἶκτον ἐπὶ τούτοις ὁ Μουράτης λαμβάνει τῆς πόλεως. Καὶ πρῶτα μὲν τοὺς αἰσιάντας ἅμα

pecunias eſſe; proptereaque omnia late vaſtabant. Tam dirum malum in ſacris quoque imaginibus locum habuit, eas non ſine contumelia abſumens; quarum pleraſque igne concremarunt, qui earum adorationem nobis ſurripiunt; alias in uſum rerum venalium, (Deus tuam tolerantiam!) in medio foro impudentiſſime reduxere; nonnullas etiam conſervarunt, qui magis quam alii pecuniis inhiabant, & poſtea argento diviserunt.

XVI. Quid porro diceres de noſtri trophæalis & Martyris myrothecio? Neque illud immotum neque imperturbatum furoris exſuperantia conſervarunt, qui contra nos veluti beſtiæ immanſuetæ ſævierant; non tamen eandem ob cauſam, ob quam alia antiquitus per nos ſepulchra extructa reſerata ſunt & disjecta, & cadaverum reliquiæ, in iis jacentes, ſuper terram diſperſæ: in illis enim Turcæ pecunias a civibus repoſitas, cauſa jam prænarrata, repperere, proptereaque ſere omnia & reſerarunt & ſubvertarunt; at hic duplici de cauſa, tum propter ex non parvo auro & argento & lapidibus precioſis nec non & gemmis circa illud compoſitum ornatum, tum propter ſanitatem exhibens divinum unguentum. Nonnulli enim ornatus tantum gratia illud deſpoliarunt; alii, nobis unguentorum affluentiam invidentes, &, quæ inde ſubſequitur, ſanitate nos privare cupientes, ut poſterum illa nobis medicina, cum opus eſſet, nulla ſuppeteret. Quapropter ſuperſtratis marmoribus disjectis, unguenta non levi niſu exhauriunt, & ſacrum divinumque Martyris corpus expromere conantur. Opinabantur ſiquidem propoſitum conſequi, noſque unguentorum inexhauſtorum in orbitatem redigere. Veruntamen, quem ſibi temere propoſuerat eorum libido, finem non habuit. Per plures itaque dies ambabus manibus unguentum exhauriebatur, & quibuſdam plane ridiculum videbatur; at, qui plus aliis ſapiebant, curæ erat illud in patriam perducere, & cum reverentia religioneque contrectare. Nam ab expertis audiverant, ad quoslibet morbos medicinalibus ipſis pharmacis multo efficacius eſſe. Nihilominus unguentorum fontem non potuere neque exſiccare neque exinanire, quamvis id contentioſius multumque per tempus niterentur; & merito. neque enim humana adæquant, quæ Deus dignis elargitur; ſicuti nec iiſdem terminis ſubjacent. Hoc nefarium facinus circa ſanctæ & myroblytidis Theodoræ ſacratiſſimum cadaver patratum eſt, quod, cum in ſuperficie jaceret, ſolo proſtratum, (o audaciam, o manus exſecrandas!) & in varias partes diſcerptum eſt; quas pii homines aſſumentes, alius alio prius, tamquam nulla mercede conductam medicinam, aſportarunt; poſtea eædem recollectæ, qui habuerant, aliis pretium reſtituentibus, aliis gratis dantibus, propter ea quæ in ſe nutriebant pia conſilia, denuo in unam integri corporis formam compoſitæ, miraculorum efficacia quotidie affluenter innoteſcunt, in gloriam rurſus, qui omnia omnium regit moderaturque ſum providentiæ inenarrabili ratione.

XVII. His hoc modo peractis, omnibuſque incompoſitis ac turpiter de-

formatis, (per omnia ſiquidem, quæ in urbe erant, clades graſſata eſt,) afflictæ civitatis fortunæ Muratem ad miſericordiam alliciunt: & primum quidem qui cum occaſos duce immigrarant, quique captivorum ædes ſibi diviſerant, ſibique eas habere per vitæ ſpatium ſperaverant, Turcas etiam, invitos urbe pellit, inquiens: Large vobis ſufficiunt pecuniæ, & præter ſpem captivorum quæſtus; urbem mihi ipſe reſervo, quod ob eam multorum dierum iter confeci, eoſque labores ſuſtinui, quos vos optime noſtis. Tum ad Galicum fluvium, qui prope civitatem, & hyberna potiſſimum tempeſtate, curſum tenet, pergens, conſilium præter omnem expectationem init, ſed captæ urbi valde ſalutare. Conſiderans enim urbis magnitudinem & ſitum mari proximam, eamque congruentem & aptam ad omnia, commiſeratus, illius reficiendæ conſilium capit. Primum quidem homines non contemnendo numero, ſanguine & orta ſpectabiliores, a ſervitute ſuis ſumptibus liberatos mandavit, ut intra urbem domicilium haberent; deinde ut partes illius, bello collapſæ, celeriter repararentur, priſtinoque decori reſtituerentur. Et mandata quidem hæc erant. Tum ipſe rurſus moto exercitu, ad Bardarii fluminis ripas caſtra metatur; ubi captivorum partitio abſolvitur. Nam captivi, ſive pretio quod ſupra innuimus, ſive per ſeipſos, ſive per Chriſtianos alios, ex variis urbibus & oppidis coactos, pecunia erogata, libertate potiti ſunt, eam ſibi habuere, cum adhuc apud Galicum fluvium Murates moras ageret: quibus vero ob egeſtatem atque inopiam ea frui non contigit, eos ſinguli in patrias ſedes & loca dimiſerunt, ſervitutis incommoda ſubituros, donec ipſi poſtmodum reverſi de eorum pretio diſpoſuiſſent. Neque enim poterant ſecum una convehere, per longum iter, & ad aliud bellum proficiſcentes. Vidiſſes, infelices, hos quidem ad ortum, illos ad occaſum, diſtractos aſportari. Namque hi parentes, alii filios, alii uxores, accipiebant, & quos natura unum aliquid inſigniter fecerat, calamitas ſeparabat.

XVIII. Hoc pacto, (quod utinam nunquam eveniſſet) rebus noſtris procedentibus, & hoc fine apud Bardarii ripas terminatis, Murates inde, duas in partes diviſo exercitu, unam ad Janninorum fines dimiſit, alteram ipſe ſecum ducens, ad alios ſe conferebat, eos quoque abſumpturus & potiturus. Sed ante omnis per omnem ſuæ ditionis plagam præcones mittit, eos, qui ante multos annos, ipſoque obſidionis tempore, Theſſalonicam deſeruerant, aliiſque in locis ſedes locaverant ſuas, quam celerrime poſſent domum revenire coacturos, qui proprias in poſterum, ut antea, poſſiderent. Nam propoſuerat, quam optime, & multa cum laude, rurſus urbem habitatoribus reſtituere, &, ut prius erat, hominum conferta copia complere. Quod utique non multum poſt belle cecidiſſet, niſi noſtra in Deum facinora impedimento fuiſſent. Cum enim reparandæ urbis deſiderio teneretur, revocans ſe ad humanitatem ac manſuetudinem, omnes libertatis compotes facere, patriamque illis donare, ut diu, & domibus propriis, ut antea, frui cum

A τῷ κατὰ δύσιν στρατηγῷ Τούρκους τοὺς τῶν αἰχμαλώτων οἰκίας ἑαυτοῖς διανειμάμενους, καὶ ταύτας ἔχειν τῷ βίῳ παντὸς ἠλπικότας, ἐξελαύνει, καὶ μὴ προθυμουμένους τῆς πόλεως, ἐπειπὼν, ὡς, Ἀρκεῖ μὲν ὑμῖν τὰ χρήματα, καὶ οὓς παρ' ἐλπίδα δούλους ἐκτήσασθε. τὴν δ' ἐγὼ πόλιν ἔχειν ἔγωγε βούλομαι, πολλῶν διὰ ταύτην ἐπινικίους ὁδὸν ἡμερῶν, καὶ πόνον ὑποστὰς, ὅσα ἐγνώκατε. Ἔπειτα δὲ πρὸς τὸν Γαλικὸν ποταμὸν μεταβὰς, ἐγγὺς τῆς πόλεως ῥέοντα κατὰ τὸν καιρὸν μάλιστα τοῦ χειμῶνος βουλὴν ἐσκέψατο, πᾶσι τὸ ἀδόκητον ὅλως καὶ συστατικὴν τῆς ἑαλωκυίας. ἰδὼν γὰρ πόλιν τοσαύτην, καὶ οὕτω κειμένην, τῇ θαλάττῃ τε προσομιλοῦσαν, καὶ πάντα δεξιὰν οὖσαν, ἐπεγείρειν τε αὐτὴν, καὶ πάλιν οἰ-
B κῆσαι βεβούλητο. Καὶ δὴ πρῶτον μὲν ἀνθρώπους ἀριθμητοὺς τῶν ἐπισημοτέρων καθ' αἷμα τε καὶ συγγένειαν τῆς δουλείας ἀπαλλάχθαι προσέταξε, παρεσχηκὼς αὐτὸς τὰ λύτρα, καὶ τῇ πόλει τούτους ἐγκατῴκισεν. Ἔπειτα δὲ τὰ καταπεπτωκότα ταύτης ἐν τῷ πολέμῳ μέρη ταχέως τε ἀνορθοῦσθαι, καὶ ὡς πρότερον ἦσαν ἐγκαταστῆναι. Καὶ τὸ μὲν πρόσταγμα οὕτως εἶχεν. Αὐτὸς δὲ μεταστήσας καὶ αὖθις τὴν στρατιὰν παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ Βαρδαρίου ἐστρατοπεδεύσατο. ἔνθα δὴ καὶ μερισμὸς παντελὴς τῶν ἑαλωκότων ἐγένετο. ὅσοι μὲν γὰρ τῶν αἰχμαλώτων, ἢ δι' ὧν εἰπόντες ἔφθημεν λύτρων, ἢ ἐξ ἑαυτῶν, ἢ Χριστιανῶν ἐξ ἑτέρων, ἐκ διαφόρων χωρῶν καὶ πόλεων συνειλεγμένων, τρόπον ἐξ ὧν
C ἐλευθερίας τινὰ τετυχήκεισαν ταύτης, ἔτι τῷ ποταμῷ Γαλικῷ τοῦ Μουράτου ἐνδιατρίβοντος. ὅσοις δὲ τοῦτο ὑπ' ἀπορίας τοιαῦτα οὐχ εὕρηται, τούτους ἕκαστον ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι καὶ τόποις ἐξέπεμψαν, τὰς ἐκ τῆς δουλείας ἀνάγκας ὑφισαμένους μέχρις ἂν ὑποστρέψαντες τὰ σφῶν τιμήματα διαθῶνται. οὐ γὰρ ἐδύναντο καὶ τούτους ἕλκειν μακρὰν ἀπερχόμενοι, καὶ πρὸς πόλεμον ἕτερον. Εἶδες ἂν οὖν τοὺς δυστυχεῖς τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ τῆς ἕω, τοὺς δ' ἐπὶ τὰ τῆς ἑσπέρας μέρη διασπαρέντας. οἱ μὲν γὰρ τοὺς τεκόντας, οἱ δὲ τὰ τέκνα, καὶ ἕτεροι τὰς γυναῖκας ἐλάμβανον. καὶ οὓς ἡ φύσις ἥνωσεν, ἡ συμφορὰ διεμέριστο.

ιη'. Ταύτῃ τῶν καθ' ἡμᾶς, ὡς μὴ ὤφελε συμβεβη-
D κότων, καὶ τοιόνδε παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ Βαρδαρίου πέρας εἰληφότων, ὁ Μουράτης ἐντεῦθεν διχῇ τὴν στρατιὰν διελὼν, τὸ μὲν αὐτῆς ἐπὶ τὰ τῶν Ἰωαννίνων ἐξέπεμψε μέρη. αὐτὸς δὲ μετὰ θατέρου μέρους ἐπ' ἄλλους ἀπῄει καταστρέψων ἠπείρους, καὶ ὑπ' αὐτῷ ποιησόμενος. Πρότερον δὲ διὰ πάσης τῆς ὑπ' αὐτὸν κήρυκας ἐπεπόμφει, τοὺς πρὸ μακρῶν ἐτῶν, καὶ τῷ συγκλεισμῷ τὴν Θεσσαλονίκην ἀπολιπόντας, καὶ μετοικήσαντας ἀλλαχοῦ πρὸς αὐτὴν, ἵν' ἐπανελθεῖν ποθοῦσι τῷ τάχει καταναγκάσωσι, καὶ τὰ οἰκεῖα πάλιν ὡς τὸ πρότερον ἀπολαβεῖν. Σκοπὸς γὰρ αὐτῷ πάνυ τοι καλὸς, καὶ πολλῶν ἄξιος τῶν ἐπαίνων εἰστήκει, τὴν πάλιν καὶ αὖθις τοῖς οἰκήτορσιν ἀποδεδωκέναι, καὶ πλήρη καθάπερ καὶ τὸ πρὶν ἀποκατα-
E στῆσαι. Καὶ ἦν ἂν τοῦτο μετ' οὐ πολὺ εἰ μὴ τὰ ἡμέτερα πρὸς Θεὸν, κώλυμα γέγονε πταίσματα. Τόθεν γὰρ τοῦ συστῆναι τὴν πόλιν φιλανθρώπου γνώμης τυχὼν ἐβούλετο πᾶσι τὸ ἐλευθερίας χαρίσασθαι, καὶ δοῦναι τούτοις, ὡς πρώην, αὐτὴν, καὶ τὰς αὐτῶν οἰκίας, ὡς πρὶν μετὰ πάσης ἀδείας κεκτῆσθαι, καὶ εἶναι πρώην ἀκίνητον ἕτερον. Τῷ τοι, καὶ πρὸς τοὺς ἀμφ' αὐτὸν φασί τινες ἐπομνύμενοι λογάδας εἰπεῖν, ὡς, Ἀδηνοι ἂν

σιν, μετὰ τὸ προσόντων τοῖς κρατηθεῖσιν, καὶ τούτους ὅλους δεσμίους, καὶ τῆς ὑπηρκαμένης ἀπαγαγεῖν. Ἐλευθερώσωμεν οὖν αὐτούς, εἰ δοκεῖ, ἢ λαβόντες λύτρον ἀντ᾽ αὐτοὺς, ἢ τοῦτο παρεχόμενοι ἡμεῖς. Τῶν δ᾽ ἀκηκοότων, τοὺς μὲν ἄλλους ἐπαινέσαι γε τὸν λόγον, καὶ παρακαλέσαι πρὸς τοῦτο. ἕνα δὲ τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἐξέχοντα, μὴ μόνον οὐκ ἀποδέξασθαι τὸ ῥηθὲν διὰ τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐδύνατο λόγοις κωλῦσαι τὸ βούλημα, καὶ πιθανὸν ὀφθῆναι διὰ τὸ ὑπερέχον. Ην δὲ καὶ τοῦτο πάντως τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας καρπός, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, καθάπερ καὶ τ᾽ ἄλλα ὅσα συμβέβηκεν. Εἰ καὶ ἴσως τινὲς τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἀνεῳγμένοις δεχόμενοι τοῖς ὠσί, μὴ δ᾽ ἑαυτοὺς αἰτίους, τὰς θείας παρὰ φαῦλον ἐντολὰς τιθεμένους ἀνθρώποις τὰς τῶν συμβαινόντων αἰτίας λογίζονται. Ἐγὼ δὲ τὸ πᾶν τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως παιδείας διὰ τὴν ἐμὴν ἐπανόρθωσιν. Πᾶσαι γὰρ αἱ πανωλέθριοι φθοραί, ὡς αἱ θεῖαι ἐξηγοῦνται, καὶ ἀποφαίνονται βίβλοι, εἰς τὸ τῶν ὑπολειπομένων σωφρονισμὸν γίνονται. τὴν πάνδημον πονηρίαν δημοσίαις μάστιξι τοῦ Θεοῦ σωφρονίζοντος. Πάντων οὖν ὡς εἶπον τῶν τῆς πόλεως ἑαυτοῖς διανενεμημένων, ὁ Μουράτης τὴν πόλιν ἀνθρώπων ἐρήμην ἰδιοποιήσατο μόνην, πάσας οἰκίας ἔχειν τοὺς ἀρχῆθεν αὐτῶν κυρίους προστάξας ἐλευθερίας τετυχηκότας, καὶ πᾶσαν ἄλλην ἀκίνητον κτῆσιν. τοῦτο μόνον προσθεὶς αὐτὸς τὴν κακίαν τοῖς κακοῖς γενομένοις, ὅτι τοὺς δὲ τοὺς ἱεροὺς οἴκους παρεσπάσατο, τόν τ᾽ ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως ναὸν τῆς ἀχειροποιήτου παρθένου καὶ Θεοτόκου, καὶ τὴν εἰς ὄνομα πάλαι τιμωμένην, τοῦ τιμίου Προδρόμου μονὴν ἱεράν. τὸν μέν, ὡς σύμβολον νίκης καὶ τῆς γεγενημένης ἁλώσεως, τὴν δ᾽ ὡς καὶ πρὸ χρόνων παρὰ τῶν Τούρκων ληφθεῖσαν, καὶ εἰς συναγωγὰς αὐτῶν τούτους μετήμειψε. Καὶ ὅτι περιφανὲς κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν βαλανεῖον ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνεγείρας μαρμάρους χιλίας ἐξ αὐτοῦ ἔπεμψε καὶ κομίσαι πρὸς τὴν ἐδάφους οἰκοδομίαν αὐτόθι ναῶν ἱερῶν καὶ μονῶν, ταύτας παρὰ τῶν πεμφθέντων ἀφειδῶς ἐκβληθείσας.

ιθ᾽. Ἀλλ᾽ ἀπῆλθον μὲν οἱ κήρυκες κατὰ πολλὰ τὰ ὑπ᾽ αὐτῷ μέρη, ὡς διειλήφαμεν, καὶ τοὺς ἐξεστηκότας ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἐν αὐτῇ εἰσηνέγκασιν ἐπανέρχεσθαι αὐτοὺς πρὸ χρόνων μόνον ταύτης ἀπάραντας ἐκ τῆς τῶν δεινῶν συνοχῆς. Ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν αἰχμαλώτων γεγονημένων τῆς ἐλευθερίας ἀξιουμένους ἠλευθέρωνται. καὶ γὰρ ἱκανοὶ πολλῶν θεοφιλῶν ὑπὲρ ἀναρρύσεως ἡμῶν προθύμως κεκινημένων, καὶ μάλιστα τοῦ τῶν Σέρβων ἄρχοντος, ᾧ τῶν ἄλλων αὐτοῦ πλεονεκτημάτων ἐξαίρετον ἡ πρὸς τοὺς δεομένους ἐστὶν εὐποιΐα ἑκάστοτε. χρυσίον καὶ γὰρ αὐτὸς τισίν, οἷς ἐθάῤῥει χειρίσας ἐπ᾽ ἐλευθερίᾳ τῶν αἰχμαλώτων, τοῦτο δοθῆναι παρεκελεύσατο. καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης ἐγένετο. ἐπρίαντο γὰρ τῷ χρυσίῳ οἱ πρὸς αὐτὸ τεταγμένοι πολλούς, οἳ δὲ καὶ ἐπανιόντες ἐπὶ τὴν πόλιν, ὡς εἰκάζειν ἔχομεν, μέχρι τοῦ νῦν εἰσί, μετὰ τῶν ἀπ᾽ ἄλλων τόπων ἐληλυθότων ὡσεὶ χίλιοι· Εἰ δὲ καὶ συναριθμεῖν τις ἐθέλοι, καὶ τοὺς τὴν πόλιν οἰκήσαντας Τούρκους, ὅσον ἂν ὡσεὶ δισχίλιοι. Διενοούμεθα δὲ τὴν πόλιν καὶ αὖθις τὴν πρὶν αὐτῆς εὐκοσμίαν ἀναλαβεῖν, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ἀνθῆσαι, καὶ πλατυνθῆναι ὡς πρότερον. καὶ γέγονεν ἂν ἴσως, εἰ μὴ καὶ πάλιν τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων σφαλμάτων ἐμποδὼν ἐ-

omni ſecuritate, & quidquid aliud erat in immobilibus, in animo habuit. Quapropter primaribus ſuis, quidam etiam ſacramenta ſerunt, dixiſſe: Injuſtum eſt, cum rebus debellatorum, debellatos quoque in vincula conjici, & patria alio abductos ſpoliari; libertatem itaque illis ſtabiliamus, ſi ita videtur, aut ſine pretio illos accipientes, aut illud nos erogantes. auditorum alios ſententiam laudaſſe, adhortatos, ut faceret; ſed unum ex ducibus, qui dignitate cæteros antecellebat, non tantum non approbaſſe verba de libertate, ſed &, quibus poterat rationibus, conſilium Principis impediviſſe; & veroſimilia dicere, quod alios anteiret, viſus eſt. Erat plane & hoc quoque meorum ſcelerum fructus, ut ipſa mihi ſuadeo, quemadmodum & quæ evenere reliqua; licet nonnulli, ſermonem hunc haud patentibus auribus arripientes, neque ſemetipſos cauſam fuiſſe judicantes, divinis præceptis neglectis, hominibus eventuum cauſas aſcribunt. ego autem, quidquid id fuerit, divinæ punitioni propter meam correctionem tribuo. omnes etenim clades pene exitiabiles, ut divinæ literæ tradunt docentque, ad frugem correctionis ſunt, commune ſcelus communibus calamitatibus Deo puniente. Rebus itaque civitatis, ut dixi, inter ſe diviſis, Murates urbem, hominibus nudam, ſolummodo ſibi vendicans, omnes domos prioribus dominis liberis factis, & alia omnia immobilia, tradi jubet; hæc tantum male tum factis ſuperaddens, dum ſacras ædes occupat, tum magnum Virginis & Deiparæ, manibus non factæ, templum, in media civitate poſitum; tum ſub nomine ab antiquo tempore venerandi Præcurſoris ſacrum & in veneratione habitum Monaſterium, illud in victoriæ ſignum illatique excidii, hoc, quod aliquot ante annos a Turcis captum fuerat: & hæc in congregationes & Synagogas ſuas commutavit: nec non illuſtre Adrianopoli balneum a fundamentis extruens, mille marmora eripi, addicique ad balnei ſtratum ex hac urbe mandaverit, quæ a ſacris templis & Monaſteriis per curatores extracta ſunt.

XIX. Porro abiere præcones ad multa illius ditionis loca, ut dictum eſt, & quos repperere Theſſalonicenſes, qui ante nonnullos annos, rerum anguſtiis preſſi, ex ea ceſſerant, etiam vi reduces fecere, captivos item quoquomodo in libertatem vindicatos. Namque quamplurimi piorum hominum, infortunii commiſeratione devictorum, liberalitate, & potiſſimum ſervorum Principis, cui præ aliis, quibus cæteros ſuperat, virtutibus, præcipuum eſt in egenos beneficentia, redempti fuerant. Is enim aurum, fidis amicis contraditum, pro libertate captivorum impendi mandaverat: neque conſilio fruſtratus eſt; eo ſiquidem auro multos ab eo miſſi redemerunt; qui reverſi in patriam, ut conjicimus, ad hoc tempus cum aliis, qui ex diverſis locis huc accurrere, ſunt numero mille. & ſi quis ſimul Turcas, hujuſce urbis habitatores, numeraverit, erunt fere bis mille. Opinabamur vero, urbem rurſus priſtinum decorem recepturam, & pietatem novis floribus emerſuram, &, ut antea, longe lateque divagaturam. & forte effectum habuiſſet,

ni rurſus meorum delictorum copia obſtitiſſet, datuſque eſſet locus improbitati. ex quo enim civitas captivitate preſſa fuerat, & Murates omnia, & ædificia & poſſeſſiones & ſacra templa & monaſteria & eorum redditus, nobis revertentibus quoquo modo liberis factis, magnifice & ſcripto & ſermone elargitus eſt, & locis ex omnibus advenientibus libertatem palam edixit, & ſuas domus & quæcumque immobilia omnes recuperarunt, & ordo omnis & gens univerſa civitatis ſecundo augeri renovarique haud improſpere cœpere, & Paſtor urbis creatus, & Eccleſia conſtitit ſuis inſtitutis conſpicua, & monachi Monaſteria tenuerunt, & ſtudioſe admodum eorum augmentis inhiabant, omneſque ſpe lactabamur bona, & ut breviter me expediam, propter excidium nobis malorum illatorum memoria amiſſa, gaudebamus pro iis, quæ nobis inſperato obtigerant, & priſtinam felicitatem tranquillitatemque conſecuturam urbem ſperabamus, tum ex nobis, ut proverbio fertur, lorum ſumptum eſt, &, quæ expectabantur bona, in contrarium reciderunt.

XX. Nam Theſſalonicam repetens Murates, (ſecundus tum currebat vel tertius poſt excidium annus,) ut eam inviſeret, accuratiuſque res illius addiſceret, & bonis illius frueretur, & muneribus munificis contenderet cum ſuo progenitore, illiuſque veſtigiis inſiſteret, qui Theſſalonica potitus gratias innumeras largitioneſque maximas fecit: hac, inquam, fretus mente, illiuſque exequendæ cauſa veniens, poſtmodum malis aliorum monitionibus diſtractus, conſilium priſtinamque ſententiam mutat; & quæ, quo capti ſumus tempore, non peregit, eo temporis perficere conſtituit. Igitur, licet ille diceret. ideo ſe veniſſe ut urbem & ſingula illius circumſpiceret, otioque & laboris remiſſione uteretur, boniſque illius ad ſaturitatem luxuriaretur, ſicque non minus in eam benevole affectus, meliora ſperanda nobis in poſterum relinqueret; nihilominus primum mandatum dedit, quod nec per ſomnium quidem quiſpiam expectaſſet. id autem erat: Monaſteria omnia templaque occupanda, eorum reditus omnes poſſeſſioneſque auferendas, & in anguſtum oppido res noſtras cogendas. Quod non multo poſt factum eſt ab illis inſigniter. Poſtea omnes domus, & quidquid aliud præterea in civitate erat, ſanxit, deſcribi, & ſeparatim præſentium, ſeparatim abſentium, cenſeri. Novum enim conſilii genus excogitaverat, aut ab aliis excogitatum ipſe probaverat; præſentium facultates relinquendas iis in quorum dominio erant; licet neque hoc integre obſervatum eſt; abſentium, ſive illi in vivis agerent, ſive ex eorum numero exturbati mortem oppetiiſſent, partim reſervandas poſtmodum futuris, partim Turcis, vel eam inhabitare coactis, dedendas, quod item factum eſt. Poſtquam vero univerſa urbis diligenter admodum deſcripta ſunt nonnullis ex noſtris ſuam operam præſtantibus, qui mente improbiſſima & plane invida conceptum fovebant; numerata ſunt accurate nimis atque conſiderate, & duas in partes, ut mandatum fuerat, diviſa, tum Monaſteria, magnitudine & decore illuſtriora; ſimi-

γεγόνει, καὶ ἡ κακία μὴ χώραν εἶχεν. Ἐξ οὗ γὰρ ἡ πόλις δεδούλωτο, καὶ ὁ Μουράτης πάντα τε κτίσματα, καὶ κτήματα, καὶ ναοὺς ἱερούς, καὶ μονάς, καὶ τὰς τῶν προσόδων αὐτῶν ἀφορμάς, ἐπανιοῦσιν ἡμῖν τοῖς ὁπωσδήποτε τῆς δουλείας ἀπαλλαγεῖσι φιλοτίμως τε γράμμασι, καὶ λόγοις δεδώρητο, πανταχοῦ τε τοῖς ἀφικνουμένοις ἐλευθερίαν ἐκήρυξε, καὶ τὰς αὐτῶν οἰκίας, καὶ ὅσα ἀκίνητα πάντες ἀνέλαβον, καὶ τάξις πᾶσα, καὶ ἅπαν ἔθνος τῆς πόλεως πρὸς δευτέραν αὔξησιν καὶ ἀνακαινισμὸν προβαίνειν ἀπήρξαντο. ποιμὴν τε τῇ πόλει ἐχειροτονήθη, καὶ ἐκκλησία συνέστη, καὶ τὴν προτέραν ταύτης τάξιν ἀπείληφε, μοναχοί τε τῶν μονῶν ἐπελάβοντο, καὶ μετὰ σπουδῆς ἐποιοῦντο τὴν τούτων ἐπίδοσιν, καὶ πάντες ἐλπίσι χρησταῖς ἐτρεφόμεθα, καὶ συντόμως εἰπεῖν τῶν ἐκ τῆς ἁλώσεως ἡμῖν ἐπιόντων κακῶν τὴν μνήμην ἀπεβαλόμεθα, τε χαίροντες ἦμεν, ἐφ᾽ οἷς ἀδοκήτως ἐτύχομεν, τε τὴν προτέραν ἀπολαβεῖν τὴν πόλιν εὐετηρίαν ἠλπίζομεν, τὸ ἐξ ἡμῶν, ἡ παροιμία φησίν, ὁ ἱμὰς ἐξετέτμητο, καὶ εἰς τοὐναντίον τὰ τῶν ἐλπίδων περιετράπησαν.

κ'. Καὶ δὴ τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐπιδεδημηκὼς ὁ Μουράτης, δεύτερον οἶμαι τηνικαῦτα διέτρεχεν ἔτος μετὰ τὴν ἅλωσιν, ἢ τρίτον, ἐφ᾽ ᾧ ταύτην ἰδεῖν καὶ ἀκριβέστερον τὰ κατ᾽ αὐτὴν ἱστορῆσαι, καὶ τῶν ἀπ᾽ αὐτῆς καλῶν ἀπολελαυκέναι, καὶ δωρεαῖς μεγάλαις ἀντιφιλοτιμήσασθαι, τὸν ἐκείνου τε τῷ φιλοτίμῳ τῆς γνώμης μιμήσασθαι πρόγονον, Θεσσαλονίκης κἀκεῖνον κρατήσαντα, καὶ χάρισι ταύτην πολλαῖς ἀμειψάμενον. Οὕτως οὖν γνώμης ἔχων, καὶ μετὰ τοιαύτης ἐλθών, ὕστερον μὴ οὐκ ἀγαθαῖς ὑπαχθεὶς συμβουλίαις μεταβουλεύεταί τε, καὶ τὴν προτέραν μετατίθησι γνώμην. Καὶ ἃ καθ᾽ ὃν ἑαλώκαμεν χρόνον οὐ πέπραχε, κατ᾽ ἐκεῖνο δὴ τοῦ καιροῦ παρώρμητο διαπράξασθαι. Καὶ γοῦν ὡς τὴν πόλιν, καὶ τὰ καθ᾽ ἕκαστον ταύτης θεάσαιτο, καὶ πάσης ἐν ταύτῃ ῥᾳστώνης ἐναπολαύσειε, ὡς τῶν αὐτῇ προσόντων καλῶν εἰς κόρον κατατρυφήσειε, ἀγαπητικῶς τε οὐχ ἥκιστα ταύτῃ διατεθείη, καὶ πᾶσιν ἡμῖν θαρρεῖν δέοι περὶ ἡμῶν τὰ βελτίω. Πρῶτον μὲν ψῆφον ἐξενήνοχεν, ἣν οὐδ᾽ ἐν ὀνείροις ἰδών, οὐδείς ποτε προσεδόκησεν ἄν. Δεῖν γὰρ πάσας μὲν ληφθῆναι μονάς, καὶ ναούς, πάσας δὲ προσόδους αὐτῶν καὶ τὰ κτήματ᾽ ἀφαιρεθῆναι, καὶ εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ ἡμέτερα καταστῆσαι. ὃ καὶ εἰς πέρας ἐκβεβήκει οὐ μετ᾽ οὐ πολύ. Ἔπειτα δὲ καὶ καταγραφῆναι πάσας οἰκίας, καὶ εἴ τι προσῆν ἕτερον τῇ πόλει προστάττει, καὶ χωρὶς μὲν τὰ τῶν παρόντων, χωρὶς δὲ τὰ τῶν ἀπόντων ἀριθμηθῆναι. Βουλὴν γὰρ ἐννενόηκεν, ἢ ἐδέξατο τὰς μὲν τῶν παρόντων καταλιπεῖν ἔχειν, τοὺς τούτων δεσπόσαντας, εἰ καὶ μὴ καθαρῶς οὕτως ἐξέβη. τὰ δέ γε τῶν ἀπόντων, ζώντων καὶ τεθνηκότων, τὰ μὲν τηρεῖσθαι, τοῖς εἰσέπειτ᾽ ἐλευσομένοις, τὰ δὲ Τούρκοις δοθῆναι τοῖς εἰρημένοις, ἢ βιασθεῖσιν ἐνοικῆσαι τῇ πόλει, καθάπερ καὶ γέγονεν. Ἐπεὶ δὲ κατεγράφησαν μὲν μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιμελείας ἅπαντα τὰ τῆς πόλεως, ἐνίων ἐκ τῶν ἡμετέρων πρὸς τοῦτ᾽ ἐπιτηδείων ὀφθέντων, οἳ καὶ τοῦτ᾽ ὤδινον ἐκ σκαιοτάτης οἶμαι γνώμης τε φθονερᾶς, ἠρίθμηντο δὲ μετὰ πολλῆς ἀκριβείας καὶ διασκέψεως, καὶ διχῇ κατὰ τὸ ἐπίταγμα διῃρέθησαν, τότε δὴ τὰς μὲν τῶν μονῶν, ὅσαι δὲ μείζους καὶ πρὸς κάλλος φαιδρότεραι τοῖς οἰκείοις αὐτοῦ, καὶ οὖσιν ἐν ἀξιώμασιν ἐδωρήσατο. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν

A καὶ τῶν πινιῶν, ὅσαι δὲ καλλίους ἦσαν τῶν ἄλλων, εἴς τε κάλλος καὶ μέγεθος. μόνους ἡμῖν τοὺς τέσσαρας ναοὺς, οἳ καὶ Καθολικοὶ λέγονται, καταλελοιπὼς, πολλὴν τὴν σπουδὴν ὑπὲρ τούτων τοῦ ποιμένος εἰσενηνοχότος. τὰς δ᾽ ἔγε λοιπὰς ἁπάσας οἰκίας, καὶ τοὺς ναοὺς σχεδὸν πάντας διεμερίσατο, τοῖς τ᾽ ἀπ᾽ ἄλλων τόπων ἐθελήσασιν ἴσως, τὴν πόλιν, ἀνθ᾽ ἧς ᾤκουν ἑλέσθαι παραχωρηθῆναι, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν Γενιτζῶν ἀναστᾶσι Τούρκοις. Τόπος δ᾽ οὗτος ἐστὶ πεδιὰς ὅλος ἡμέρας ὁδὸν, ἀπὸ τοῦ κατὰ δύσιν μέρους ἀπέχων τῆς πόλεως, ὅ τε τῇ τούτου ἐπιτηδειότητι, ὅ τε σπουδῇ τούτου τοῦ ἀρχῆθεν ἐκλεξαμένου πρὸς οἴκησιν, πολλοὺς ἐσχηκὼς οἰκήτορας Τούρκους. Ον δὲ τόπον οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐπὶ θέαν καὶ ζώων ἀγρίων θήραν ὁ Μουράτης ἐκεῖσε, B καθ᾽ ὃν καιρὸν ἐνεδήμει τῇ πόλει, γενόμενος σχεδὸν τῶν ἐνοικούντων καθίστησιν ἔρημον· ἀπανίστασθαι τούτους τὸ τάχος κελεύσας, καὶ μετοικεῖν εἰς Θεσσαλονίκην. Ὁ δὲ πρόσταγμα καὶ μετὰ σπουδῆς οἱ πρὸς αὐτὸ τεταγμένοι πεπληρωκότες ἐφάνησαν, μηδὲν μελλήσαντες, μετὰ τὴν τούτου ἀποδημίαν, πάντας δὲ τοὺς αὐτόθι Τούρκους ἐκεῖσε γενόμενοι, καὶ βίᾳ, μᾶλλον ἢ πειθοῖ εἰς Θεσσαλονίκην ἀγηοχότες, καὶ οἰκίας ἑτέρας ἀνθ᾽ ὧν εἶχον παρεσχηκότες κατὰ τὸ πρόσταγμα. Ἄμφω γοῦν, οἶμαι, ταῦθ᾽ ὁ Μουράτης ἐσκέψατο, καὶ ταῦθ᾽ οὕτω γενέσθαι προσέταξεν. ἵν᾽ ἀσφάλειαν ἡ πόλις ἔχῃ, καὶ φυλακὴν ἀκριβεστέραν ἐκ τούτου, παράλιος οὖσα, καὶ διὰ τοῦτο δεομένη πολλῶν ἐνοικούντων, καὶ ἵνα τὴν ἀγορὰν πληθοῦ- C σαν ἔχουσα, τῶν ὠνίων ἁπάντων εἰς αὐτὴν εἰσκομιζομένων πάντας ὕλην παρ᾽ ἑαυτῇ πραγματειῶν καὶ συναλλαγμάτων ἁπάντων μεταδιδοῦσα τοῖς χρῄζουσι, καὶ ἑαυτὴν ῥᾳδίως πλουτίζουσα.

κα΄. Τούτων οὖν οὕτω προβάντων, καὶ τῶν Τούρκων εἰς χιλίους ἀριθμουμένων τὴν πόλιν κατειληφότων, καὶ πάντων οἰκίας, καὶ ναοὺς ἀντὶ οἰκιῶν ὠλεφότων, καὶ ἀναμὶξ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν λαχόντων τὴν οἴκησιν, ἡ πόλις ὥσπερ τινὰ πενθήρη χιτῶνα τὴν ἀκοσμίαν περιεβάλετο, τῆς ἀπρεπείας, ἧς ἂν ἔτυχε τῆς κακῆς συμβουλῆς μὴ χώραν εὑρούσης ἀφῃρημένη, καὶ τὸν ςαλισμὸν, ὃν οὐκ εἰς μακρὰν ἔσχεν ἂν δυστυχῶς ἄγαν ἀποβαλοῦσα, καὶ στένουσα οἷον μετ᾽ οἰμωγῆς, ὅτι μὴ σεισμὸς ταύτην συνέ- D χωσεν, ἢ πῦρ παρανάλωσεν, ἢ ὕδωρ ἀναδοθὲν, ἢ νεφελόθεν ῥαγὲν συνεκάλυψε, καὶ κατέκλυσε. τοῦτο γὰρ ἀνεκτότερον. Ἐπεί τοιγε βέλτιον, τῆς τοιαύτης ὁρᾶσθαι, τὸ μηδ᾽ ὅπως οὖν ἐπὶ γῆς ἑστάναι. Οἱ μὲν οὖν τῶν ἱερῶν οἴκων εἰς κοινὰ καταγώγια μετειλήφθησαν, ὥσπερ εἰρήκειμεν, καὶ τὸ προφητικὸν εἰπεῖν, ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ τὰ θυσιαστήρια τοῦ Θεοῦ καταβέβληντο. Οἱ δὲ λείψανα μόνον τοῦ πρώην κάλλους αὐτῶν καὶ τῆς θέσεως ἀποσώζουσιν. ἔνιοι δὲ καὶ μᾶλλον οἱ πλείους καταπεπτώκασι τέλεον, ὡς μηδέ που ποτ᾽ ἦσαν γνωρίζεσθαι. Διηρπάγησαν γὰρ αἱ τούτων ὗλαι, καὶ κτίσμασιν ἄλλοις προσετέθησαν καινοτέροις, καὶ μάλιστά γε τῷ νῦν ἐπὶ μέσοις τῆς πόλεως ἱδρυμένῳ καὶ κοινῷ βαλανείῳ, καὶ μονονουχὶ τῶν γε- E ραιοτέρων ἔξεστιν ἀκούειν ἀνδρῶν, ὡς ὧδε μὲν ἦν ὁ ναὸς ὁ δεῖνα, ἐκεῖ δὲ ὁ δεῖνα, καὶ ὅσα προσῆν ἑκάστῳ καὶ κάλλη καὶ χάριτες. καὶ τοῦτο μὲν οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ναοί. Μοναὶ δ᾽, ἃς πρότερον φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν, ἀφορμὴ τοῖς ὁρῶσιν ἵστανται πένθους, μὴ ὅτιγε Μοναχῶν ἔρημοι καταστᾶσαι κακῶς ἐξελαθέντων, καὶ πρὸς ἑτέρας πόλεις μετοικισάντων, ἀλλὰ καὶ προσαφῃρημέναι τὴν

A liter & ædes, quæ aliis pulchritudine ornatuque ſuperabant, ſuis familiaribus & dignitate conſtitutis attribuit; tantum nobis quatuor templis, *Catholicis* dictis, id enixiſſime Paſtore procurante, conceſſis, reliquas vero omnes ædes, templaque fere omnia, qui ab aliis locis ſtatim ſibi in ea collocaſſent, ſuæque patriæ propoſuiſſent, & Turcis, qui a Genitzis moti fuerant, tradi decrevit. Genitzæ locus eſt, æquata agri planitie quaqua verſum expanſus, diei itinere ab occidentali urbis plaga diſtans, ſive ſui habilitate, ſive illius, qui primum in habitationem ſibi locum elegerat, induſtria, Turcarum accolarum frequentia inſtructus; quem, neſcio qua de cauſa, animi recreandi ferarumque im- B manſuetarum capiendarum gratia, Murates, cum in civitatem progrederetur, viſens, fere habitatoribus ſpoliavit, ſolum eos vertere, qua poſſent celeritate, jubens, & ſedem Theſſalonicæ ponere: juſſum diligenter curatores, nulla interpoſita mora, executi ſunt, poſtquam ille abſceſſerat, omneſque ibi Turcas inhabitare ſuo adventu coactos potius quam ſuaſos, Theſſalonicam adveaere, & domus alias, loco earum quas illi poſſederant, ut mandatum fuerat, dediderunt. Ambo hæc itaque, ut opinor, Murates meditatus eſt, & ita fieri juſſit; tum ut ſecuritate & cuſtodia magis fida urbem communiret maritimam, ideoque multis egentem habi- C tatoribus; tum ut foro, omnium rerum abundantia circumfluenti, venalibus undequaque convectis, omnes urbs ad ſe traheret, & mercaturis commerciiſque diverſas nationes indigentes commiſcens, ea facili ipſa collocupletata diteſceret.

XXI. His itaque hoc modo digeſtis, cum Turcæ mille numero civitatem occupaſſent, & omnium domos ac templa pro habitatione accepiſſent, nec non promiſcue per univerſam urbem ſedem locaſſent; civitas, veluti lugubri amictu, confuſione atque immunditia circumveſtita eſt; ſuo decore, quem utique conſecuta fuiſſet ſi malum conſilium locum non habuiſſet, ſpoliata; & or- D nata, quem non multo poſt poſſediſſet, orbata; & non ſine gemitu ſuſpirans, quod aut terræ motus non abſorbuerit, aut ignis non abſumpſerit, aut aqua, alicunde erumpens, vel a nubibus decidens, non cooperuerit & inundaverit: hoc enim tolerabilius fuiſſet, quando multo melius eſt, eam nuſquam exſtare, quam hoc modo viſui hominum objici. Sacra igitur templa in publica diverſoria immutata ſunt, ut prænarratum eſt, &, ut cum Propheta loquar, *in ſecuri & aſcia* Dei propitiatoria *disjecta ſunt*: namque alia prioris ſui decoris & ſitus tantummodo reliquias proferunt; aliæ, quin immo major eorum pars, prorſus conciderunt, ut nec, ubi aliquando ſteterint, agnoſcatur. Direpta E ſiquidem eorum materia, ſtructuris aliis recentioribus applicata eſt, & potiſſimum balneo, quod nunc media in urbe commoditati publicæ erectum conſpicitur; tantumque ab ætate provectioribus fas eſt audire: Hac in parte templum tale erat, ibi tale, & quæcunque ea exornabant, venuſtates & gratiæ. Et hoc quidem, per omnia civitatis loca, templa paſſa ſunt. Monaſteria, de qui-

P

bus antea noſtra oratio diſſeruerat, in maximum malum mœrorem intuentes abſtrahunt, non tantum viduata Monachis, turpiter ejectis, & ex patriis peregrinas in ſedes pulſis, ſed ſuo ſplendore ac pulchritudine ſpoliata: marmora ſiquidem eorum in ſolum disjecta, & materia reliqua, ad perfectionem atque ornatum antiquitus exaggerata, rapinæ volentium ceſſere, & nunc ſpectaculum, ſine ullo cultu fœdum ac deformatum, circumſpectantium animis lacrymas extorquent. Et multi ſane hanc civitatem, patriæ præpoſuiſſent: adeoque piis hominibus repleta, repleta Monachis, lætitia jubiloque Chriſtiano cœtui, non dedecentibus onuſta, in hilaritatem converſa, maximo gaudio frueretur; niſi adeo execranda ſententia lata fuiſſet. Et res quidem urbis ita ſe habuere. Nunc porro, qui, a longioribus oris illius, compotes fiendi deſiderio exardebant, eos ſui deſiderii, ſed & nos quoque in eam reditionis, pœnitet; cum ſpes melioris ſtatus penitus ſublata ſit. Suſque deque enim omnia facta ſunt, ut proverbio circumfertur; & urbs, veluti navis alto malorum mari oppreſſa, circumagitur, ventorum inſtar, quæ ſingulis diebus occurrunt, eam interturbantia, & nauſea vertigineque complentia, & vero potiri quiete non permittentia, vela licet pacis & tranquillitatis expanderit, ut ad portum bonorum appellat, & ancorarum ſecuritate firmetur, maneatque inconcuſſa. Dei igitur fuerit, & illius planæ gubernationis, rerum adveolentium tumidos fluctus ſedare, ad tranquillitatem dirigere, ſalutem elargiri, concedereque ut in poſterum puppim inhibeamus, & ſecunda navigatione, quod dicitur, utamur, omnibus in melius immutatis, at, quidquid fuerit civitati conducibile, deprecatore ſe pro nobis præbente noſtro Trophæali & Martyre, rurſuſque patriæ gubernacula ſuſcipiente, & adverſus tot calamitatum immodicos montes ſuam potentiam uſurpante; neque diu bonum differatur, Deo propitio oculo inſpectante, & ſuo more nobiſcum, qui in eum delinquimus, humaniter agente.

XXII. Et hæc hucuſque proceſſere: licet nos ex illis quædam ſponte, tempore id poſcente, & noſtra dicendi imbecillitate, ſilentio involverimus. Cumque tuum nos rogatum refringere non poſſemus & inobedientiæ notam incurrere; ut nobis licuit, præſenti nos narrationi dedidimus; hoc enim & in exordio promiſimus, nihil nos ultra propriam facultatem conaturos. Quare, ſi quid tuo deſiderio dignum, aut argumento compar, peregiſſe videbimur, tuum id fuerit, & tuarum pro nobis ſupplicationum: ſin rurſus res in omnibus infeliciter cecidit, (quod neceſſario futurum erat,) quidquid nobis delatum fuerit munuſculi, juſtum erit, te quoque participem fieri, qui nos, infantes atque imprudentes, ad opus hoc excitaſti; quod, aliquid eſſe nos, qui nihil ſumus ubicunque etiam contentioſe profitemur, exiſtimaſti. Ego vero gratiam rei referri mihi preceſque tuas enixiſſime exoro, quam maxime venerande Pater: mihi enim multorum ſcelerum conſcius, tuarum precum opem imploro, ut illa abluantur.

A διὰ πάντων λαμπρότητα. Αἵ τε γὰρ μάρμαροι τούτων ἐξηδαφίσθησαν, ἥ τ' ἄλλη ἅπασα ὕλη, ἡ πρὸς ἀπαρτισμὸν αὐτῶν ἀρχῆθεν συντεθειμένη καὶ κάλλος, εἰς διαρπαγὴν τοῖς βουλομένοις ἀνεῖτο. καὶ νῦν ἄκοσμόν τε θέαμα πᾶσιν ὁρῶνται, καὶ τὰς ἁπάντων ψυχὰς κινοῦσι πρὸς δάκρυα. Πολλοὶ μὲν ἂν εἵλοντ' ἂν ἀντὶ τῆς ἐνεγκαμένης τὴν πόλιν, καὶ πλήρης μὲν ἂν ἦν εὐσεβῶν ἤδη, πλήρης δὲ Μοναχῶν, γέμουσα δὲ θυμηδίας καὶ τέρψεως τῷ Χριστωνύμῳ πρεπούσης πληρώματι, εἰ μὴ τοιαύτη κατ' αὐτῆς ἀπόφασις ἀπευκταία ἐξήνεγκτο, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν οὕτω προὐχώρησε. Νυνὶ δὲ μὴ ὅτιγε πόθον, οἳ ταύτην ἐκ μακροῦ καταλαβεῖν εἶχον, μεταμέλον ἔχουσι τῆς προθυμίας, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν τῆς εἰς τὴν πόλιν ἐλεύσεως μεταμέλει, τῆς B ἐλπίδος σαφῶς διημαρτηκόσι. πάντα γὰρ ἄνω καὶ κάτω γεγόνασι τὸ τοῦ λόγου. καὶ ἡ πόλις, ὥσπερ τις ναῦς ἐν πελάγει περιχυθεῖσα κακῶν περιφέρεται, δίκην ἀνέμων τῶν καθ' ἑκάστην εἰπεῖν συμπιπτόντων, ταραττόντων αὐτήν, καὶ ναυτίας πολλῆς καὶ ἰλίγγου πληρούντων, καὶ καθαρᾶς εὐδίας ἐπιτυχεῖν οὐκ ἐώντων, οὐδὲ τὸ τῆς εἰρήνης καὶ εὐθυμίας ἱστίον πετάσασαν πρὸς λιμένα καλῶν ἐφθακέναι, στῆναί τε ἐπ' ἀγκυρῶν ἀσφαλείας, καὶ μένειν ἀσάλευτον. Θεοῦ δὲ ἄρα τοῦτο ἂν εἴη καὶ τῆς ἐκείνου σαφοῦς πηδαλιουχίας κατεπραῦναι μὲν τὰ τῶν ἐπερχομένων κορυφούμενα κύματα, ἰθῦναι δὲ πρὸς γαλήνην, καὶ σωτηρίαν χαρίσασθαι, καὶ δοῦναι πρύμναν κρούσασθαι τοῦ λοιποῦ, καὶ πλεῦσαι δεύτερον, ἥ φασι, πλοῦν, C μεταβεβλημένων ἁπάντων ἐπὶ τὸ βέλτιον, καὶ ὃ συνοίσει τῇ πόλει, μεσιτεύσαντος τοῦ ἡμεδαποῦ Τροπαιούχου καὶ Μάρτυρος, καὶ τῶν τῆς πατρίδος οἰάκων αὖθις εἴσω ἐπιλαβομένου, καὶ πρὸς τὴν τοσαύτην τῶν συμφορῶν θάλασσαν, τῇ ἑαυτοῦ χρησαμένου δυνάμει. Γένοιτο δὲ μὴ εἰς μακρὰν, ἵλεῳ τοῦ Θεοῦ ἐπιβλέψαντος ὄμματι, καὶ φιλανθρωπευσαμένου συνήθως, ἐφ' οἷς αὐτὸν παροργίζομεν.

κβ'. Ταῦτα ἐς δεῦρο παρηκολούθηκεν, εἰ καί τινα τούτων ἡμεῖς ἑκόντες διὰ τὸν καιρὸν, καὶ τὴν ἡμετέραν περὶ τὸ λέγειν ἀσθένειαν, παραλιπεῖν δέον ἐκρίναμεν. Καίπερ δ' οὖν οὐκ εἴχομεν τὴν σὴν ἀξίωσιν διακρούσασθαι, καὶ ἀνηκοΐας γραφὴν ἀπενέγκασθαι, καθὼς ἡμῖν ἐξῆν, D ἑαυτοὺς τῇ παρούσῃ δεδώκαμεν διηγήσει. τοῦτο γὰρ κἀν ταῖς ἀρχαῖς ὑπεσχόμεθα, μηδὲν πλέον τῆς ἡμετέρας δυνάμεως ἐπιδείξασθαι. Ὅθεν εἰ μὲν ἄξιόν τι τῆς τε σῆς ἐπιθυμίας καὶ τῆς ὑποθέσεως φανῶμεν ἐργάσασθαι, σὸν ἂν εἴη τοῦτο, καὶ τῶν σῶν ὑπὲρ ἡμῶν προσευχῶν. εἰ δ' αὖθις ἀτυχεῖς κατὰ πάντα δόξαιμεν, ὃ πᾶσα παθεῖν ἀνάγκη, ὁποῖά τις ἂν ἀμοιβὴ καὶ πάλιν ἡμῖν ἀντιδοθείη, δίκαιον ἂν εἴη καὶ σὲ ταύτης μετεσχηκέναι, ἡμᾶς ἀμαθεῖς ὄντας παρακαλέσαντα πρὸς ἔργον τοσοῦτον, διὰ τὸ ἡμᾶς εἶναί τι νομίσαι μηδὲν ὄντας, καὶ τοῦτο πανταχοῦ διατεινομένους. Ἐγὼ δ' εἰς ἀμοιβὴν τὰς σὰς λιτὰς ἀντιδοθῆναί μοι θερμὰς ἐξαιτοῦμαι, τιμιώτατε πάτερ. Πολλὰ γὰρ ἐμαυτῷ συνεγνωκὼς πταίσματα, τῆς ἀπὸ τῶν σῶν λιτῶν δέομαι βοηθείας εἰς τὴν τούτων ἀπόνιψιν.

JO. ANAGNOSTÆ

MONODIA

DE

EXCIDIO URBIS

THESSALONICENSIS.

P ij

Digitized by Google

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΝΑΓΝΩΣΤΟΥ

ΚΑΤΑ΄ ΔΥΝΑΜΙΝ

ΜΟΝΩΔΙ΄Α

ἐπὶ τῇ ἁλώσει

τῆς πόλεως Θεσσαλονίκης.

JOANNIS ANAGNOSTÆ

pro viribus acta

MONODIA,

De Excidio Urbis Theſſalonicenſis.

Eodem Leone Allatio interprete.

I.

QUis, ſciens caſibus eventibuſque rerum fatalibus planctus exæquare, digne Theſſalonicenſium urbem deploraverit? Urbs enim hæc, quantum reliquas alias felicitate, menſura non parva, ſuperavit, rebus in omnibus ſemetipſam conſpicuam ac deſideratiſſimam commonſtrans, tantum hoc ævi infeliciſſimo infortunio mactata, omnis generis lacrymarum argumentum proponitur. Quibus enim vel minimo tempore bonis illius perfrui conceſſum eſt, nihil de ea aliud occurrit, quam quæ deſperationem animo conciliant, & fontes lacrymarum ex oculis extorqueot. Namque & ſitu & pulchritudine multas, magnitudine & rerum abundantia multo plures civitates exſuperavit. Et quæ prius bonis omnibus affluebat, atque, ab omnibus decantatis, divitiis; nunc, (quod utinam avertiſſet Deus,) omnibus ſuis partibus jacet demortua, & peſſime pertracta. O quomodo illa, perinde atque magnes, omnes ad ſe trahebat, avellique ab ſe nullo modo permittebat? Sic enim eos detinebat, quos quacumque e regione advenientes donis excipiebat, vinculiſque amicitiæ indiſſolubilibus conſtringebat, ut præ ea patriam poſtponerent, & de reditu prorſus memoriam amitterent. Heu, heu. Veruntamen nunc non tantum advenas, quos, ut dixi, illius gratiarum participes fieri contigit, ſed etiam quos ipſa extulit, omni ſtudio fugam arripere, eamque veluti Charybdin alteram perhorreſcere & deteſtari coegit. O tempus, quænam repente parturis, & quaſnam rebus immutationes inducis; optime te, qui retro ubi te omnia converti conſpexere ſapientes, rotam nuncuparunt; omnia ſiquidem ſurſum deque agis ducisque. O urbs, antea vento ſecundo adnavigans, poſtmodum, dira tempeſtate coorta, peſſime contrita, repoſitis in te divitiis amiſſis atque deperditis. Nemo equidem tuorum unquam obliviſcetur libens, ni

α΄.

ΤΙς ἂν εἰδὼς πάθεσι θρήνοις ἐξισοῦν τὴν Θεσσαλονικέων ἀξίως πόλιν ὀδύροιτο; Πόλις γὰρ αὕτη τὰς ἄλλας ὅσον ἐν εὐτυχίᾳ πολλῷ τῷ μέτρῳ παρήνεγκε, πανταχόθεν αὐτὴν λαμπρὰν καὶ ποθεινὴν δεικνῦσα, τοσοῦτα νῦν ἀτυχέστατα πέπραγε, καὶ θρηνῳδίας ἁπάσης ὑπόθεσις πρόκειται. Οἷς γὰρ τῶν ἀπ' αὐτῆς καλῶν, καὶ μικρὸν γοῦν τινα χρόνον ἀπόνασθαι γέγονε, λέγειν οὐδὲν ἔπεισιν ἄλλο ταύτης γε πέρι, ἃ ψυχήν, ὅσαπερ ἐς ἀθυμίαν ἐμβάλλει, πηγάς τε δακρύων ἐξ ὀμμάτων προχεῖσθαι παρασκευάζει. Πολλὰς μὲν γὰρ κάλλει καὶ θέσει, πολλὰς δὲ μεγέθει, καὶ τῇ τῶν καλῶν ἀφθονίᾳ, μὴ δ' ὅσον εἰπεῖν ὑπερέβαλε πόλεις. Καὶ ἃ πρὶν μὲν ἑώρα τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ πλούτῳ τῷ θρυλλουμένῳ, νυνὶ δέ, ὡς μὴ ὤφελε, φροῦδα γεγόνασι πάντα, καὶ κακῶς ἀνεσκέδασο. Ὦ πῶς μαγνήτιδος τρόπον, εἰς ἑαυτὴν ἅπαντας εἷλκεν, ἀποστῆναί τε τινας, οὐδ' ἀποστῆν συνεχώρει, τοσούτῳ καὶ γὰρ κατεῖχεν, οὓς αὐτὴ πανταχόθεν ἀφικνουμένους ἐδέξατο, δεσμοῖς τ' ἀλύτοις φιλίας συνέδει, ὡς ἀντὶ τῆς ἐνεγκαμένης αὐτὴν πάντας αἱρεῖσθαι, καὶ μὴ δ' ἐπανόδου μεμνῆσθαι μηκέτι. Φεῦ. Ἀλλ' ἤδη μὴ τοὺς ἐξ ἀλλοδαπῆς μόνον, εἰς ὑπῆρξεν, ὡς ἔφην, τῶν αὐτῆς ἀπολελαυκέναι χαρίτων, ἀλλὰ καὶ οὓς ἤνεγκε, φεύγειν ὅλῃ παρεσκεύακε προθυμίᾳ, καὶ Χάρυβδιν ὥσπερ ἑτέραν δεδοικέναι καὶ τρέμειν. Ὦ χρόνε, οἷα τίκτεις ἐξαίφνης, καὶ μεταβολὰς οἵας ἐναπεργάζῃ τοῖς πράγμασι. Καλῶς σε πρὸς τὸ παλίντροπον ἀπιδόντες, τροχόν, οἱ τῶν σοφῶν ὀνομάζουσι γένος. Πάντα γὰρ ἄνω καὶ κάτω μετατίθης, καὶ περιφέρεις. Ὦ πόλις, ἡ πρὶν μέν, ὥσπερ ναῦς ἐξ οὐρίας πλέουσα, ἔπειτα δὲ καταιγίδος δεινῆς ἐγερθείσης, κακῶς συντριβεῖσα, καὶ τὸν ἐναποκείμενον πλοῦτον ἀποβαλοῦσα, καὶ ἀπολέσασα. Οὐδ' ἂν εἷς τῶν σῶν προσώπων ἀφίκοιτο ποτ' εἰς λήθην ἑκών, εἰ μὴ τῶν φρενῶν ἐξέστηκεν ὅλως. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ συνέσεως σοῦ μεμνημένος καθίσαμαι, καὶ τὸ προφητικὸν εἰπεῖν, σκότος λεπτὸν με καλύπτει, καὶ παραμυθίαν ζητῶ, πού-

τά μοι πάσχειν καὶ τοὺς ἄλλους εὑρίσκω. ὦ πῶς σου τὴν πρὶν εὐκοσμίαν ἀφῄρησαι, καὶ ἡ λαμπρότης ἀπέσβη, καὶ τοὺς ὁρῶντας κατηφεῖν ἀναγκάζεις. Συγκέχυται γάρ σοι κόσμος ὁ περικείμενος ἅπας, καὶ τὸ κάλλος, ᾧ σαυτὴν κοσμεῖν εἶχες ἐξαίφνης ἀπόλωλε. θέατρον γὰρ πρότερον μὲν εὔδαιμον ὤν, νυνὶ δὲ θέα πᾶσι γέγονας ἀπευκταία, καὶ τοὺς ἐνοικεῖν ἑλομένους σοι, καὶ ἄκοντας ἀπελαύνεις, ὁρᾷν σε μὴ φέροντας ἐν δυστυχίᾳ τοιαύτῃ. Οἳ γάρ σε τροφὸν οἴδασι καὶ μητέρα, τοῖς ἐπὶ μητρὶ κοπτομένοις ἀποιχομένῃ, τὰ παραπλήσια δρῶσι, καὶ κατηφείας σε πάντες ποιοῦνται διήγημα, ὦ παρόντες. Ἐγὼ μὲν καὶ τῶν ἄλλων, ὅταν εἰς μνήμην ἥκω τῆς πόλεως, πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων, καὶ ὧν λόγος οὐδεὶς ἐξαρκεῖ πρὸς διήγησιν, ἰλίγγου πληροῦμαι, καὶ ἐμαυτὸν ὑπ᾽ ἀθυμίας κατέχειν, οὐχ οἷός τε γίνομαι, ἡνίκα δ᾽ ἂν καὶ τὸν κάλλιστον ὃν ἀποβέβληκε κόσμον λογίσωμαι, ναούς, φημι, θείους, καὶ τὰ κατὰ πᾶν αὐτῆς μέρος σεμνῶν ἀνδρῶν καταγώγια, μικροῦ καὶ ἄφωνος τοῖς παροῦσιν ὁρῶμαι, καὶ μόλις ἐμαυτὸν ἀνακτῶμαι τοῦ πάθους. Ὀφθαλμῶν γὰρ εἰπεῖν, οὗτοι ἦσαν βολαί τε καὶ γλῆναι τῇ πόλει. καὶ νῦν κατακοιμηθεῖσαι, ζοφερὰν αὐτὴν ἀπειργάσαντο πάντῃ. Καὶ τί μὴ λέγω τὸ κρεῖττον, οὐρανῷ τε καὶ γῇ ταύτην εἰκάσειεν ἄν τις τὴν πόλιν εὐστόχως. τὸ μὲν γὰρ ἄνω τοὺς ἐν ἀρετῇ διαλάμποντας οἰκήτορας πρότερον ἔχον μέρος, οὐρανοῦ σώζει τὴν σχῆμα. τὸ κάτω δὲ καὶ πρὸς θάλατταν, γῆς. εἰ τις δ᾽ ἂν καὶ συνεκτικὰ εἴποι στύλους τῇ πόλει, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. ὢ πράγματος ξένου. Ἔνθα πόνοι τῆς ἀσκητικῆς τοῦ παντὸς ἐτιμῶντο παλαίστρας, νυνὶ θεοστυγῆ διαπράττεται. Καὶ Θεὸς ὑπερτίθεται τὴν ἐκδίκησιν; ὢ Θεοῦ ἀνοχῆς, πῶς τοιοῦτον ἠνέσχου; Βέλτιον ἂν ἦν, τὴν γῆν διαχῆναι καλύψαι, ἢ οὕτω ταῦτα μετασκευασθῆναι τὸν τρόπον. Κρεῖττον ἂν ἦν ἐνὶ τῆς γῆς ἀνατιναγμῷ ταυτὶ καταπεπτωκέναι, καὶ μὴ δὲ λείψανα γοῦν ἐναπολελεῖφθαι τῷ τόπῳ. Τότε γὰρ οὐ τοσοῦτο τὰς τῶν ὁρώντων ψυχὰς ἔδακνεν ἂν τὸ πάθος. Ἡμῖν μὲν καὶ τὸ εἰσιέναι ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου φοβερὸς εἶναι ἐδόκει, καὶ μόνοις ἦν εἰσιτητὸς τοῖς τεταγμένοις ἐν τούτῳ ψυχὴν καὶ σῶμα πρότερον σφίσι καθηραμένοις. τὰ νῦν δὲ τοῖς βδελυροῖς φεῦ ἀνεῖται, καὶ τῆς τοιαύτης οὐκ ἀπείργονται τόλμης. Καὶ οὔτε γῆ διΐσταται, καὶ τοὺς κατὰ Θεοῦ χωροῦντας χωννύει, οὐθ᾽ ἥλιος ἄνωθεν καταφλέγει, ἢ οὐρανὸς σφοδρὸν ὑετὸν καταπέμπει, καὶ καταδύει τ᾽ ἀνόμημα; Ὅπη νῦν καὶ αἰσθήσεων νῆψις, θείων λογίων ᾔδετο μέλη, καὶ συνᾴδοντες ἦσαν ἄνωθεν νόες, φωνῶν νῦν αἴρεται ἀσήμων κραυγή, καὶ τὸ δαιμόνων ἐφήδεται φῦλον, σιγώσας ὁρῶν παννύχων ᾠδῶν, ὑπηρέτιδας γλώττας. οἴμοι. Πῶς ἂν ἀδακρυτὶ τὴν τούτων μνήμην ἐνέγκοιμι. ἔνθα ζῶν αὐτὸς ὁ καθ᾽ ὑμᾶς, δι᾽ ἡμᾶς γενόμενος καθωρᾶτο, δῆμος τε συνεστέλλετο βλέπειν ἀγγέλων. ἔργα τοῖς ἀντιθέοις παρανομίας τολμᾶται. καὶ σκηπτοὶ οὐρανόθεν οὐ καταφέρονται; ὢ τόπων Θεῷ ἀφοσιωμένων. ἣν ἐπλουτεῖτε θείαν ἀφῄρησθε χάριν, καὶ τοῖς τολμηταῖς παρὰ φαῦλον λογίζεσθε. ὢ πῶς ὁ τῆς δυσμενείας ἡμῖν καιρὸς ἐπιθέσεως καὶ καταδρομῆς γέγονε, καὶ καταλειφθέντες, αἰσχύνη καὶ ὄνειδος γεγενήμεθα. Οἴχονται πανηγύρεις. οἴχονται θείων ἐκτυπωμάτων λαμπρότητες. ἀπόλωλε παρρησία. τὸ τῶν Μοναχῶν ἀπελήλαται τάγμα, καὶ πολιὰ Πρεσβυτέρων, καὶ Διακόνων σεμνότης, ἐν τοῖς

mente captus, abs te prorſus abiecit. Ego vero totus lacrymis conſpergor, dum tui recordor, & ut cum Propheta loquar, ſubtiles tenebræ me obtegunt, & conſolationem quærens, eadem & alios perpeti reperio. O quomodo tuo priſtino decore ſpoliata es, & ſplendor extinctus, & intuentes mœrore conficis. Ornatus enim omnis, qui te ambiebat, conturbatus eſt; & pulchritudo, qua te condecorabas, actutum abiit. Theatrum ſiquidem antea felix, nunc omnibus abominandum ſpectaculum reddita es; & eos, qui tuam habitationem elegerant, nolentes abigis, tanquam qui te in ſimili calamitate videre non ſuſtinent. Qui enim te altricem & matrem confitentur, perinde ſe gerunt atque illi qui matrem demortuam effetunt, & mœroris te narrationem omnes conſtituunt. O præſentes! ego equidem, & rerum aliarum urbis memoriam cum recolo, quæ multa ſunt & ingentia, & dicendi genus omne ſuperant; ſtatim vertigine opprimor, & me ipſum continere præ dolore nequeo. Sed, cum pulcherrimus, quem amiſit, ornatus menti occurrit, ædes, inquam, ſacræ, &, per omnia ſui loca, venerandorum hominum ſedes, tantum non mutus, vocis uſu amiſſo, adſtantibus videor, & vix me ex ea turbatione animi recolligo. Oculorum enim illa erant urbi, ut ita dicam, jactus atque pupillæ: at nunc obdormiſcentia obſcuram illam undequaque effecerunt. Et, quid præſtantiſſimum taceo? Cælo terræque urbem hanc neſcio quis apte aſſimilaverit. Namque pars illius ſuperior, quæ prius habitatores, in virtutibus præſtantes viros continebat, cæli; pars inferior, & mari adjacens, terræ figuram, præ ſe ferebat. Si quis vero & columnas urbem continentes adjiceret, næ is a vero non aberraverit. O rem peregrinam! Ubi labores exercitatoriæ palæſtræ ante omnia preferebantur, nunc Deo exoſa conficiuntur; & Deus ultionem rejicit in aliud tempus? O Dei tolerantiam? Quomodo ſimilia ſuſtinuiſti? Melius fuiſſet, hiatu terræ omnino abſorpta eſſe, quam in hunc modum commutata. Optabilius fuiſſet, uno terræ motu concidiſſe, ut ne reliquiæ quidem extarent. Tum etenim non tantundem animos intuentium ruina lancinaſſet. Nobis antea, & in ſancta ſanctorum ingreſſus terribilis reputabatur, nec, niſi qui illic inſerviebant, aditus in illa habebant, animo & corpore depurgati: nunc vero execrandis hiſce (væ miſero mihi,) patent, & ſimili audacia ſeſe non retrahunt. Et terra non fatiſcit, ac adverſus Deum ſimilia conantes non tegit; ſol deſuper non ſuccendit? cælum magna turbulentaque tempeſtate demiſſa ſcelus non mergit? Ubi, mentis ſenſuumque ſobrietate, divinorum eloquiorum mele concinebantur, unaque ſimul deſuper Intelligentiæ canebant, nunc vocum incomptarum fragor ſuſtollitur; & Dæmonum chorea ſubſultat, dum, cantinnom totam noctem pervigilantes adminiſtras linguas, taciturnas conſpicit. Væ mihi. Qua ratione, abſque lacrymis eorum memoriam repetam? Ubi vivens ipſe, qui ſicut nos, propter nos factus, conſpiciebatur, & Angelorum copiæ videre pertimeſcebant, illic ab impiis dira facinora perpetran-

ἀτίμοις λογίζονται. Ἆρ' οὐκ ἀβίωτος ὁ βίος ἡμῶν ἐστι, καὶ ἧττον τοῦ ζῆν τὸ θανεῖν ἐστι, πικραῖς οὕτω βαλλομένοις καθ' ἑκάστην ὀδύναις; ὅπηγε πάντες ἂν μοι συμφθέγξαιντο, οἱ πάσχειν ἐν τοῖς τοιούτοις πεφύκασιν. Ἠπόρησα οὖν πολλάκις κατ' ἐμαυτὸν ἀνθ' ὅτου ταῦτα, καὶ πῶς εἰς τοσοῦτον ἥκομεν κακοπραγίας οἱ πεπονθότες, καὶ εὗρον λύοντά μοι τὸν θεῖον λόγον τὴν ἀπορίαν. ἔσται, λέγοντα, ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, καὶ αἱ ἐπαύλεις ὑμῶν ἔρημοι, ὅτι ὑμεῖς ἐπορεύθητε πρὸς ἐμὲ πλάγιοι, κἀγὼ πορεύσομαι πρὸς ὑμᾶς ἐν θυμῷ πλαγίῳ, ἐνθένδε τοι καὶ τὸ πλείω λέγειν ἀφέμενος τὸ σιγῆσαι τετίμηκα. Θεὸν γὰρ ἐξιλεοῦν ἀσύγγνωστα πταίσαντας, καὶ μὴ μακρηγορεῖν κατ' ἐπίδειξιν χρή. Ἡμεῖς γὰρ τῶν φύντων αἴτιοι, καὶ τῶν ἐπιόντων, τοιαῦτα σπέρματα καταβεβληκότες. Πᾶν τοιγαροῦν εὐσεβείας ὅσον, καὶ δογμάτων ὀρθῶν τρόφιμον τῆς κατ' ἀρετὴν, ὧν ἠμεληκότες ἐφάνημεν ἔργων, αὖθις ἐπιλαβέσθαι σπουδὴν εἰσενέγκαντες, Θεοῦ τυχεῖν εὐμενοῦς, ἔργοις οἷς χαίρει, πᾶσι τρόποις ἀγωνισώμεθα, παλινῳδίαν, ὡς ἂν ἐντεῦθεν ᾄσωμεν χαρίστατα.

A tur; & fulmina de cælo non cadunt? O loca Deo consecrata! qua abundabatis, divina gratia ſpoliamini, & pi-pulo a temerariis differimini. Heu, quo modo proſperitatis tempus, aggreſſionis & incurſionis factum eſt, & nos, qui remanſimus, opprobrium & infamia! Abiere publici conventus & celebritates. Abiere divinarum effigierum ſplendores. Periit libertas, Monachorum cœtus ejectus eſt, Presbyterorum canities, & Diaconorum gravitas, omnium irriſione læduntur. An non vita injucunda & acerba, minuſque & nobis emori quam vivere, tot diris doloribus quotidie oppreſſis? Sane, idem atque ego, ſentient, qui compati in ſimilibus aſſolent. Sæpius itaque mecum ipſe addubi-
B tavi, qua de cauſa hæc nobis obvenere, & qua ratione in tanta mala incidimus; invenique, dubitationi meæ ſatis fieri a divino eloquio, *Erit*, dicente, *terra veſtra deſerta*, & *villæ veſtræ deſertæ*, *quoniam vos ambulaviſtis ad me obliqui*, & *ego ambulabo ad vos in iracundia obliqua*. Hinc plura dicendi finem faciens, ſilentium præfero. Namque, qui non ignoſcibilia deliquerunt, eos Deum ſibi propitium reddere, non prolixas contexere orationes in ſui oſtentationem, addecet. Nos enim eorum, quæ evenere, cauſa fuimus, (ut ille dixit, qui ſimilia ſemina projecimus. Quare, quidquid pietatis & rectorum dogmatum eſt, nos, qui ex virtute naſcentia opera neglecimus, rurſus omni ſtudio amplectentes, Deum nobis propitium reddere, quibus ille gaudet, actionibus, modis omnibus contendamus; ut inde poſtmodum palinodiam ſumma cum animi lætitia cantemus.

THEODORUS
GAZA
DE ORIGINE
TURCARUM.

Digitized by Google

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

περὶ Ἀρχαιογονίας

ΤΟΥΡΚΙΩΝ.

THEODORI GAZÆ

DE ORIGINE TURCARUM.

LEONE ALLATIO interprete.

Theodorus Franciſco Philelpho S. P. D.

A

I.

QUinam aliquando Turcæ fuerint, & unde principio egreſſi, terram, quam nunc incolunt, occupaverint, non adeo dictu facile eſt. Nam non idem unum omnibus convenit, qui ante nos de illis ſcripſerunt. Et, quod neque affirmatur neque una aſſertione approbatur, ſæpe ſæpius, non quæ in controverſia ſunt, ſed clara etiam & aperta, in dubium vertit. Scylax itaque, qui Imperatorum res geſtas a Nicephoro ex Genicis ad Iſaacium

B

Comnenum, ſub quo & ipſe vivebat, proſecutus eſt, vir, ſi ſententiam ſpectes, non contemnendus, etſi populari genere dicendi, quando illi ita placuit, utatur, Turcas unicam nationem fuiſſe, narrat, & ſeptentrionales Caucaſi montis partes inhabitaſſe: cum vero Arabes, potiſſima Aſiæ parte occupata, in plures præfecturas ſciſſi fuiſſent, Moemetem Imbraeli filium, Perſidis dominum, ſub Baſilio, Romani filio, Romanorum Imperatore, bellum cum Babyloniis & Indis gerentem, ſed viribus inferiorem, a Turcarum principe, capiti & fortunis ſuis auxilium petiiſſe: Turcam ſagittarios ter mille, & Trangrolipicem Michaelis filium qui eos du-

C

ceret, miſiſſe Moametem, ubi hos cum ſuis conſociaſſet, ad Piſſaſirum, Arabiæ præfectum, aciem duxiſſe, &, congreſſum, honorifice admodum in fugam hoſtem vertiſſe: deinceps in proprio regreſſum, in Babylonios Indoſque bellum cum auxiliaris copiis meditari: renuentibus illis, ac poſtulantibus ut domum patriam daret, cum ille rei incumbens, vel etiam abducturus deprehenderetur, eos ardentius inſtare; verum, cum ſibi metuerent, ſi præceptis & admonitionibus non obtemperarent, defeciſſe, in Carbonidos loca deſerta ſecedentes, indeque populabundos ingruentibus damnis in fines hoſtium & agros excurrere: Maometem in eos ad vigin-

D

ti hominum millia, quibus decem peregregios viros præfecerat, eduxiſſe: exercitum, verum, ne aqua ſibi & alimenta deeſſent, ab ingreſſu locorum abſtinuiſſe, &, in finitimis ſtativa habentem, rationibus ſuis proſpicere ac

Θεόδωρος Φραγκίσκῳ Φιλέλφῳ εὖ πράττειν.

α'.

ΠΕρὶ Τούρκων, τίνος ποτ᾽ ἂν εἶεν ἔθνους, καὶ ὅθεν τῆς ἀρχῆς ὁρμηθέντες κατέλαβον, ἣν νῦν χώραν οἰκοῦσιν, οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον φάναι, διὰ τὸ τοὺς πρὸ ἡμῶν εἰπόντας περὶ αὐτῶν μὴ τὰ αὐτὰ λέγειν ἀλλήλοις. τὸ γὰρ τῶν ἄλλων ἀνομολογούμενον πολλάκις καὶ τὰ φανερὰ εἰς ἀμφισβήτησιν ἄγει, μὴ ὅτιγε τὰ ἔχοντα τινὰ ἀπορίαν. Σκύλαξ μὲν ἄν, ὁ τὰς τῶν Αὐτοκρατόρων πράξεις συγγεγραφὼς ἀπὸ Νικηφόρου τοῦ Γενικῶν μέχρι Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐφ᾽ οὗ δὴ καὶ αὐτὸς ἦν, ἀνὴρ τὸν μὲν νοῦν οὐκ εὐκαταφρόνητος, τὴν λέξιν δὲ ἰδιώτης ἑκών, Τούρκους ἔθνος ἑνικὸν εἶναι φησίν, οἰκεῖν δὲ τὰ προσάρκτια τῶν Καυκασίων ὀρῶν. Ἀράβων δὲ τὰ πολλὰ τῆς Ἀσίας ὑφ᾽ ἑαυτοῖς ποιησαμένων, εἶτα διαστάντων εἰς πλείους ἡγεμονίας, Μωαμέτην Ἰμβραήλου Περσίδος ἄρχοντα ἐπὶ Βασιλείου τοῦ Ῥωμανοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος πολεμοῦντα πρὸς Βαβυλωνίους καὶ Ἰνδούς, ἡττωμένον δὲ τῷ πολέμῳ πρεσβεύσασθαι παρὰ τὸν ἡγεμόνα Τούρκων περὶ συμμαχίας, τὸν δὲ πέμψαι τρισχιλίους τοξότας, καὶ στρατηγὸν Ταγκρολίπικον Μιχαήλου. Μωαμέτην δὲ ἀναλαβόντα τούτους, καὶ ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ ἄγειν ἐπὶ Πισάσιριν ἄρχοντα Ἀραβίας, καὶ συμβαλόντα τρέψαι περιφανῶς. εἶτ᾽ ἀναστρέψαντα παρασκευάζεσθαι ἐπὶ Βαβυλωνίους καὶ Ἰνδοὺς στρατιὰν μετὰ τῶν αὐτῶν συμμάχων, τῶν δὲ παραιτουμένων, καὶ συγχωρῆσαι σφίσιν οἴκαδε ἀναχωρεῖν ἀξιούντων, ἐκεῖνον ἔτι ἐγκεῖσθαι, καὶ δῆλον εἶναι βίᾳ ἀπάγειν. τοὺς δὲ ἀμεταπείστως ἔχοντας, καὶ μὲν δὴ καὶ δεδιότας μή τι πάθοιεν δεινὸν ἀπειθοῦντες ἀποστῆναι, καὶ εἰς τὴν Καρβωνίτιν ἔρημον γῆν ὑποχωρήσαντας, ἐντεῦθεν ἐκδρομὰς ποιουμένους λῄζεσθαι, καὶ πολλὰ βλάπτειν. Μωαμέτην δὲ πέμψαι ἐπ᾽ αὐτοὺς στρατὸν περὶ δισμυρίους, καὶ στρατηγοὺς δέκα τῶν ἐνδοξοτάτων. τοὺς δὲ παραγενομένους εἰσελθεῖν μὲν εἰς τὰ ἔρημα εὐλαβεῖσθαι διά τε ὕδατος καὶ τροφῆς ἀπορίαν, ἐγγὺς δὲ στρατοπεδευομένους διασκοπεῖσθαι τὸ ποιητέον. Ταγκρολίπικα δὲ αἰσθόμενον, καίτοι πόρρω που ἐναυλιζόμενον ταχυπορήσαντα ἐν ἡμέραις τρισὶν ἐπιπεσεῖν τοῖς ἐναντίοις νυκτὸς ἀπροσδοκήτοις καὶ ἀμελοῦσι, καὶ ῥᾳδίως μὲν τρέψαι, πολλῶν δὲ ἵππων, καὶ ὅπλων, καὶ χρημάτων εὐπορῆσαι.

Καὶ μετὰ

A Καί μετὰ τοῦτο δὲ μὴ κατὰ ἀποδιδράσκοντας καὶ λῃστὰς ποιεῖσθαι κρύφα τὰς ἐπιθέσεις, ἀλλὰ φανερῶς καὶ σὺν κόσμῳ ἐπιστρατεύειν, προσγενομένων αὐτῷ καὶ τῶν ἐκ τῆς χώρας πολλῶν, αὐτομόλων τε, καὶ λῃστῶν, καὶ τῶν ἄλλων χαιρόντων μεταβολαῖς πραγμάτων. ὥστε δὲ ὀλίγου δύναμιν περὶ πέντε μυριάδας συνειλέχθαι περὶ αὐτόν. Μααμέτην δὲ ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι τοὺς μὲν στρατηγοὺς ἐν ὀργῇ ποιούμενον ἀποκτεῖναι, τοὺς δὲ διαφυγόντας τῶν στρατιωτῶν ἀτιμάσαι διανοεῖσθαι περιαγομένους ἐν γυναικείᾳ στολῇ. αἰσθομένους δ' αὐτοὺς προσχωρῆσαι τῷ Ταγγρολίπικι σύμπαντας. μεγάλην δὲ δὴ ἔχοντα περὶ αὐτὸν δύναμιν Ταγγρολίπικα ἐπιέναι τῷ Μααμέτῃ σπεύδοντα μάχῃ περὶ τῶν ὅλων διαγωνίσασθαι. τὸν δὲ ἀντεπιέναι στρατὸν ἄγοντα περὶ πεντήκοντα μυριάδας, καὶ γενομένης μάχης περὶ Ασπάχανον τῆς Περσίδος πεσεῖν ἀμφοτέρωθεν πολλούς, πεσεῖν δὲ καὶ Μααμέτην τὸν βασιλέα. θρασύτερον γὰρ ἐξιππαζόμενον, καὶ παραθαρρύνοντα τοὺς οἰκείους, πταίσαντι τῷ ἵππῳ συμπεσόντα ἐκτραχηλισθῆναι. Τούτου δὲ τεθνηκότος εἰς ὁμόνοιαν τοῖς πολεμίοις τὸ πλῆθος ἐλθεῖν, καὶ Ταγγρολίπικα ἀναρρηθῆναι ὑπὸ πάντων βασιλέα Περσῶν, Τούρκους τε ἀκωλύτως ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν Περσίδα, καὶ καθελόντας Πέρσας, καὶ τοὺς ταύτῃ Ἄραβας αὐτοὺς εἶναι κυρίους, Σουλτάνον τὸν Ταγγρολίπικα ἐπονομάσαντες, ὡσὰν παντοκράτορα καὶ ἄρχοντα πάντων. εἶτα καὶ τῆς Βαβυλωνίας κρατῆσαι, καὶ Ἀρραβίας, καὶ τῆς Ἀτροπατικῆς Μηδίας, ἣ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔτ' ἦν, καὶ ἄλλων πολλῶν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας. Τοῦρκοι μὲν οὖν κατὰ Σκύλακα ἀπὸ τῶν Καυκασίων ὁρμώμενοι ὀρέων, ἦρξαν Ἄραβας καθελόντες, εἶτα Ῥωμαίους. καλεῖ δὲ τοὺς αὐτοὺς καὶ Κούρτους ὁ Σκύλαξ. Μυρίους γοῦν, φησί, Κούρτων Ἀμερμουμνῆν δεδωκέναι τῷ υἱῷ, καὶ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίων στρατιὰν ἐπιόντος Θεοφίλου τοῦ αὐτοκράτορος. Καὶ πάλιν, ὅτι Βασίλειος ἐκ Μεσοποταμίας δέξαιτο ἀγγελίας, κομισθέντων αὐτῷ καὶ αἰχμαλώτων πολλῶν, Κούρτων τε καὶ Σαρακηνῶν. Γεμιστὸς δὲ ὁ μετονομασθεὶς Πλήθων, ἀνὴρ μάλιστα τῶν καθ' ἡμᾶς δόξας ἱστορίας ἀντιποιεῖσθαι, Παροπαμισάδας εἶναι τοὺς Τούρκους, φησὶν, ὑπ' Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Φιλίππου, καὶ τῶν μετ' ἐκείνου Ἑλλήνων ἐπιβουλευθέντας, καὶ κρατηθέντας, πάρεργον τῆς εἰς Ἰνδοὺς τότε παρόδου, δίκας νῦν διὰ μακροῦ πολλαπλασίους τῶν ὑπαργμένων εἰσπράττειν τοὺς Ἕλληνας. ὥστε πολὺ οὗτοι διαφωνοῦσιν ἀλλήλων, εἴγ' ὁ μὲν ἀπὸ Καυκάσου, ὁ δὲ ἀπὸ Παροπαμισοῦ λέγοι ὁρμηθῆναι τοὺς Τούρκους. Δῆλον γὰρ ὅτι Σκύλαξ Καύκασον ὀνομάζει, οὐ τὸν ἀπὸ Μακεδόνων κληθέντα ἀτόπως Καύκασον περὶ τὴν Ἰνδικὴν μέρος ὄντα τοῦ Ταύρου ὄρους, ἀλλὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος τοῦ πελάγους ἑκατέρου τοῦ τε Ποντικοῦ καὶ τοῦ Κασπίου διατειχίζον τὸν ἰσθμὸν τὸν διείργοντα αὐτά, καὶ διέχον τῆς Ἰνδικῆς πλείους ἢ τρισμυρίους σταδίους, τοῦτο συνήθως καλεῖ Καύκασον. Παροπαμισὸς δὲ μέρος τοῦ Ταύρου ἐστὶ πρὸς τῷ Ἰμάῳ καὶ τῇ Ἰνδικῇ, ἐφ' οὗ Μακεδόνας ὡρμημένους εἰς τὴν Ἰνδικὴν Ἀριστόβουλος εἴρηκεν. Ἔοικε δὲ παραλόγως ταῦτα Πλήθωνι εἰρῆσθαι, καὶ ἐπὶ τὸ θαυμασιώτερον, ἢ ἀληθέστερον. οὔτε γὰρ τῶν πρὸ αὐτοῦ εἴρηκεν οὐδεὶς ἔθνος οὐδὲν τῶν Παροπαμισαδῶν Τούρκους, ἢ ἕτερόν τι τῶν συνεγγὺς ὀνομάτων, οὔτ' ἀλλαχόθεν ποθὲν μετοικισθῆναι εἰς Παροπαμισὸν Τούρκους. οὐ μὴν οὐδ' εἰ-

A de bello conſultare: Tangrolipicem, hæc ſubodoratum, etſi multum abeſſet, incredibili celeritate, trium dierum ſpacio, advolaſſe, noctuque inexpectatum in hoſtes deſides irrupiſſe, deturbatoſque de fortunis omnibus repuliſſe: hinc armis, equis, & pecuniis auctum, non fugientium ac latronum more clam impetum ultra facere, ſed palam, & acie, uti par erat, inſtructa, cum plerique ea illa regione transfugæ, ac prædones aliique, qui rerum immutationibus gaudent, cum eo conveniſſent, adeo ut nimis cito ad quinquaginta hominum millia illius exercitus excrevit: Moametem, rerum ſucceſſu, iracundia motum, duces interimere, fugitivos milites muliebri amictu ornatos traducere
B ultro citroque, ſibi in animo propoſuiſſe: ut pernovere milites, omnes ad Tangrolipicen confugiſſe, quem, magnis viribus inſtructum, in Moametem irrupiſſe, eo animo, ut de fortunis omnibus periculum faceret: Moametem, quingentis hominum millibus fultum, non paveſcere bellum, ſed hoſtem perſequi: dum acie tota circa Perſidis Aſpachanum dimicatur, plures utrinque, & una cum illis Moametem regem, cecidiſſe: eum enim, cum audacius obequitaret, & propriis militibus animos adderet, cum labente equo collapſum, cervicem fregiſſe: eo extincto multitudinem cum hoſtibus concordaſſe, & Tangrolipicem, communi omnium ſuf-
C fragio, Regem Perſarum electum: Turcas prætera præcluſum ſibi antea aditum in Perſidem pateſeciſſe, &, debellatis Perſis Arabibuſque, qui ibi erant, omnibus, imperium ſuum protuliſſe, & Tangrolipicem, Sultanum, quaſi diceres omnium moderatorem & principem, denominaſſe: tum Babyloniam, Arabiam, Mediam Atropatinam; quæ adhuc ſub imperio Romanorum erat, & alia multa ex Romana ditione ſibi ſubjeciſſe. Turcæ itaque, ut Scylax refert, e Caucaſo monte exeuntes, devictis Arabibus, deinde Romanis imperarunt. Eoſdem idem autor & Curtos vocat. Tradit enim, Amermumnem decem Curtorum millia filio tradidiſſe,
D & omnem Armeniorum exercitum, adhuc Theophilo Imperatore ſuperſtite. Et rurſus, Baſilio nuncios e Meſopotamia redditos fuiſſe; unaque cum illis multos Curtos & Saracenos captivos conductos. Gemiſtus vero cognomento Pletho, qui hiſce noſtris temporibus præ cæteris hiſtoriam ſibi videtur arrogaſſe, Paropamiſadas eſſe Turcas fatetur, ab Alexandro Philippi filio Græciſque aliis qui cum eo militabant, per inſidias captos & devictos, re perfunctorie, & quaſi aliud agenti, dum in Indos contenderet, ſecitata, nunc poſt tot annos, pœnas multo abundantiores perpeſſorum a Græcis ſumere. Quare hi multum inter ſe differunt; cum ille quidam e Caucaſo, hic a Parapa-
E miſo, Turcas erupiſſe, refert. Manifeſtum ſiquidem eſt, Scylacem non eum appellare Caucaſum montem, quem temere in India ita vocavere Macedones, qui pars Tauri montis eſt; ſed eum, qui mare utrumque, Ponticum & Caſpium, ſupereminet; & loco muri eſt, Iſthmi maria ſeparantis; abeſtque ab India ſtadiis plus trigiota millibus. Hunc ille, ut & aliis in more eſt,

Digitized by Google

Caucaſum vocat. Paropamiſus vero pars Tauri eſt, Imao & Indiæ proximus, ex quo Macedones, ut Ariſtobulus refert, Indiam invaſere. Hæc autem præter rationem a Plethone dicta eſſe videntur; quibus admirationem potius captat, quam veritatem limat. Neque enim quiſpiam ante ipſum, gentem Paropamiſadarum aliquam Turcas, vel ullud quidpiam proximorum hominum genus, neque aliunde ſedem mutantes, in Paropamiſo pedem fixiſſe narravit. Quin imo neque conſentaneum eſt, Moametem, Perſarum principem, cum Babylonis & Indis pugnantem, a Parapamiſadis, Indis finitimis, legatis miſſis, auxilia petiiſſe; ſi quidem Scylaci fides adhibenda eſt, qui Moamatem ſimilia legatione tentaſſe ſcribit: ſed rationalibus eſt, ab iis, qui inter Taraidem & Hyrcanum mare interjacent, opem imploraſſe & reperiſſe. Verum, ſi Pletho Scylacem, rerum harum neſciam, falſa dicere exiſtimat, undenam ipſe veritatem hauriens collimat, cum nemo ante ipſum, Paropamiſadas Turcas fuiſſe, faſſus ſit? Undenam ipſi quadringentos annos poſt Scylacem nato, veritas innotuit? Quod ſi eos, qui rebus geſtis proximiores fuere, res geſtas, ut ſucceſſerunt, proſequi veriſimilius eſt; plane Scylax, cum Plethonem quadringentis annis præceſſerit, magis rerum cognitionem attigiſſe, ideoque veriora dicere, cenſeri debet. Et quidem illud mirum eſt in ratiocinatione Plethonis, ſi, jam ab Alexandri milite per inſidias circumventi ac capti Paropamiſadæ, nunc tandem, poſt octingenteſimum & milleſimum annum, ob hanc injuriam ſupplicium ſibi ſumunt a Græcis. Providentia enim & juſtitia divina mortales regi, humana ratio teſtatur. Verum, quare potius non ſpectaret ad Perſas, qui imperio Aſiæ ſpoliati ſunt, rapti vindictam ſuſcipere quam ad Paropamiſadas? Et cum ea ætate Turcæ inter ipſos Perſas annumerarentur, ratio Plethonis credibilior eſſet: populi ſiquidem, qui Perſidem tenebant, erant Patiſchorenſes, Achæmenidæ, Magi gravis ac moderatæ vitæ inſtituti ſectatores; item Cyrtii & Mardi, prædatores ac direptores. An, quod Perſæ prius Græcis malefici fuere, ideo pœnas illis, quas commeruerant, dederunt? Quod ſi ita eſt, quare non potius ad Bactrianos, Sogdianos, Arios, plurimoſque alios populos longe Paropamiſadis prudentiores moderatioreſque, qui, cum nihil prius in Græcos deliquiſſent, ſubacti nihilominus ſunt ab Alexandro, ultio illa pertineret? Et quænam fuerunt Alexandri ſive ejus ſucceſſorum, in Paropamiſadas inſidiæ, reliquis inſidiis, aſtutiis, ac conſiliis militaribus æſtimabiliores? Nam Parapamiſum in partibus ſeptentrionalibus, & Bactrianam, Alexandrum ſuperaſſe, tradunt, qui ejus res geſtas literis commendavunt, ibique omnibus, quæ ſubditione Perſarum erant, debellatis, occupandæ deinceps Indiæ deſiderio flagraſſe. Nemo vero inſidiarum meminit; dignum ſane quod animadvertatur. Quare magis rationi conſona Scylax mihi videtur tradidiſſe, & Strabonis Geographi dictis convenientiora. Scribit quippe Strabo, Mediæ Atropatenæ partes ſe-

A τὸς Μωαμέτlω Περσῶν ἄρχοντα, πολεμοῦντα δὲ πρὸς Βαβυλωνίυς ϗ Ινδοὺς, πρέσβεις περὶ συμμαχίας πέμπειν ὡς Παροπαμισάδας ὁμόρυς ὄντας Ινδοῖς, εἴ τι δεῖ Σκύλακι πιστεύειν, ὡς Μωαμέτης ταῦτ᾽ ἐπρεσβεύετο. ἀλλ᾽ εὐλογώτερον τὸ παρὰ τῶν μεταξὺ Ταναΐδος, ϗ τῆς Υρκανίας θαλάσσης οἰκητόρων συμμαχίαν αἰτῆσαι ϗ λαβεῖν. Εἰ δὲ Πλήθων οἴεται Σκύλακα ἀγνοεῖν ταῦτα ϗ ψεύδεσθαι, πόθεν εἰδὼς αὐτὸς ἀληθεύει, μηδενὸς τῶν πρόσθεν εἰπόντος, ὅτι Παροπαμισάδαι οἱ Τοῦρκοι εἴησαν; πῶς ποτε δ᾽ ἀπεκαλύφθη αὐτῷ τἀληθὲς τετρακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον τῦ Σκύλακος γενομένῳ; Καὶ μlὼ εἰ τὸς τῷ χρόνῳ ἐγγυτέρω τῶν πράξεων γενομένυς εἰκὸς μᾶλλον τὰ ὄντα φρά-
B ζειν, Σκύλαξ μᾶλλον ἂν εἰδὼς ἀληθεύοι τετρακοσίοις ἔτεσι Πλήθωνος πρεσβύτερος ὤν. Εχει δέ τι θαυμαστὸν ὁ τῦ Πλήθωνος λόγος, εἰ ἐπιβυλευθέντες τε ϗ κρατηθέντες πάλαι ὑπὸ τῶν περὶ Αλέξανδρον Παροπαμισάδαι, νυῦ ὀκτακοσιοστῷ ϗ χιλιοστῷ ὕστερον ἔτει εἰσπράττυσι δίκας τῶν ὑπηργμένων τὸς Ελλlωας. δίκlω γάρ τινα ϗ πρόνοιαν τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχειν ἐκ τῦ θεία ὁ λόγος δηλοῖ. Τί ποτε δ᾽ οὐ Πέρσαις μᾶλλον διέφερε τοῖς ἀφαιρεθεῖσι τὴν τῆς Ασίας ἡγεμονίαν δίκας εἰσπράττειν τὸς ἀφελομένυς, ἢ Παροπαμισάδας; Καὶ ἅμα τὸ ἀρχαῖον τῶν Τούρκων ὄνομα ὑπάρχον ἐν Πέρσαις πιθανώτερον ἂν ἐποίει Πλήθωνι τὸν λόγον. ὤκει γὰρ τlὼ Περσίδα ἔθνη, οἵ τε Πα-
C τεισχορεῖς λεγόμενοι, ϗ οἱ Αχαιμενίδαι, καὶ Μάγοι, οὗτοι μὲν σεμνοῦ τινος βίυ ζηλωταί. Κύρτιοι δὲ καὶ Μαρδοὶ λῃστρικοί. ἢ ὅτι Πέρσαι κακῶς Ελλlωας πρότερον πεποιηκότες, δικαίως ἀντιπεπόνθασιν; ἀλλὰ τί ποτε οὐ Βακτριανοῖς, ϗ Σογδιανοῖς, ϗ Αρείοις, ϗ πλείστοις ἔθνεσιν ἄλλοις σωφρονεστέροις Παροπαμισαδῶν, ἅπερ Αλέξανδρος κατεστρέψατο, μηδὲν Ελλlωας προηδικηκότα; Τίς δὲ ϗ ἡ ἐπιβυλὴ Αλεξάνδρῳ, ἢ τοῖς μετ᾽ αὐτὸν ἐπὶ Παροπαμισάδας, ἢ τίς ϗ λόγυ ἀξιωτέρα ἂν εἴη τῶν ἄλλων ἐπιβυλῶν καὶ στρατηγημάτων. ὑπερβῆναι μὲν γὰρ τὸν Παροπαμισὸν εἰς τὰ προσάρκτια μέρη, ϗ τὴν Βακτριανὴν Αλέξανδρον φασὶν, οἱ τὰς αὐτῦ πράξεις ἀναγεγραφότες, καταστρε-
D ψάμενον δὲ τὰ ἐκεῖ πάντα ὅσα lὼ ὑπὸ Πέρσαις, καὶ ἔτι πλείω, τότε ἤδη ϗ τῆς Ινδικῆς ὀρεχθῆναι. ἐπιβυλlὼ δὲ οὐδεὶς εἶπεν, ὅτι καὶ ἄξιον ἐπιτηρῆσαι τε, καὶ ἐπισημήνασθαι. πολὺ δ᾽ εὐλογώτερόν μοι δοκεῖ εἰρηκέναι Σκύλαξ, ϗ τοῖς ὑπὸ Στράβωνος τῦ γεωγράφυ λεγομένοις ὁμολογώτερα. Φησὶ γὰρ Στράβων, τὰ προσάρκτια τῆς Ατροπατηνῆς Μηδίας ὀρεινὰ ϗ τραχέα, ϗ σκληρὰ εἶναι Καδυσίων κατοικίαν τῶν ὀρεινῶν, καὶ Αμαρδῶν, καὶ Ταπύρων, ϗ Κυρτίων, ϗ ἄλλων τοιούτων. τύτυς δὲ μετανάστας εἶναι ϗ λῃστρικούς. καὶ γὰρ τὸν Ζάγρον, καὶ τὸν Νιφάτlω κατεσπαρμένα ἔχειν τὰ γένη ταῦτα. ϗ τὸς ἐν τῇ Περσίδι Κυρτίυς, ϗ Αμαρδοὺς, ϗ τὸς ἐν τῇ Αρμενίᾳ τῆς αὐτῆς εἶναι ἰδέας. Κύρτιοι τοίνυν καὶ κατὰ
E Στράβωνα οὐ μόνον περὶ τlὼ ὀρεινlὼ τῆς Ατροπατηνῆς Μηδίας, ἀλλὰ ϗ ἐν Αρμενίᾳ οἰκοῦσιν. Αγκῶνες δέ τινες τῦ Καυκάσυ ὄρυς προπίπτοντες ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, περιλαμβάνυσι τοῦτο Ιβηρίαν μέσlω, ϗ τοῖς Αρμενίων ὄρεσι συνάπτυσιν. ὥστ᾽ εὔλογον, τὸς ἐν Αρμενίᾳ τότε Κυρτίυς τύτυς εἶναι, οὓς Σκύλαξ Κούρτυς καὶ Τούρκυς ὀνομάζων οἰκεῖν φησὶ τὰ προσάρκτια τῦ Καυκάσυ. Δοκεῖ δέ μοι ϗ τὸ τῶν Ούννων ὄνομα εἰλῆφθαι ἀπὸ τῶν

A Αἰνειάνων πρὸς τὴν Υρκανίαν θάλασσαν καὶ τούτων οἰκούντων, φθειράντων τὴν ἐπωνυμίαν τῶν βαρβάρων καθάπερ καὶ ἄλλας πολλάς. Εὔλογον δὲ καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας Τούρκους ἐπὶ Λέοντος Ῥωμαίων αὐτοκράτορος μετεστῆναι δεῦρο ἀπὸ τῶν Καυκασίων διαβάντας τὸν Κιμμερικὸν καλούμενον Βόσπορον, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ τῶν Παροπαμισοῦ. καὶ ἐν Παννονίᾳ γὰρ Τούρκους τῷ Ἴστρῳ προσοίκους ἱστορεῖ Σκύλαξ. καὶ σαφῶς Τούρκων, τοὺς μὲν ἐν Ἀσίᾳ, τοὺς δὲ ἐν Εὐρώπῃ τάττει, Λέοντά τε τὸν Βασιλείου Ῥωμαίων αὐτοκράτορα συμμαχίαν παρὰ Τούρκων καὶ Οὔγγρων τῶν πέραν τοῦ Ἴστρου εἰληφέναι ἐπὶ Βουλγάρους φησίν.
B Εἰ δὲ Κούρτους τοὺς Κυρτίους καλεῖ, ου, ἀλλὰ μὴ υ γράφων, οὐδὲν ἄτοπον. παρὰ Ῥωμαίων γὰρ τοὔνομα εἰληφὼς χρῆται· Ῥωμαῖοι δὲ πολλὰ τῶν τοῖς Ἕλλησι γραφομένων τῷ υ, εἰς ου τρέποντες γράφουσιν, ὡς οἶσθα, εἶον τὸ μὲν Κύμην Κούμαν, τὸ δὲ δύο, δούο, ὥσπερ ἂν καὶ τὸ μοῦς καὶ σοῦς ἀπὸ τοῦ μῦς καὶ σῦς. οὕτω δὴ οὖν καὶ οὓς Στράβων Κυρτίους προσαγορεύει, Ῥωμαῖοι Κουρτίους καὶ Κούρτους συστέλλοντες εἶπον. τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ Τούρκους κατὰ μετάθεσιν τῶν συμφώνων, ἤτοι δόξαντος εὐφωνότερον ἂν οὕτως προφέρεσθαι, ἢ καὶ παρὰ τοῦ ἔθνους αὐτοῦ εἰληφότες ἀκριβέστερον τοὔνομα. ἐπιμιξίας δὲ πλείστης, καὶ ὁμιλίας πρὸς αὐτοὺς ἀεὶ γινομένας, ὥστε τοὺς ὑφ' Ἑλλήνων καλουμένους Κυρτίους, Τυρκίους, ἀλλὰ μὴ Κυρτίους προσαγορεύειν.
C καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ ταῦτα Τυρκίους ὀνομάζοντες γράφομεν, καὶ Τύρκους συστέλλοντες, ἔνθα ἂν δοκῇ, οἰόμεθά τε τούτους εἶναι, οὓς Στράβων Κυρτίους μεταναστάς καὶ λῃστρικοὺς εἶναι λέγει περὶ Μηδίαν καὶ Ἀρμενίαν, ἀλλὰ μὴ Παροπαμισάδας, ὡς Πλήθων οἴεται. εἰ δὲ μὴ ἁμαρτάνομεν, σὺ κρινεῖς. Ἔρρωσο.

A ptentrionales montanas, duras atque agreſtes; eaſque montanorum Caduſiorum, Amardorum, Tapyrorum Cyrtiorum & ſimiliam ſedem eſſe, qui aliunde in iſta migrarunt loca, & ſunt latrones; Zagrum enim atque Niphatem eas gentes in ſeſe diſperſas hinc inde habere, & qui in Perſide ſunt, Cyrtios, Amardos, & Armeniæ incolas, ejuſdem cum illis habitudinis eſſe. Cyrtii itaque, ut Strabo refert, montanam Atropatenæ Mediæ partem habitant, & in Armeniam quoque inſuſi, ſedem habent. Brachia vero quædam Caucaſi montis, in meridiem porrecta, mediam mam adibertſhunt, producuntarque uſque ad cognata Armenorum montiam
B juga. Hinc non præter rationem eſt, Cyrtios, qui tunc in Armenia erant, illos eoſdem eſſe, quos Scylax Curtos, vel Turcas nominans, ſeptentrionalia Caucaſi loca colere tradit. Unorum item nomen ab Ænianibus eſt, quorum latera Hyrcanum mare interluit, nomine per Barbaros corupto, ut & multis aliis accidit. Sic etiam non fuerit a ratione alienam, Turcas, qui circa Iſtrum degunt, ſub Leone Romanorum Imperatore, ex Caucaſi montis anfractibus, Boſporo Cimerio trajecto, & non a Paropamiſo, transmigraſſe. In Pannonia item Turcas, Iſtro finitimos Scy-
C lax ponit; & manifeſte Turcarum hos quidem in Aſia illos in Europa, collocat, Leonemque, Baſilii Imperatoris filium ex Turcis & Ungria, qui ultra Iſtrum habitabant, auxilia ſibi contra Bulgaros ſubminiſtraſſe. Neque abſurdum videri debet, ſi Curto Cyrtios appellat, *u*, non autem *y*, pronanciens. Nomen enim, Romanis deſumptam, more Romano conſcribit. Romani namque pleraque, quæ a Græcis per *y* ſcribuntur, in *u* ſonum mutantes, ut bene noſti, proferunt. Sicuti *Cymen Cuman*, & *Dyo Duo*; nec non & *Mus* & *Sus* dicunt, quod *Mys* & *Sys* Græcis eſt. Eodem itaque modo, quos Strabo *Cyrtios* vocat, Romani *Curtios*, & nomine contracto *Curtos* appellant: eoſdem & Turcos, conſonantium inverſione, vel quod concinniori oris ſono ita viſum pronanciari, vel quod ab eodem populo nomen exactius accepere. Cum enim diu immiſcerentur, ac inter ſeſe conſueſcerent, factum eſt ut Cyrtii Græcorum *Tyrcii* & non Cyrtii dicerentur. Et nos item propterea *Tyrcios* vocantes ſcribimus, & contracto nomine *Turcos*, ubi viſum fuerit. Exiſtimamuſque, hos eſſe, quos Strabo circa Mediam & Armeniam Cyrtios vagos latroneſque fuiſſe tradit non Paropamiſadas, uti Plethoni placet. Si quid vero in his erratum eſt, tu judicabis. Vale.

A01 1472216